XXX. Quomodo igitur capellania illa poterit a [illegible] retinere cum canonicatu? Quomodo non erit omnino incompatibilis cum eodem canonicatu, si canonicatus ille cum sit [illegible] sacerdotalis, sibi habeat annexum

munus [illegible] et [illegible]

onus Missae Conventualis per diurnum celebrandae
ab ipsomet Praebendato Canonico, praesertim diebus
festivis de praecepto, quibus recte incipiunt celebrandae
Missae in eadem Ecclesia ex obligatione Capellaniae:
Quod enim huiusmodi Canonicus habeat istam obliga-
tionem, luculenter ostenditur ex dispositione Sacri
Concilii Tridentini, quod sess. 24. cap. 12 de Reform.
loquendo de Canonicis Ecclesiarum Cathedralium
et Collegiatarum, ita statuit = Omnes vero Divina
per se, et non per substitutos compellantur obire
officia =. Igitur idem Canonicus habens Praebendam
cui est annexum onus Missae Conventualis sicut reliquo-
rum Horarum Canonicarum non potest substituere
alium, qui huiusmodi obligationi valeat satisfacere
sed tenetur per seipsum canere dictas horas,
ita nequit substituere alium quoad celebrationem
Missae Conventualis, sed eam per seipsum tenetur
celebrare et si non semper, saltem saepius, autem illis
diebus festivis, in quibus ei per diurnum incumbit
celebrare Missam Conventualem. tam enim ista quam
horae Canonicae veniunt sub nomine Divinorum o-
quibus loquitur sacrum Concilium.

XXXI. Cum igitur praefata ita se habeant: cum incompatibilitas
nihil aliud sit quam concursus duorum, quae eodem
tempore stare non possunt: cum non sit possibile
ut quis suppleat vices duarum personarum in eodem
munere loco et tempore: ex per consequens cum
in casu nostro ille idem qui ut Canonicus tenetur per
se ipsum celebrare Missam praesertim diebus festivis
de praecepto, in vim suae Praebendae, saepius talis
ita praecipiente sacro Concilio Trid. non possit ut Capella-
nus pariter per seipsum iisdem diebus Missam celebrare
in vim obligationis Capellaniae, omnino concludendum
est, nostram decisionem niti ratione ac veritate; idcirco
certum esse, quod tametsi Canonico tales dictos poterint
valide conferri separata Capellania ex Apostolicis quod si
postea vellet renunciare Canonicatum, si tamen intendat
et intendit retinere Canonicatum Capellaniam sibi collatam
omnino tenetur dimittere [illegible]

valeret ipso iure. [illegible] quae contra nostram
decisionem solent [illegible] sunt faciles solutioni,
ideoque ne simus magis prolixi quam nobis tempus
permittit, eas omittimus referre, ut mox transeamus
ad decisionem secundi dubii.

I Jam videtur secundum capellaniam de qua contro-
versia facti species nobis a mansionario [illegible]
indicantia retineri cum mansionaria, quam possidet,
et quidem ob sequentes rationes. Quamvis enim sacra
Congregatio Concilii jam pluries responderit, capellanias
quibus incumbit onus celebrandi missas, et in choro
inserviendi, non compati [illegible] cum canonicatu
et mansionariis prout refert Lezana in sum. v. Abbas
num. 13 [illegible] et [illegible] tom. [illegible] id tamen
verificatur de capellaniis quae sunt beneficia [illegible],
in nostra capellania vero [illegible] est [illegible].
refert autem Garsias de Beneficiis part. [illegible] num.
8. 20 eandem sacram Congreg. [illegible] resolutionem ex
[illegible] capellaniis laicalibus nullam insurgere incom-
patibilitatem.

II Et quamvis etiam [illegible] nostra et eundem mansionarium [illegible]
[illegible] interessendum Missae solemni, et Vesperis, quae
in ecclesia decantantur singulis diebus [illegible]
[illegible] non posse simul satisfacere obligationi annexae
mansionariae et ei quae est annexa capellaniae; nihilo-
minus tamen [illegible] obligationem capellaniae supplere per
aliquem substitutum: si enim per substitutum
potest satisfacere obligationi de missis celebrandis,
cum ex institutione non appareat missas esse celebrandas
per idemmet capellanum et non per alium, simili-
ter per substitutum potest satisfacere obligationi
de interessendo [illegible] Missae solemni, et [illegible]
[illegible]: ideoque recta conscientia potest retinere istam
capellaniam cum mansionaria, quam possidet.

III Sed tamen non obstantibus [illegible] nostrum [illegible]
non[illegible]

non posse tuta conscientia retinere Capellaniam, de qua agitur, cum Mansionaria, quam possidet. Quamvis enim ista Capellania non sit benefi- cium ecclesiasticum et ob deficientiam tituli bene- ficialis non generet incompatibilitatem, nihilominus incompatibilitas nascitur a parte rei, idest ab illo onere per Fundatorem injuncto interveniendi in Choro diebus festivis tam Missae quam Vesperis; quae quidem obligatio reddit eandem Capellaniam etsi laicalem omnino incompa- tibilem cum praefata Mansionaria, idem onus, et obli- gationem habente, uti pro certo supponimus.

IV. Siquidem verba illa, quibus Fundator ordinavit debere suum Capellanum in Choro interesse [struck through, illegible] Missis ac Vesperis solemnibus diebus festivis, incompatibilitatem inducunt cum Mansionaria, quia importunt [illegible] personale, quod per substitutum adimpleri non potest, ut docet Fagnan. in cit. cap. [illegible] de aetate et qualit. [illegible] num. 88 et seqq. et num. 90. subiungit sacram Congregationem Concilii alias in hujusmodi materia consultam firmasse quatuor conclusiones quas ibi transcribit; secunda quarum ad praesentem nostrum casum pertinens concepta est his verbis: Capellania ea lege erecta, ut [illegible] diebus festivis Choro interesse, requirit personae [illegible], quod non potest adimpleri per substitutum.

I + Ad [illegible] [illegible] consideratum facit illud jam allegatum [illegible] Decretum [illegible] vero divina per se et non per substitutum compellen- tur obire officia. Si igitur in Capellania de qua loquitur noster casus non potest dictus Mansionarius per substitutum interesse Missis et Vesperis diebus festivis de praecepto; et si multominus hujusmodi inte- ressentiam praestare potest personaliter, quum actu sit et remaneat Mansionarius, cum ex titulo ejusdem Mansionariae supponatur esse obligatus ad eandem interessentiam praestandam, nec sit possibile

ut

II° x vdi

ut illi suppleat vices [illegible] [illegible] in eodem a-
minere loco, et tempore. Quid aliud concludi potest,
quam debere omnino subsistere nostram [illegible]
sicque antelatum Mansionarium revera non posse
tuta conscientia retinere si collatam [illegible]
cum Mansionaria, quam possidet.

VI Neque nihil obstat consideratio in contrarium [illegible] facta, quia
citati Auctores et ab ipsis allegatae Resolutiones [illegible]
Congregationis, loquuntur duntaxat de illis Capellaniis
laicalibus, quae habent sibi annexum solum onus
missarum celebrandarum vel per ipsos Capellanos vel
per substitutos: In nostro casu vero agitur de Capella-
nia quidem laicali, sed quae praeter onus mis[sa]-
rum [illegible] etiam obligationem ut Capellanus per
semetipsum praestet tale servitium personale quod
est incompatibile cum eo servitio quod idem [illegible]
[illegible] tempore Mansionarius debet praestare.

VII Minusque obstat [illegible] consideratio in oppositum [illegible]
quia ut jam dictum et probatum est, in nostro
Capellano tale onus personalis servitii, et interessentiae
in Choro requiritur, quod per se ipsum debet adim-
pleri, [illegible] per substitutum: quia sufra-
[illegible] de missa, quam ipse [illegible]
per [illegible] enim potest facere: quia
non resultat ex institutione [illegible] onus, quo
[illegible] [illegible] [illegible]
bene vero resultat, quod per seipsum Missis ac
[illegible] [illegible] talis enim a fundatore
est facta ordinatio, ut in [illegible] debeat
personaliter obligatio interessendi quemadmodum
declaravit Sacra Congregatio [illegible] et advertit
Fagnan. in cit. Cap. [illegible] num. [illegible]
et [illegible] ordinarie

Pro Congregatione diei 20 Julij 1747.

Casus I.

Titio, penitus determinato [illegible] summa centum [illegible] ut idem fraudet tantum pro summa quinquaginta; Sempronius vero eidem Titio suadet, ut, loco fraudandi tantum pro summa centum, totum fraudet, sive pro summa quinquaginta: cum autem idem Titius [illegible] inscio, tantum fraudaverit pro quinquaginta, et pro totidem fraudaverit etiam [illegible].

Quaeritur an censorie, et Sempronius ita consulendo peccaverint, et pro damno secuto teneantur ad restitutionem.

Casus II.

Lucius, habens [illegible] centum aureorum a [illegible] viro nobili et opulento [illegible] sovendonem, illum vendidit Flaminio pro [illegible] octuaginta mox numerandis [illegible] quod [illegible] anno, [illegible] ordinaria morositate [illegible]. Unde quaeritur

Quaeritur, an Flaminij emptio sit justa?

Dubia, quae super utramque [illegible] ad decidendum in hodierna congregatione [illegible], respiciunt materiam Justitiae [illegible]; quaeritur [illegible] obligatio restitutionis, quae [illegible] esse [illegible] sint solliciti.

II

II [illegible] [illegible] [illegible] XIX, quod [illegible] [illegible] binam involvere difficultatem. Advertimus variis modis posse procedere consilium circa damnificationem proximi: et quidem primò cum quis per simplicem suasionem precationem aut petitionem inducit alium ad damnum inferendum: quo casu is qui dat ejusmodi simplex consilium, quod nullum proponit motivum, peccat certe, si tamen consilium suum revocavit ante damnum secutum, non tenetur ad restitutionem.

III Non enim — sunt verba S. Th. 2. 2. quaest. [illegible] art. [illegible] [illegible] semper consilium vel adulatio vel [illegible] [illegible] est efficax causa rapinae. Unde tunc solum tenetur consiliator, aut [illegible], vel adulator, ad restitutionem, quando probabiliter aestimari potest quod ex hujusmodi causis fuerit injusta acceptio subsecuta.

IV (Cum autem quis dat simplex ac nudum consilium seu nudam precationis [illegible] aut petitionis, nullum proponendo motivum vel artem, aut medium indicando revocato consilio hujusmodi executor damni jam non infert [illegible] [illegible] tale consilium, velut sano, uti supponitur, revocatum et annullatum, ideoque non amplius [illegible] moraliter ad influendum, sed ipsum infert ex propria voluntate; et per consequens idem executor, non autem consiliator tenebitur ad restitutionem: et hanc sententiam docet Navarrus [illegible] [illegible] restit. cap. [illegible] n. [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] quaest. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] lib. 17 num. 397, eamque esse S.ti Th. [illegible] [illegible] ex [illegible] jamjam [illegible] [illegible].

V [illegible] [illegible] consilium circa damnificationem proximi [illegible] [illegible] occultam viam, aut artem damnificandi [illegible] [illegible] manifestat, v. g. docendo secretum artis magicae, aut demonstrando occultam januam vel fenestram; quo casu consiliator non solum peccat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tenetur ad [illegible]

damni

damni secuti, teneri serio revocasset, et retractasset consilium.

VI Et ratio est manifesta; quamvis enim talis consiliator revocaverit consilium, non propterea aufert causam [illegible] posuit, docendo occultum artificium damnificandi; igitur manet causa moralis ipsius damnificationis, et consequenter tenetur restituere, idque demonstratur a paritate illius, qui furenti arma praebet, ut inimicum occidat; maiore enim postea sic [illegible] arma praebeat consilium non occidendi, nihilominus reus est damnificationis secutae, cum reipsa non [illegible] sic igitur etiam qui contulit damnificationem ostendendo occultum artificium nocendi reus erit damnificationis, cum illud artificium non impedierit; cum autem per revocationem consilii reipsa non impediatur [illegible] nocumentum [illegible] consultor manet obnoxius obligationi restitutionis.

VII Sed si [illegible] consilium circa damnificationem [illegible] cum contulerit damnificatoro proponit motivum [illegible] ratione eius inclinationis et passionis [illegible] ut cum qui viro nobili et honoris [illegible] ambitioso proponit id motivum, quod iuxta leges duellorum [illegible] honorem si non occidat inimicum, quo casu certum est consiliatorem teneri restituere [illegible] quamvis datum consilium revocet.

VIII Nam quamvis consiliator oneret suadendo [illegible] damnificationis adhuc persistit influxus illius motivi, [illegible] virtute cuius operatur damni executor. Sive requiritur, ut motivum semper sit urgens, [illegible] sufficit, quod etiam sit minus urgens, dummodo tamen non obstante revocatione consilii [illegible] esse tale, ut moveat et inducat ad damnum [illegible]. motivum siquidem semper satis urgens censetur [illegible] aptum est movere et inducere.

IX Quanto

IX Quarto procedit consilium circa damnificationem proximi cum aliquis bono inscitus consulit Confessarium aut virum Theologum an teneatur in tali casu restituere et Confessarius vel Theologus contra jus, et fas respondeat, illum non teneri ad restitutionem. Quo casu ratio vult solum consiliarium tanquam principaliter obligatum teneri ad restitutionem, non vero imperitum illum hominem, qui accepit consilium, nisi [illegible] extinctus [illegible] quo [illegible] est [illegible] confessarius, aut Theologus efficaciter revocet consilium, sic iste non tenebitur ad restitutionem.

X Etenim certum est hujusmodi Confessarium et Theologum ex sua malitia, vel saltem ignorantia vincibili, et culpabili, movere, ac inducere hominem imperitum ad damnificationem, quae stat in omissione restitutionis debitae, ideoque certum quoque esse debet, quod tanquam vera causa moralis damni teneatur ad restitutionem, et ab ea manere liberum eundem hominem imperitum qui fecit totum, quod debuit consulendo Doctorem circa quod ille non tenetur scire.

XI Quod si Doctor ille efficaciter revocet consilium, sciò per [illegible] falsam esse doctrinam quam illi imperito tradiderat, jam ex parte illius nihil est, quod influat in eam damnificationem, ideoque verum est, quod per revocationem consulens desinit movere et inducere ad damnificationem.

XII Quinto procedit consilium circa damnificationem proximi cum quis fretus efficacia suae intercessionis, vel [illegible] magnam suam authoritatem, vel [illegible] nimiam familiaritatem postulat et obtinet a judice, ut pro uno contra alium sententiam injustam proferat, quo casu juxta mentem omnium Theologorum, qui sic movet et inducit judicem ad ferendam injustam sententiam peccat et tenetur ad restitutionem.

XIII Si autem [illegible] intercessionem revocavit vel [illegible]

cienda, [illegible] lucraverint [illegible] intentionis [illegible]
ne [illegible] tradiderit metas iustitiae, non tenetur ad
restitutionem, quia eas intentio [illegible]
habuit influxum, atque adeo jam non influxit sequ
menti ad sententiam injustam;

XIV. [illegible] consilium circa damnifica
tionem proximi, cum fuit determinato id majus malum
contulit, ut inferat aliud minus malum: ideoque [illegible]
potest [illegible], ut expressum est in nostra [illegible]
[illegible], videlicet cum Sempronius Titio determinato
ad ~~[illegible]~~ Cajum damnificandum [illegible]
summa centum [illegible] contulit ut damnificet [illegible]
pro summa tantum quinquaginta; vel cum Mavius
eidem Titio [illegible] ad damnificandum Titium
Cajum pro summa [illegible], contulit, ut loco dam
nificandi Cajum pro summa centum [illegible] fraudet
[illegible] pro summa quinquaginta.

XV. Cum autem simus in suppositione certa, quod Titius audito
consilio Sempronii ac Mavii Cajum fraudaverit pro
quinquaginta, et pariter pro quinquaginta fraudaverit
etiam [illegible], non immerito fuit propositum
[illegible], an Sempronius et Mavius ita consulendo
peccaverint, et pro damno secuto teneantur ad
restitutionem.

XVI. Nos, unico contextu decidere solentes tum causam Sempronii,
quam causam Mavii, censemus Sempronium, ex
supposito, quod in ejus potestate non fuerit omnino impe
dire determinationem, ad quam inferendam erat deter
minatus Titius, ita consulendo non peccasse, nec teneri
ad restitutionem, sed potius [illegible] fuisse, quod
est licitum et honestum: contra vero Mavium
suo consilio illicite ac injuste fuisse operatum,
ideoque teneri ad restitutionem quinquaginta,
quibus [illegible] mansit fraudatus a Titio.

XVII. [illegible]

XVII. Quod Sempronius ita consulendo non peccaverit, nec teneatur ad restitutionem quinquaginta quibus ejus mantile [illegible] a Titio, probatur ex testimonio S. Augustini qui refertur in can. Si quod verius caus. 33 quaest. 2 ubi de volente occidere uxorem, ut frequenter alias [illegible] sic ait: si factum est quod non licet, jam faciat adulterium et non faciat homicidium; [illegible] uxore sua, alteram [illegible] et non humanum sanguinem fundat.

XVIII. Et quod universaliter non peccet qui minus malum consulit omnino determinato ad inferendum majus malum eidem personae, ut si [illegible] determinato occidere Petrum consulat, ut sit contentus auferre ejus substantiam [illegible] furtum, est communis Theologorum [illegible] innixa antedicto Sancti Augustini testimonio ac etiam [illegible] S. Epiphanii lib. 2 contra haereses [illegible] S. Gregorii lib. 32 Moralium cap. 18. [illegible] S. Joannis Chrysost. [illegible] ad Populum Antioch. et [illegible] S. Ambrosii lib. 1 de Abraham cap. 6. et [illegible] hanc [illegible] sententiam docet S. Thomas quaest. [illegible] de malo art. 5 ad [illegible].

XIX. Igitur recte infertur ex hac auctoritate S. [illegible] et Theologorum sententia, quod noster Sempronius per suum consilium non peccaverit, nec teneatur ad restitutionem quinquaginta quibus ejus mantile fraudatus [illegible] fuerit, quod [illegible] ex hoc [illegible], sicut ita [illegible], qui determinato occidere Petrum suadet, ut potius eidem Petro auferat bona [illegible] quae respectu vitae sunt quid minus.

XX. Contra, qui determinato inferre majus malum suadet minus malum, sic determinatum non movet nec inducit ad inferendum minus malum, sed tantum actu conditionali suadet, ut si aliquod damnum alicui certae personae sit illaturus, non fiat circa plus sed circa minus; ideoque recte [illegible] negotium [illegible]

eui si daretur optio alternativa damni inferendi, ut: que eligeret potius minus damnum, quam majus, et propterea patiens minus damnum debet gratias agere hujusmodi suasori.

XXI Hoc tamen nostra decisio respectu Sempronij non aliter procedit [illegible] ex suppositione [illegible], quod in ejus potestate non fuerit omnino impedire defraudationem, ad quam inferendam Titius erat [illegible] natus; si enim consilio suo potuisset omnino impedire damnificationem, graviter peccasset suadendo minorem damnificationem, et teneretur ad restitutionem non quidem ideo, quia ex justitia fuit obligatus impedire defraudationem illam (homo enim privatus, ut supponitur esse Sempronius, non tenetur ex justitia, sed solum ex charitate eam impedire), sed quia, cum potuisset illam impedire, suasisset minorem defraudationem, et sic eam suasione moraliter influxisset in ipsam, et quidem positivo influxu.

XXII Quomodo autem esset respondendum, si objiceretur: [illegible] [illegible] [illegible], scilicet = multo magis prohibendum est [illegible] quis, ne etiam pro redimenda vita captivi, usurarum crimine involvatur, et tamen majus damnum est occisio captivi, quam damnum usurae, igitur si non licet consulere usuram pro vitanda occisione captivi, nec Sempronio fuit licitum consulere Titio ut loco [illegible] fraudandi Cajum pro summa centum, ipsum fraudet pro summa quinquaginta.

XXIII Sic argumentanti foret respondendum, illicitum esse facere malum ut veniat bonum, e contra vero esse licitum consulere minus malum ei, qui determinatus est facere majus malum, quod impediri non potest. Itaque nemo potest committere crimen usurae pro redimenda vita captivi; hoc enim est, quod in [illegible] Capitulo de Usuris prohibetur. [illegible] [illegible] foret in [illegible] quis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Ut [illegible]

interea, vel nempe occidere captivum vel aliud admittere licitum est taliter determinato consulere ne occidat sed contentus maneat admissione alterius.

XXIV Si praeterea fieret haec objectio: qui est causa moralis damni, peccat et tenetur restituere; sed Sempronius consulens Titio, ut fraudet Cajum suo summa quinquaginta, fuit causa moralis hujusmodi defraudationis; igitur peccavit et tenetur ad restitutionem. Etenim consulens videtur eo modo se habere sicut exequens; si autem Sempronius ipsemet fuisset executus defraudationem illam, utique peccasset et teneretur ad restitutionem; igitur etiam consulendo peccavit, et tenetur ad restitutionem.

XXV Si, inquam, fieret haec objectio, ea dilueretur dicendo eum, qui inducit ad minus malum sub conditione, quod alter firmiter statuerit facere majus malum, nullatenus esse causam moralem damni; sed potius esse causam moralem minoris detrimenti proximi, cui multo melius est pati minorem damnificationem quam majorem; igitur constanter negandum est nostrum Sempronium suo consilio fuisse quovis modo causam moralem damni seu defraudationis, quam Titius contra Cajum commisit, quia potius ita consulendo utiliter gessit negotium ejusdem Caji, qui aliter in duplum fuisset defraudatus ab isto Titio.

XXVI Quoad consulentem autem, et exequentem damnificationem magna est disparitas: nam diverso modo consulitur, et executioni demandatur: consulitur enim sub conditione, quod damnificans nolit desistere ab inferendo majori damno; executio damni vero est absoluta, neque capax est conditionis. Et revera in potestate consulentis non est retrahere damnificantem, tam a majori, quam a minori malo, uti supponitur, e contra vero in potestate exequentis est omittere utrumque malum; igitur, etsi etiam minus exequatur, tamen, illud exequendo, peccat, et tenetur ad restitutionem.

XXVII Si vero

XXVII Si denique objiceretur: non licet consulere, quod alius nequit juste facere, non enim licet ex. cau. consulere maleficio, quantumvis parato, ut maleficium majus minori maleficio solvat, quia ei neutrum licet facere: sed Titius paratus ad damnificandum Cajum pro summa centum nec pro centum nec pro quinquaginta potest eum licite, ac juste damnificare. igitur Sempronius illicite, ac injuste fuit operatus, dum Titio consuluit, ut fraudaret Cajum duntaxat pro summa [illegible].

XXVIII. Etiam haec objectio retorquenda esset distinguendo sic, Non licet consulere absolute, quod alius nequit juste facere, concedimus: non licet consulere sub conditione facere, quod unum e duobus malis faciendum sit ad hoc ut fiat minus [illegible], quod alius nequit juste facere negatur. igitur in nostro casu Sempronius non absolute consuluit minorem defraudationem, sed tantum conditionaliter; ita nempe, ut Titius, paratus ad defraudandum pro summa centum, potius minorem, quam majorem defraudationem committeret.

XXIX. Itaque ex hactenus dictis et comprobatis satis constat, nostrum Sempronium suo consilio non peccasse, nec teneri ad restitutionem, quia potius operatum [illegible], quod est licitum, et honestum.* ut autem e contra Maevius suo consilio illicite, ac injuste fuit operat. et ideo tenetur ad restitution. quinquaginta, quibus Livius mansit fraudatus a Titio, ut Nos in nostra decisione expresse asseruimus.

XXX Ratio nostrae decisionis, etiam quoad hanc partem, est haec, quia, quamvis licitum sit consulere minus malum id intelligitur esse licitum, dummodo non sit in praejudicium tertii. Non enim determinato ad occidendum Petrus potest suadere ut potius Paulo [illegible] [illegible] dat. quia [illegible] [illegible]

damni Paulo, qui habet jus, ne hujusmodi consilio ei fructum abstulerit. Pariformiter igitur noster Maevius suo consilio non potuit Titio, ut loco defraudandi Cajum ex summa centum, tot defraudet Titium pro summa quinquaginta; quia Titius habet aeque jus, ne fraudetur in quinquaginta, ac Cajus habet jus, ne fraudetur in centum; ideoque noster Maevius suo consilio revera laesit jus Titii, sicque peccavit et tenetur ad restitutionem quinquaginta, quibus ob ejus culpam fuit fraudatus Titius.

I. Sic decisis Dubio propositis, transeamus jam ad decidendum dubium, quod versatur super altero casu, respectu cujus proponimus advertimus, magnam esse inter Doctores controversiam, an credita liquida, quae solent nuncupari chirographa et etiam nomina, in quibus exigendis nulla prorsus difficultas, molestia aut periculum, vel lucrum aliquod cessans vel damnum emergens interveniat, emi possint minori pretio ex justo capite, quod modo de praesenti debetur summa sive credito, v.g. post annum solvendo.

II. Partem affirmativam sententiam tenet Sanchez lib. 1. Consil. cap. 7. dub. 17. n. 5. Navarrus in Manual. cap. 17. num. 231. Cajetanus V. usura ad finem, Angelus in cap. In Civitate de usuris, Layman lib. 3. tract. 4. cap. 17. §. 5. n. 32. eamque ut probabilem admittit Sotus, Lessius, Wadingus et alii magnae notae Doctores.

III. Primum eorum fundamentum est hoc, quia juxta communem hominum aestimationem, qua pretia rerum taxantur, plus valet pecunia praesens quam pecunia post tempus numeranda, seu quod idem est, plus

valet res ipsa, quam [illegible] jus ad eam [illegible] minus est enim actionem habere, quam rem, ut dicitur in l. minus ff. de R. Juris; igitur, cum emptor creditum certum [illegible] suo tempore solvendum, actualiter dat pecuniam pro eo, illud minori pretio emere potest: praesertim, quia res futura et absens, quamdiu abest, inutilis et quasi sterilis est etiam illi, qui jus ad illam habet, cum e contra res praesens continuo utilis sit habenti.

IV. Verum, quod credita certa minori pretio emi non possint, si in iis suo tempore obtinendis penitus nulla difficultas vel periculum, neque lucrum cessans, aut damnum emergens occurrit, juri et rationi est longe conformius; et ideo haec [illegible] est etiam communior, eamque tenent Sylvester v. usura quaest. 12. Less. lib. 2. cap. 21. dub. 8. Valentia tom. 3. disp. 5. quaest. 10. part. 2. Rebellus disp. 361. [illegible] tract. 10. cap. 1. controv. 17. n. 104. [illegible] tit. de emptione et venditione cap. 13. n. 2. Sotus, Lopez, Gabriel, et alii quamplurimi.

V. Cujus quidem sententiae ratio est manifesta: nam certum est, illicitam et injustam esse emptionem venditionem, quando non servatur aequalitas inter pretium et rem, quae venditur ac emitur, [illegible] l. si servum ff. ad l. falcidiam. Si autem creditum liquidum v. g. centum ducatorum, in quo obtinendo nulla est difficultas, aut periculum, nullum lucrum cessans, vel damnum [illegible], emitur pretio v. g. octuaginta ducatorum, utique non servatur aequalitas, quia creditum centum ducatorum revera valet centum ducatis, si enim minus valeret, quam centum, ideo foret, quia ejus solutio [illegible] habenda fuit. alia namque ratio in suppositione Doctorum sententiae negativae assignari non potest. [illegible] [illegible] [illegible] non minus, aliter enim

etiam

etiam in mutuo. creditor aliquid ultra sortem accipere potest, cum damnum in sorte, aut in recipienda supposita [illegible] ratio solutionis debiti. Et tamen summus Pontifex Innoc. X. damnavit hanc propositionem: Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, et nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam praesentem quam futuram, potest creditor aliquid ultra sortem a mutuatario exigere, et eo titulo ab usura excusari. Igitur oportet inferre, quod creditum certum minori pretio emi non possit, si in eo obtinendo, securitas nulla difficultas, vel periculum, neque lucrum cessans, aut damnum emergens occurrat.

VI Et sane si, qui rem plures, quam valet, vendit praecise ob dilationem solutionis, seu quia emptor non statim, ac incontinenter solvit, peccat contra justitiam, et tenetur ad restitutionem, textu claro in cap. Consuluit et in cap. In civitate. De Usuris, negari non potest quemquam peccare contra justitiam, ac teneri ad restitutionem, qui creditum (quidem) minori pretio [illegible], emit praecise ob dilationem solutionis, seu quia non statim solvitur, aut traditur, neque enim est major ratio in uno, quam in altero casu, ut consideranti patet.

VII Nec obstat fundamentum, quod pro contraria sententia fuit allegatum. nam verum quidem est, quod tam juxta communem hominum aestimationem, quam juxta citata [illegible] jura plus aestimetur res ipsa, quam jus ad rem. hoc tamen non fieri absolute loquendo, quasi revera res plus valeat quam jus ad rem, sed quia in [illegible] re, ad quam quis jus habet, ordinarie occurrunt difficultates, et pericula, lucrumve cessans aut damnum emergens, quibus conjunctim, vel disjunctim non concurrentibus par utriusque valor est, ut recte [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

for.

Cod. Mandati et Baldus in l. 2 ... De lite pendente et colligitur arg. ... ff. de Regulis iuris ubi dicitur qui actionem habet ad rem recuperandam ipsam rem habere videtur.

VIII Minus obstat dicere, rem futuram ex absentia quamdiu adest, incertam ... esse ... etiam ... et e contra rem ... esse ... Nam non ... in casu, ubi emptor crediti cum pecunia ... negotiaretur vel alio modo lucrum faceret, hac enim in suppositione ob lucrum cessans creditum etiam liquidum minori pretio emi posse Doctores omnes conveniunt, sicut et ob alias difficultates.

IX Quemadmodum communis est, et ... sententia, credita quae ... quae ob ... potentiam, tenacitatem, paupertatem, aut aliam odiosam qualitatem debitoris, ... sine difficultate, vel lucro cessante aut damno emergente obtineri non possunt, minori pretio iuxta qualitatem difficultatis, periculi, damni et lucri cessantis, emi posse ob rationem, quod iustum rerum pretium communi omnium aestimatione statuitur, ut dicitur in l. Pretia rerum ff. ad l. Falcidiam ... prudentum iudicio creditum, quod absque difficultate, periculo, expensis, aut lucro cessante vel damno emergente obtineri nequit, minoris ac ... ipsum ... aestimatur, igitur licite ac iuste minori pretio ... emi.

X Numquid autem est iusta emptio, de qua loquitur noster casus? Profecto ex circumstantiis, quibus facti species est expressa, creditum, quod ... venditur ... est habendum pro liquido et certo, non autem pro periculoso aut litigioso: idemque creditum supponi debet esse obtinendum post annum sine lucro cessante, aut damno emergente, ... ~~ob~~ ... ~~...~~ pretii ... ~~...~~

... sed de ... ~~...~~

~~[illegible]~~ ideoque
nihil est, quod videatur posse minorare pretium, quam
sola illa circumstantia ob quam Ianius inducitur
ad faciendam eam venditionem, videlicet ordinaria
morositas Fulgentij in solvendo, cujus occasione Ianius
se gravare gravandum onere petitionis.

XI Cum itaque a Nobis non sint supponendae aliae circumstan-
tiae, praeter eas quae in facti specie sunt expressae,
volentes decidere propositum dubium, Censemus
Flaminij emptionem esse injustam; ad quod pro-
bandum recurrimus ad tertium illud principium,
quod, nempe, emptio toties sit injusta, quoties
non servatur aequalitas inter pretium et mercem;
sed in nostro casu non fuit servata hujusmodi aequa-
litas; igitur emptio Flaminij fuit, et est injusta.

XII In nostro casu non fuisse servatam aequalitatem inter
pretium et mercem, demonstrat ipsa facti evidentia,
quia pro credito liquido centum Ducatorum quod
stetit loco mercis, reipsa valentis centum Ducatis,
fuit datum pretium octuaginta Ducatorum; ideo
pretium fuit viginti Ducatis minus merce, quae
differentia est ita considerabilis ut emptionem
Flaminij reddat graviter injustam.

XIII Non tamen ita graviter injustam credimus eam fore
ut tota intercesserit quoad omnes viginti Ducatos;
quia tametsi creditum illud centum Ducatorum
revera sit liquidum et certa sit obligatio illud solvendi
post annum, semper tamen periculo litis subjacebat
[illegible] exolutum, et tametsi etiam Flaminius emptor
[illegible] non teneatur sed illum alicui [illegible]
[illegible] ex [illegible] quam pro pretio [illegible]
[illegible]

post

post annum sit consecutura solutio ... crediti;
nihilominus illa sola circumstantia, in facti specie
expressa videlicet ordinaria morositas Fulgentii in
solvendo, ob quam fortasse est subeundum onus
fina vel terna petitionis, ita deteriorat dictum
creditum centum ducatorum, ut licite ac juste possit
emi pretio inferiori quatuor vel quinque ducatorum
idque eo securius fieri posset si Lucius ultronee obtu-
lit Sulpitio venditionem istius crediti; quia ~~merces~~
merces etiam ob ultroneam oblationem vilescunt quoad
pretium.

XIV Ceterum, sicut fateri oportet in praxi rarissime contingere
quod in consequendo credito etiam liquido ac certo non
adsit aliquod periculum molestia, incommodum, ac
etiam lucrum cessans, vel damnum emergens: ita
judicandum est, quod a potiori et quali ...
quod ... creditum judicio prudentis potest estimari
minoris, quam pecunia valens, ideoque, licite ...
minori pretio emi respectu ad circumstantias
periculi, ac damni:

X LIV

Pro congregatione diei 30. Augusti 1747.

Casus I.

Titius, qui de Sacro fonte levavit infantem Bertæ sororis suæ Sempronia, quam iste carnaliter cognoverat volens nubere, ipsi eidem Bertæ nunc viduæ, rem exponit Parocho à quo fuerant obtentæ, denuntiationes super vetito eius impedimentis, contigit autem quod Titius copulam carnalem habuerit, non tantum cum sua sponsa pridie nuptiarum, sed etiam cum Bertha post initum matrimonium cum Berta. Unde oritur Dubium quid judicandum, et agendum Confessario, cui Titius prefata confitetur &c.

Casus II.

Obstetrix sagax et prudens, prolata cum intentione forma baptizavit infantis pedem eminentem ex utero Silviæ parturientis doloribus attritæ, applicatis tamen remedijs vivus et sanus exit infans editus, quem Parochus sub conditione rebaptizavit levante de sacro fonte Sempronio, qui nunc vult nubere dictæ Silviæ viduæ relictæ. Unde oritur

Dubium an id sine dispensatione fieri possit.

I Si quæ graves, si quæ practicæ in moralibus occurrunt difficultates, eæ profecto sunt frequentiores quæ occasione Matrimonij oriuntur ut ipsa quam habent Parochi, et Confessarij, continua comprobat experientia, &c.

Quamobrem etsi diversos casus, et quaestiones in hoc genere jam cognoscimus et deciderimus, utile tamen ac necessarium esse judicamus si sane prosequamur alios, et alios hujusmodi casus, quales sunt qui in hodierna Congregatione nostra debent sumi te[…] [illegible] …

II. Dubium, quod super primo ex propositis casibus versatur, eo tendit ut decidamus quid judicare et agere debeat Confessarius cui Titius exponit omnes, et singulas circumstantias in ipsa facti specie expressas. Dubius autem nostri dubii substantia restringitur ad [illegible] circumstantias expositas in posteriori parte casus, ideoque videtur duntaxat posse dubitari, quid judicandum et agendum sit Confessario ex eo, quod Titius post obtentas dispensationes de quibus prius fit sermo, copulam carnalem habuerit non tantum cum Berta sua sponsa pridie nuptiarum, sed etiam cum Bella post initum matrimonium cum Berta.

III Nam quod attinet circumstantias in priori parte ipsius casus expositas, quibus refertur, quod Titius qui de sacro fonte levavit infantem Bertam sororis Bellae, quam ipse carnaliter cognoverat, volens nubere eidem Bertae, nunc viduae, rem exposuit Parocho, a quo fuerunt obtentae dispensationes super respectivis impedimentis, profecto nihil apparet super quo noster Confessarius ullum habeat dubitandi fundamentum

IV. Siquidem certum omnino est, quod Titius levando de sacro fonte infantem Bertam, cum qua contraxerit impedimentum cognationis spiritualis, et carnaliter cognoscendo Bellam sororem Bertae, cum ipsamet Berta contraxerit impedimentum affinitatis in primo gradu provenienti ex copula fornicaria.

V. Pariter

V Pariter uti certum supponere debet noster Confessarius quod primum ex nunc dictis impedimentis fuerit publicum, adeoque pro foro externo debuisse peti, petitam ac etiam obtentam fuisse dispensationem; e contra vero alterum impedimentum affinitatis fuisse occultum, adeoque debuisse peti, petitam, ac etiam obtentam fuisse dispensationem pro solo foro interno a Sacra Poenitentiaria).

VI Quapropter ipse noster Confessarius supponere debet velut certum, quod Parochus, qui pro Titio obtinuit dispensationes super dictis impedimentis, duo formaverit memorialia, unum nempe pro foro externo ad Datariam, alterum pro foro interno ad Sacram Poenitentiariam; quod in primo memoriali mentio facta fuerit solummodo de cognatione spirituali, in altero vero expressa fuerit non solum affinitas primi gradus proveniens ex dicta copula fornicaria, sed etiam cognatio spiritualis proveniens ex dicta compaternitate, quae quidem non ideo est exprimenda, ut Sacra Poenitentiaria dispenset super ea; sed ideo, quia difficilius dispensat super impedimento occulto, quando cum eo concurrunt alia impedimenta, ~~etiam publica~~ ut docet Sanchez Lib. 8. de Matrim. disp. 22. num. 7. de quibus Pyrrhus Corradus, et alii testantes idesse de Stylo Curiae.

VII Denique noster Confessarius supponere quoque debet, quod dictus Parochus in exponenda cognatione spirituali Titii cum Bertha eam dixerit esse ex compaternitate; nam in filiatione et paternitate difficillime, et nonnisi ob valde urgentem rationem dispensatio conceditur; et quod in exponenda affinitate eam dixerit esse in primo gradu lineae transversalis ex copula illicita), ac demum quod

verum

veram, et legitimam causam expositionis pro utraque dispensatione obtinenda.

VIII. Praeterea supponere debet quod copula, quam Titius habuit ante nuptiarum cum Berta ejus sponsa fuerit subsequens ad executionem Litterarum dispensandi: quia si supponeretur, quod ea praecesserit hujusmodi executionem, dispensationes jam factae nullae, ac irritae essent, opusque impetrare novas litteras dispensationis in forma perinde valere.

IX. Igitur si noster Confessarius praefata omnia, tanquam certa supponere debet, ideoque, utramque dispensationem fuisse legitimam, ac validam, revera totum nostrum dubium, ut dicebamus, in hoc versatur quid judicandum, et quid dicere Confessario ex eo, quod Titius post obtentas dictas dispensationes copulam carnalem habuerit non tantum cum Berta sponsa pridie nuptiarum, sed etiam cum Stella ejus sorore, post initum matrimonium cum eadem Berta.

X. In hoc itaque consistit tota substantia dubij a nobis propositi, quod decidere volentes, sentimus nostrum Confessarium judicare debere, quod copula carnalis a Titio habita cum Berta ejus sponsa pridie nuptiarum fuerit simplex fornicatio, non vero incestus, et quod copula, ab eodem Titio habita cum Stella sorore Berta, post matrimonium contractum cum ipsa Berta, non tantum fuerit adulterium, sed etiam incestus, ideoque idem Confessarius tenetur admonere eundem Titium, ut omnino abstineat a petendo debitum conjugale a Berta ejus uxore, donec obtineat dispensationem.

XI.

XI Copulam carnalem, à Titio habitam cum Berta ejus sponsa ante nuptiarum, fuisse simplicem fornicationem, non vero incestum, sic demonstratur: etsi ante Concilium Tridentinum qui copulam fornicariam habuisset cum foemina affinitatem contraxisset cum omnibus ejus consanguineis usque ad quartum gradum, et ideo incestum committeret, si cum earum aliqua se carnaliter commiscuisset; tamen post Concilium Tridentinum hujusmodi fornicator non committit incestum per copulam, quam habet cum foeminis in tertio, et quarto gradu conjunctis; quia idem Concilium affinitatem quae oritur ex copula illicita, ita restrinxit ad secundum gradum, ut quaecunque alia affinitas videlicet in tertio, et quarto gradu nullum ponat impedimentum respectu matrimonij contrahendi.

XII Sic etiam, cum jure antiquo affinitas dirimebat matrimonium usque ad septimum gradum, qui cognovisset consanguineam suae uxoris in septimo gradu, commisisset incestum; jam autem restricta affinitate ad quartum tantum gradum ex copula licita, cognoscens consanguineam suae uxoris in quinto gradu non incurrit reatum incestus.

XIII Igitur pariformiter discurrendum, et judicandum est in nostro casu; quamvis enim Titius affinitatem contraxerit cum Berta ejus sponsa per copulam carnalem ab ipso habitam cum Bella ejus sorore non tamen incestum commisit carnaliter cognoscendo eandem Bertam suam sponsam ante nuptias, sed commisit duntaxat simplicem fornicationem; quia, cum praecessisset dispensatio à Sacra Poenitentiaria, obtenta super ejusmodi affinitate, haec illico

fuerit

cessavit ponere impedimentum respectu matrimonij
ineundi à Sitio cum Berta; adeoque ipsa Berta
quoad effectum Theologicum omnino cessavit esse affinis
ipsius Sitij, et consequenter copula, inter eos secuta
priùs nuptiarum, fuit duntaxat fornicaria, non
autem incestuosa.

XIV. Nec iuvat praetendere disparitatem casus, in quo Lex
generalis restringit affinitatem à casu, in quo parti-
cularis dispensatio tollit ejus vim matrimonium
impediendi; quia sive uno, sive alio modo affinitas
cesset ponere impedimentum matrimonij, cessat etiam
à constituenda ea ratione formali, in qua consti-
tuitur reatus incestus; et ita docet Sanchez lib.
7. de Matrim. disp. 67. num. 9.; igitur sic etiam
judicare debuit noster Confessarius, nec plus potuit
praetendere à Sitio, quam ut se accuset de simplici
fornicatione, ob saepedictam copulam carnalem ab
eo habitam cum Berta sua [illegible] priùs nuptiarum.

XV. Ubi verò copula, quam idem Sitius habuit cum Bella
sorore Bertae post matrimonium contractum cum eadem
Berta, non tantum sit adulterium, sed etiam
incestus et quidem proveniens ex capite duplicis
affinitatis, constat ex eo, quod Sitius effectus fuerit
affinis Bellae, non tantum propter copulam fornica-
riam ab ipso habitam cum Berta priùs nuptia-
rum, sed etiam propter copulam licitam habitam
cum eadem Berta post initum cum illa matrimo-
nium.

XVI. Hinc sine manifestum est, quod, cum ipse Sitius ob
incestuosum adulterium commissum cum Bella, contra-
xerit affinitatem cum Berta sua uxore, jam sit
privatus jure [illegible] debitum ab ea; et ita noster

Con-

Confessarius tenetur admonere eiusmodi sitium, quatenus abstinere debeat ab hujusmodi petitione, donec idcirco obtineat dispensationem.

XVII Si tamen antequam obtineat dispensationem, ex abstinentia petendi debitum oriretur grave periculum quod uxor suspicaretur, et subodoraret aliquod scelus in sitio suo marito, non peccaret, si peteret debitum conjugale, quia leges Ecclesiae vetantes petitionem debiti conjugalis in poenam alicujus sceleris, non censentur obligare cum tam gravi periculo, perdendi nempe honoris, ac famae, seu diminuendi affectus maritalis, ut gravissimi Doctores ratiocinantur et concludunt.

XVIII Caeterum noster Confessarius valde prudenter aget, si admoneat sitium, ut quamprimum poterit, dispensationem petat, et liberetur ab ea poena privationis. Ut autem hujusmodi dispensationem impetret, et consequatur non est opus ut eum dirigat ad Episcopum, quia quilibet Confessarius Regularis ex mendicantibus ~~[illegible]~~ potest dispensare ad petendum debitum cum conjuge qui post contractum matrimonium cum sui conjugis consanguinea etiam in primo gradu incestum commisit, et ita docet Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 1?. n. 8. Veracruz part. 1. spec. art. 25. in fine, Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 15. n. 7, et alii.

XVIIII Etenim Summus Pontifex Eugenius IV. hanc potestatem conferre intendit Benedictinis Congregationis Cassinensis in Bulla pridie Kalendas Julii de anno 1436. quae inserta est Bullario Cassinensi Tom. 1. const. 36. et refertur a Murga Tom. 2 disquisit. Moral. disquisit. 1. dub. 13. n. 121.

XX Quamvis autem in dicta Bulla expresse pro meris fornicatoribus non contineatur concessa facultas dispensandi

cum incestuosis conjugibus ad petendum debitum, ac
propterea ab initio de illa fuerit dubitatum; tamen
postea Summus Pontifex Julius II. expresse decla
ravit, hanc potestatem vi dictae Bullae Eugenianae
censeri concessam.

XXI Quam quidem declarationem suam idem Pontifex noti-
ficari fecit per Ludovicum Cardinalem, et Poeniten-
tiarium suum, ut patet ex illius Litteris sigillo Poeni
tentiariae signatis, et teste citato Murga insertis
authentico Casinensi Bullario, suntque sequentis
tenoris. Nos igitur authoritate Dni nostri Papae
cujus Poenitentiariae curam gerimus, et de ejus speciali
et expresso mandato, super hoc vivae vocis oraculo
nobis facto, ut tam vigore concessionis Apostolicae
praedictae, quam verborum hujusmodi in illa apposi-
torum, vos, et pro tempore existentes dictorum Mo-
nasteriorum Abbates, Priores, Praesidentes, et Monachi
praefati conjugatos hujusmodi, qui post contractum
matrimonium consanguineas uxorum suarum
cognoverint, vel uxores, quae a consanguineis viro-
rum suorum se carnaliter cognosci permiserunt
a talibus excessibus absolvere, et eis salutarem
poenitentiam injungere, nec non cum eis, et eorum
quolibet, ut non obstante affinitate superveniente
debitum conjugale reddere, et exigere valeant
dispensare libere, et licite valeatis, ac possint, et
valeant, perpetuo declaramus.

XXII Nec obstat dicere, hanc declarationem a Papa Julio
II esse concessam solo vivae vocis oraculo, et conse-
quenter esse revocatam per Bullam Gregorii XV.
et Urbani VIII. Nam quamvis per Bullas horum
Pontificum fuerint revocatae facultates eorum

Prædecessoribus concessa Regularibus solo vivæ vocis oraculo, minimè tamen fuerunt revocatæ declarationes illæ, quæ vivæ vocis oraculo factæ erant super Privilegiis in Bullis contentis; quia hujusmodi declarationes nihil novi in se continent, sed graviter, quod jam concessum est, explicant.

XXIII. Sed nec etiam obstat dicere, dictum privilegium esse duntaxat concessum Benedictinis Congregationis Casinensis. Nam Pontifices Successores idem privilegium extenderunt ad alios Regulares; et exinde orta est universalis consuetudo, quod Confessarij Regulares passim dispensant in foro interno cum incestuosis Conjugibus ad petendum debitum: Vel ista autem sola consuetudo poterit tribuere hujusmodi authoritatem cum tantum valeat, quantum lex, et privilegium, si fuerit legitime introducta.

I. Ad decisionem dubij propositi super primo casu transeundo ad stabiliendam nostram decisionem super dubio alterius casus, præliminariter advertimus, Sempronium non aliam ob causam posse indigere dispensatione, ut matrimonium contrahere valeat cum Silvia vidua, [illegible] nisi ob cognationem spiritualem, quam cum ea contraxisset, levando de sacro fonte ipsius infantem, à Parocho sub conditione rebaptizatum; ideoque, [illegible] fundamentum hujusmodi cognationis spiritualis constituendum esse in Baptismo ab eodem Parocho conditionatè collato; itaque disquirendum est, an primus, vel secundus baptismus ex fuerit validus; neque enim baptismus invalidus

seu nullus potest esse fundamentum cognationis spiritualis respectu ejus, qui in casu talis baptismi levaret infantem de sacro fonte.

II Sed quis potest decidere num baptismus ab Obstetrice collatus, vel vero baptismus collatus a Parocho fuerit validus, si in hoc puncto variae sunt a vissimorum Authorum sententiae.? (Infantem, in utero Matris adhuc existentem, baptizari non posse, videtur esse certum.

regenerari enim, et renasci nemo potest, nisi primo natus fuerit; cum itaque Baptismus sit spiritualis regeneratio, baptizari nemo potest, priusquam ex utero matris nascatur, et haec est Doctrina ~~[illegible]~~ S. Augustini, qui sic docet in Epistola 57. ad Dardanum.) V

III Et revera corpus baptizandi necessario debet aqua perfundi et ablui, cum baptismus sit ablutio quaedam: corpus autem infantis, antequam nascatur ex utero, non potest aqua perfundi, nisi forte dicatur, ablutionem baptismatis, qua corpus matris lavatur, ad filium in utero existentem pervenire: Sed id vere dici non potest quia anima pueri, ad cujus sanctificationem ordinatur baptismus, distincta est ab anima matris, et quia corpus pueri animati jam est formatum, adeoque a corpore matris distinctum; et ideo Baptismus, quo mater baptizatur non redundat in illum in utero matris existentem.

IV Unde S. Augustinus lib. 6. contra Julianum cap. 5 loquitur VI sic - Si ad Matris corpus, quod in ea concipitur pertinet, ita ut ejus pars imputetur, non baptizaretur infans, cujus mater baptizata est aliquo mortis urgente periculo, cum eum gestaret in utero. Nunc

vero

verò cum ipse etiam baptizetur, non utique ad maternum corpus, cum esset in utero, pertinebat — et sic etiam ratiocinatur S. Thomas Part. 3. quaest. 68. art. 11., confirmaturque haec doctrina ex Can. Qui in Maternis, sumpto ex S. Isidoro Hispalensi Lib. 1. sententiarum Cap. 27., et ex Can. Si ad matris, nec non ex Can. Siqua mulier Dist. 4. de Consecratione.

V Expectanda est igitur totalis egressio infantis ex utero, ut baptizetur, nisi mors immineat: si tamen caput primò egrediatur, in quo fundantur omnes sensus corporis humani, debet baptizari periculo imminante, et postea infans non est rebaptizandus, si perfectè natus contigerit, sic enim docet S. Thomas, sed S. Carolus in Instructionibus Tit. De iis, quae Parochus curet, cum timetur de partu, ita praescribit. Quoniam de improviso periculum partus incidit, hoc etiam Parochus aliquando monebit, ut obstetrix, aliave mulier in partu peritus, si quando aliquam in parturiendo, ita laborantem animadverterit, ut fetui periculum mortis probabile, antequam integre natus fuerit, immineat, tibi primum aliquod membrum vitalem motum habens ex matris utero exire viderit, illud aqua perfundens, aspergensve, nullo nomine imposito, baptizet dicens; Ego te baptizo in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti —

VI Quae quidem S. Caroli praescriptio coincidit cum ea, quae facta fuit à Synodo Lingonensi celebrata anno 1404, et à Synodo Senonensi, celebrata anno 1529. nihilominus tamen tam eidem S. Carolo, quam aliis dubius videtur baptismus, cum infans non capite,

sed vel manu, vel pede, vel aliqua alia parte ex matris alvo prodeunte, aquâ perfusus est, et baptizatus, ideoque sub conditione sit rebaptizandus, cum omnino ab utero egressus fuerit, si vixerit.

IV (Q)uidem cum vis absoluta ... coactio sit [illegible] ... qui ... non potest ... de eo quod ... causa gestum est, consensum ... excludit, quia facit, ... coactus magis pati quam agere convincatur ... dicto ... in eo enim, quod per hujusmodi vim agitur, voluntas interior nihil agit. Sic voluntas interior nihil agit in eo, qui ex. gr. per violentiam trahitur ad ... in Ecclesiam ad audiendam ... excommunicat; nec in eo, qui pariter per violentiam baptizatur.

V (S)unt autem alia juris loca, in quibus agitur de ejusmodi vi absoluta. Sic de vi ablativa, quae est rerum mobilium, easdem violenter surripiam rapiendo agitur in §. 1. Instit

Instit. de vi bonorum raptorum, ac etiam actio, et dispositur ut ipsam patient competat actio. Vi bonorum raptorum. In §. 1. ff. de vi, et vi armata agitur de [illegible], quo fit, quando quis ejicitur ex possessione sua et secundum istam inducitur Interdictum Unde vi, estque solummodo rerum immobilium, vel quæ immobilibus cohærent. Extant quoque nonnulli Tituli in iure Civili, in quibus agitur de vi turbativa, per quam quis turbatur in possessione sua, eo quod alter se possidere contendat: et hæc in rebus immobilibus inducit Interdictum Uti possidetis: in rebus mobilibus autem Interdictum Utrubi. Pariter extant propria Rubrica sub quibus agitur de Vi inquietativa, quæ inducit Interdictum Quod vi, aut clam; ac etiam de Vi publica, quæ fit cum armis, et de vi privata, quæ fit sine armis.

VI. Verum circa hæc nostra modo non interest ulterius inquirere. Inquiramus igitur duntaxat circa vim conditionalem et compulsivam, per quam quis compellitur ad faciendum id quod non faceret, si esset penitus liber; hæc enim est illa vis, quæ est idem, quod metus, ut notat Glossa 1. in l. Nihil consensui ff. de Regulis iuris, neque prorsus excludit voluntarium, licet illud extenuet: hæc est illa vis, quæ merito causare potest metum, cujus occasiones, et ob quem contracta fuerunt matrimonia, de quibus loquuntur nostri casus.

VII. In hoc itaque sensu accepta vis revera est metus, qui est instantis periculi vel futuri causa, mentis trepidatio ut loquitur l. 1. in [illegible] ff. de eo, quod metus causa gestum est; et accidit, quando quis propter instans, vel futurum periculum aliquid agit, quod aliàs sponte non ageret: veluti, si ex metu mortis vineam mortem alicuius [illegible] ... aliquis memoriæ [illegible] ad eam evitandam, vel si ex metu mutilationis incurrendæ det inimico suo pecuniam; vel si quis tempore naufragii projiciat merces in mare, vel aut si quis [illegible] periculum aliquid [illegible] faciat quod aliàs non faceret, nulla tamen coactione absoluta interveniente quæ omne voluntarium excluderet.

VIII. Est autem metus alius gravis, et alius levis: de utroque Capitulum Dilectus de eis, quæ vi metusve causa fiunt, loquitur hic!

his verbis = Metum autem non vani hominis, sed qui merito et in hominem constantissimum cadat = ; et ideo metus gravis solet ~~[illegible]~~ appellari metus cadens in constantem virum, quia etiam vir constans, et fortis, prudenter, ac rationabiliter eum concipit; ut autem à viro forte metus prudenter concipiatur requiritur non solum, quod malum de quo timetur sit grave in se, et non in vana metuentis opinione, sed etiam quod ejusmodi grave malum immineat tanquam certum, si non certitudine physica, saltem certitudine morali seu sufficiente in actibus humanis. Igitur si vel horum alterum deserit jam non erit metus gravis et cadens in constantem virum, sed levis, de quo in jure nulla habetur ratio, cum sit prorsus contemnabilis, et nullatenus impediat voluntarium.

IX Porrò inter gravia mala quæ, secundum communem utriusque jurisprudentum sententiam sufficiunt ad inducendum metum gravem, seu cadentem in virum constantem, præter peccatum mortale omnium majorum gravissimum, connumerantur sequentia videlicet, mors, cruciatus corporis alicujus membri mutilatio, carcer, verberum, verborumque terror gravesque minæ, servitus, ammissio patrimonii, et bonorum confiscatio, ac demum quodcunque aliud tale malum, quod attentis circumstantiis personæ de qua agitur, judicio prudentis, revera censeri potest esse in se grave.

X Sicut autem malum grave, ita et metus gravis inde oriens alius provenit ab intrinseco et alius ab extrinseco. Tunc provenit ab intrinseco, quando aliqua causa naturalis in eum influit, vel à metuente suscipitur ex propria ejus passione. Hujusmodi metum gravem ab intrinseco provenientem censetur habere, ac pati, qui v. g. metu præsentaneæ mortis vel timore inferni contrahit matrimonium cum concubina; qui ob mortis timorem ex morbo gravi provenientem, promittit se in uxorem ducturum

filiam

filiam medici; qui demum promitteret, vel contraheret ob metum incendij, ~~[illegible]~~ jacturæ omnium suorum bonorum vel ob quodcunque præsens, vel certò imminens tale grave malum, cui non causa libera, sed causa aliqua naturalis praeberet occasionem.

XI Contra tunc metus gravis censetur provenire ab extrinseco, quando malum grave, illi dans causam ~~[illegible]~~ inferenti et oritur à causa libera, idest ab homine: et hujusmodi metus gravis ab extrinseco incussus vel est justus vel est injustus: est justus, si legitima authoritate incutitur ob finem à iure permissum sic, qui matrimonium contrahit ob metum excommunicationis legitimè, ac iustè latæ, dicitur illud contrahere ob metum gravem ab extrinseco iustè incussum: injustus verò est metus ille, qui ab homine per malitiam, et per injuriam incutitur.

XII Ne autem idcirco incidamus in aliquam aequivocationem est advertendum nonnunquam à Doctoribus appellari metum justum etiam eum, qui est gravis, cadens in constantem virum, et per malitiam, ac injuriam incutitur ab homine: sed dum eum justum appellant intelligunt sufficientem gravem, seu justum quoad se licet injustum quoad inferentem; igitur in hoc sensu datur metus justus injustè incussus. quod est idem ac dicere datur metus cadens in constantem virum ab homine per injuriam incussus, ob quem quis eligit minus malum ad evitandum majus malum.

XIII Communis est cum Theologorum, tum iurisprudentium sententia quod metus etiam gravis, sive proveniat ab intrinseco, sive ab extrinseco, ac sive justè, sive iniustè sit incussus non causat involuntarium simpliciter, sed tantum secundum quid; ac proinde id quod metu fit simpliciter et absolutè sit voluntarium, involuntarium autem tantum secundum quid. Hujus sententiae veritas desumitur ex Cap. Sacris de iis quae vi metusve causa fiunt ubi dicitur quod quidem metus attenuat culpam, tamen non eam prorsus excludat: extenuat enim, propter involuntarium secundum quid,

non

non tamen mortis excludit, propter voluntarium simpliciter;

XIV nec illud vulgatum = coacta voluntas est voluntas = arg. Can. merito Cau. 15 q. 1. et amplius declarat Glossa ibidem V.o vult. et sane si quis metu mortis compellitur Idolis sacrificare, licet contra voluntatem suam id facere dicatur, eo quod non per se appetendo sacrificare, sacrificet, adhuc tamen simpliciter vult sacrificare et sacrificat. quia potius vult vivere sacrificando quam mori non sacrificando; prout in simili argumentatur S. Augustinus in cit.o Can. merito relatus.

XV Quinimo quod per metum fit, magis censetur, atque existit voluntarium quam involuntarium: est enim voluntarium simpliciter, in quantum principium ejus est ab intra. libere enim hic et nunc alte mittit velut medium impeditivum majoris mali, quod timetur; uti patet in projiciente merces in mare tempore naufragii: involuntarium autem est duntaxat secundum quid, velut prout consideratur extra hunc casum periculi. sicque est involuntarium solummodo sub conditione, si videlicet tale periculum tantique mali metus non adesset.

XVI Vidimus quid et quotuplex sit metus; nunc videamus, qui et quales sint ejus effectus. Certum est, quod metus levis utpote non cadens in virum constantem non invalidat contractus aliosque actus, idque constat ex clarissimis juris dispositionibus. sic enim disponitur in c.o cum de his, quae vi metusve causa fiunt, in 6. nec timorem ff. de eo, quod metus causa est in l. vani ff. de reg. jur.; et ratio est, quia metus levis non est metus, seu est vana mentis trepidatio, quae debet contemni et nullum legis favorem seu assistentiam meretur.

XVII Verum loquendo de metu gravi, seu cadente in virum con:

constantem

stantem, passim fatentur iura, per ipsum vitiari con:
tractus; id tamen non sit per quemcunque metum gravem, sed duntaxat per metum gravem ab extrin:
seco injuste incussum; siquidem ipsamet iura non uno in loco statuunt, sed in pluribus, quod metus etiam gravis ab extrinseco juste incussus non vitiet contractus, aliosque actus, quia non infert ullam injuriam; quin potius cum ob praeviam v. g. promissionem, vel ob aliquod delictum juste incutiatur, hunc sibi metum ipse delin:
quens infert, ut dicitur in §. si mulier ff. de eo, quod metus causa &c. et ideo si matrimonium ex. cau. antea promissum, contrahatur ob metum carceris, vel excom:
municationis, validum existit, ut reperitur decisum in cap. ex litteris &c. de sponsalibus.

XVIII. Nec etiam contractus, aliosque actus vitiat metus gravis ab intrinseco proveniens, hoc est non incussus a causa libe:
ra exteriore, idest ab alio homine, sed intrinsecus ab illo:
met metuente susceptus, vel ex propria ratione, vel ex causa naturali, ut est metus mortis imminentis ob morbum ob incendium naufragium bestias &c.: idque desu:
mitur ex cap. sicut nobis &c. de regularibus, ubi votum religionis emissum a constituto in lethali infirmitate censetur validum et iubetur servari; idemque respectu matrimonii docet Covarruv. part. 2. cap. 3 §. 2. num. 26. et seqq. et Sanchez lib. 4. de Matrim. disp. 12. num. 2. et seqq. Et ratio est, quia tunc non impellitur homo ab homine, sed a se ipso, qui nemine urgente contrahit promittit vel vovet ut evadat discrimen corpo:
ris, fortunae famae aut animae.

XVIIII. Cum igitur iura disponunt, contractus, aliosque actus vitiari per metum gravem et cadentem in constantem virum, non sunt intelligenda de metu ab intrinseco, nec de metu ab extrinseco juste proveniente; sed dun:
taxat de eo metu qui ab extrinseco, idest, a causa libera, seu ab alio homine, injuste incutitur, et [illegible]

de

de hoc metu, certum est, quod, quamvis contractus, pacta transactiones, renunciationes et consimiles actus gesti ob eundem metum regulariter sint validi, tam in foro externo, quam interno, nihilominus per sententiam Judicis sunt rescindendi.

XX Quod per sententiam judicis sint rescindendi, potest primo demonstrari per textus juris canonici. sic enim disponitur in Cap. Abbas et in Cap. ad Audientiam de his quae vi metusve causa fiunt, ubi ea quae vi metusve causa fiunt de jure in irritum revocanda esse decernitur; deinde demonstrari potest per textus juris civilis. nam in L. 1. ff. eod. tit. leguntur haec verba: ait Praetor, quod metus causa gestum erit ratum non habebo; eademque sententia amplius in textibus sub rubrica citata explicatur et confirmatur, ut in L. metum, et in L. metum autem.

XXI Inde constat, praedictos actus non obstante metu gravi ex quo fiunt regulariter esse in se validos, spectato utroque foro. hoc ipso enim, quod tam per jus canonicum quam per jus civile, metum passis subvenitur, et honitate (?) judicis per actionem et respective exceptionem, quod vocatur = quod metus causa =, supponitur, istos actus eousque esse validos, donec fuerint rescissi; et ratio validitatis eorum fundatur in voluntario simpliciter, ratione quo gesti fuerunt; siquidem, ut jam diximus, coacta voluntas est voluntas. et consequenter tenent ac valent ea quae per metum fiunt saltem regulariter loquendo ac nisi jus specialiter aliud non disponeret. ideo autem hanc cautelam addimus, quia licet regulariter teneant ea quae per metum fiunt, attamen hoc idem fallit in certis quibusdam casibus a jure specialiter expressis, quorum sex refert Glossa in cit. Cap. Abbas, eosque sequentibus versiculis complectitur:

Uxor, judicium, dos, sacrum, copula, votum.
Haec sex vi facta de jure suas fore nulla.
Cetera jus patitur (?), sed tamen restituuntur.

XXII

XXII Considerationes hactenus factæ circa naturam, qualitatem et effectus metus, multum possunt conferre pro recta utriusque dubij à nobis propositi decisione. Nunc igitur eorumdem dubiorum resolutionem propius aggredi volentes quoad primum ex illis dicitur dicendum, illos confessarios posse ac debere Titio respondere matrimonium ab eo cum Berta contractum et consumatum, fuisse, ac esse nullum. Nam, ut in facti specie exponitur, dictum matrimonium revera fuit à Titio initum ex metu gravi et cadente in constantem virum, ab extrinseco injustè incusso; siquidem illud contraxit, ut effugeret squalorem carceris quem timebat ad dies vitæ certo duraturum ob debita, ei per calumniam imposita, et falsè probata.

XXIII Cum igitur Titius, velut vir honestæ conditionis, præsumi debet quod nunquam liberè ac spontè matrimonium contraxisset cum filia carcerum custodis velut dispari; et si illud contraxit, id evenerit duntaxat, quia timebat squallorem carceris ad dies vitæ certo duraturum, ita videtur vere inferri quod stante hujusmodi metu proveniente à calumniosa impositione, et falsa probatione creditorum, matrimonium ex eo contractum fuerit omnino nullum, et invalidum. ~~et quidem~~ &.

XXIV Et quidem nullum, ~~ac~~ invalidum fuerit ipso jure naturali ac divino, ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ et non solo jure positivo ecclesiastico). Nam (Deus contractum matrimonialem) instituit summè liberum, juxta illud Gen. cap. 2. = adhærebit uxori suæ = ; sed non dicitur (qui cogitur per metum habere) voluntate adhærere: tantamque plenam libertatem jure naturæ requiri ad comprehendum matrimonium, videntur jam olim agnovisse parentes et fratres Rebeccæ Genes. cap. 24. dum servo Abrahæ eam pro Isaac uxorem petenti, dixerunt = vocemus puellam, et quæramus ipsius voluntatem.

XXV

XXV Ipsum desumitur ex fine matrimonij, qui est proles legitime procreanda, et educanda; unde nascitur indissolubilitas matrimonij; sique, exigitur plena libertas ad illud contrahendum. Solent enim matrimonia non libere contracta frequenter difficiles habere exitus = Quod enim quis non eligit, nec optat, profecto non diligit: quod autem non diligit, facile contemnit - ut loquitur Textus in cap. praesens cau. 20. quaest. 3.

XXVI. Primo quod matrimonium metu gravi contractum de jure naturae sit invalidum, satis probat ratio Pontificis in cap. cum locum 14 de sponsalibus allata, quae sic sonat - Cum locum non habeat consensus, ubi metus, vel coactio intercedit; atqui sine consensu matrimonium jure naturae est nullum, igitur sic erit nullum etiam contractum ex metu gravi injuste incusso. Et certum est quod coactio irritet matrimonium jure naturae; sed Pontifex in allato Textu metum gravem aequiparat coactioni illis verbis - Metus, vel coactio -

XXVII. Demum, quod contrahentes matrimonium plena debeant securitate gaudere, probat Pontifex, in ipsomet Textu non ex constitutione quadam ecclesiastica, sed ratione lumine naturali nota; loquitur enim sic - Ne per timorem dicat sibi placere, quod odit, et sequatur exitus, qui de invitis solet nuptijs provenire = Cum igitur Titius in nostro casu non ex propria libera electione, non cum plena securitate, sed in carcere detentus matrimonium contraxerit cum Berta ob metum perpetui squalloris carceris, qui metus nequit non judicari gravis, et cadens in constantem virum, sicut nequit non censeri injuste a causa extrinseca incussus, velut proveniens a calumniosa impositione et falsa probatione debitorem; necessario consequitur, dictum matrimonium fuisse ac esse nullum, et quidem non vigore alicujus constitutionis ecclesiasticae summi, sed ipsomet jure naturali, ac divino, quod ad matrimonium contrahendum requirit plenam libertatem.

XXVIII

XXVIII Nec videtur obesse, quod Titius è carcere liberatus contra=ctum matrimonium consumaverit, et ideo dici debeat quod tametsi etiam nulliter in carcere fuisset contractum ob circumstantiam metus, nihilominus per copulam carnalem sponte ac libere habitam fuerit reconvalidatum. Nam ut copula spontanea habita sit apta nata reconvalidare matrimonium nulliter contractum ob metum, requiritur ut pars metum passa sciat matrimonium fuisse nullum, ut docet Sanchez lib. 4. disp. 18. n. 5. Navarrus cap. 22. num. 76. Zisthing de sponsal. et matrim. num. 113. et alij.

XXIX Ratio est, quia nihil tam contrarium consensui, quam error, ut dicitur in §. si per errorem ff. de iurisdict. error autem revera intervenit in nostro casu, quia, ut Titius in ipsa facti specie expressum est, matrimonium consumavit putans illud esse validum. id autem forsan non fecisset si scivisset, matrimonium à se in carcere contractum fuisse nullum: igitur videtur debere inferri quod idem matrimonium nequidem fuerit reconvalidatum per copulam subsequentem, sed sicut prius fuit nullum, ita et post copulam perseveraret esse tale.

XXX Praelatis tamen non obstantibus, decisionem nostram proferendo, censemus, confessarium posse, ac debere Titio respondere matrimonium ab illo cum Berta contractum fuisse ac esse validum, ideoque teneri ad matrimonialiter cohabitandum cum eadem Berta ante omnem sententiam judicis coram quo lis est introducta: decidendo autem quod hoc matrimonium fuerit valide contractum, non intelligimus, quod etiam licite fuerit celebratum; scimus enim omnes, quod denunciationes à sacro concilio Tridentino praescriptae ita necessario sint praemittendae cujvis matrimonio, ut tam contrahentes quam Parochus libere ac sponte assistens mortaliter peccent, si absque denunciationibus matrimonium contrahatur, nisi dispensetur: cum igitur ex nostra facti specie

re

resultet matrimonium a Titio cum Berta, qui ille contractus
sine praevijs denunciationibus, et cum delectione Parochi
sub praetextu confessionis vocati, revera illicite, ac
peccaminose fuit contractum.

XXXI Quod autem idem matrimonium fuerit valide contractum
probamus sic: ille metus gravis ab extrinseco injuste
incussus potest sufficere ad reddendum nullum matrimo-
nium ipso jure naturali et divino, qui potest suffi-
cere ad rescindendum alios contractus, ut docet Pi-
rellus Decis. 6. fori Ecclesiastici num. 4. Sanchez de
matrim. lib. 4. disp. 12. num. 13. cum pluribus alijs; sed
non alius hujusmodi metus sufficit ad rescindendum alios
contractus, nisi talis, qui fuerit incussus in finem extor-
quendi ipsos contractus, igitur etiam respectu matri-
monij, non alius metus sufficiet ad illud ipso iure naturali
et divino ~~[illegible]~~ nullum reddendum, quam
metus talis, qui fuerit incussus in finem extorquendi
matrimonium.

XXXII Et ideo Sotus in 4. dist. 29. quaest. 1. art. 3. docet, quod
ad hoc ut metus reddat matrimonium invalidum non
tantum requiratur, quod ab homine sit injuste incussus
sed etiam sit incussus eo fine, ut matrimonium cele-
braretur; ideoque concludit, quod si alio fine sit incussus
utcunque sit gravis, et ab homine sit injuste incus-
sus, nihilominus matrimonium non reddat invalidum:
et propterea infert, quod si obsideatur aliqua
civitas, et Dominus illius metu gravi mali immi-
nentis matrimonium contrahat cum filia obsidentis
illud erit validum; quia obsidio non est eo fine coepta
ut ~~[illegible]~~ Dominus Civitatis, ejusque filia
cogeretur ad matrimonium; si autem obsidio eo fine
fuisset coepta matrimonium esset invalidum.

XXXIII Similiterque ulterius infert idem Sotus, quod is, qui jam
ab hoste captus, matrimonium offert, ut liberetur, valide
contrahit, sicut et is, cui ad mortem propter sua
facinora damnato, iudex vitam offert, si aliquam
ducat

ducat in uxorem. Et ratio est, quia in talibus casibus non incutitur metus, ut matrimonium celebretur; sed potius celebratur matrimonium, ut metus auferatur. Ob quam rationem sic etiam docet Sanchez lib. 4. de matrimonio disp. 12 n. 13. Innoc. in Cap.m Cum locum X. de sponsalibus et matrimonio, Butrius in Cap.o cum locum eod. tit. aliique quamplurimi, estque communis Theologorum, et Canonistarum sententia.

XXXIV. Cum autem in casu, de quo agitur, Titius non fuerit detentus nec detentatus in carcere, nec carceris squallorem perpetuum ullus ei fuerit minatus, nisi matrimonium contrahat cum filia custodis carcerum; ideo metus ex squallore carceris proveniens non fuit incussus ad extorquendum a Titio consensum matrimonialem, et per consequens si Titius matrimonium contraxit, illud non contraxit tanquam per metum ab eo extortum, sed potius libere ac sponte idem matrimonium elegit, ut se liberaret a timore squalloris perpetui carceris, cui causam non dedit custos carceris, nec ejus filia, sed iniquitas eorum qui per calumniam delicta imposuerant eidem Titio, ipsaque falsis probationibus demonstrarunt. Igitur pro certo tenendum est, quod dictum matrimonium fuerit valide contractum, et sic pro salutari directione Titii potest, ac debet respondere noster Confessarius.

XXXV. Itaque ad ea, quae in contrarium fuerunt praemissa, respondendum est, dicendo, pro validitate matrimonij requiri quidem libertatem à metu, non tamen à quocunque metu, videlicet, etiam à metu gravi ab intrinseco proveniente, vel ab extrinseco juste incusso aut à metu ab extrinseco injuste incusso, non ~~tamen~~ autem incusso ad extorquendum consensum matrimonialem, sed requiri libertatem ab illo duntaxat metu gravi, et cadente in constantem virum, qui ab extrinseco injuste incutitur, et incutitur ad extorquendum matrimonium.

I. (A decisione primi dubij gradum facimus ad decisionem secundi, quæ quidem potest sufficere, si eam restringamus ad responsionem à Confessario dandam Fulvio ut animæ suæ saluti consulat: priusquam autem ipse Confessarius se determinet ad respondendum, debet attentè reflectere, et cum eodem nos quoque reflectamus super singulis circumstantijs casus propositi.

II (Imprimis itaque reflectamus super circumstantijs præcedentibus matrimonij consumationem, quæ secuta fuit cum affectu maritali, ut videamus, quale judicium sit formandum de isto matrimonio. Si attendamus ad circumstantiam timoris, quem Fulvius concepit moriendi cum peccato mortali, videtur dicendum, quod matrimonium ob hujusmodi timorem contractum fuerit omnino validum. Nam, ut docet Suarr. de matrim. part. 2. cap. 13. §. 4. n. 26. et seqq., Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 12. n. 4. et seqq. citans alios, validum est matrimonium, quod quis metu præsentaneæ mortis, vel timore interni contrahit cum concubina.

III (Igitur videtur dicendum pariter esse validum matrimonium quod noster Fulvius contraxit ob timorem moriendi cum peccato mortali. Siquidem etiam votum Religionis emissum à constituto in lethali infirmitate, censetur validum servarique jubetur in cap. Sicut Nobis 7. de Regularibus: et ratio est, quia hujusmodi metus provenit ab intrinseco et ab ipso metuente suscipitur.

IV (Nihilominus tamen tanquam certum statuimus, et judicamus, dictum matrimonium fuisse omnino nullum; etenim tanquam veram amplectimur doctrinam Soti, qui in 4. dist. 29. quæst. 1. art. 3. docet coherenter ad sensum communem tam Theologorum, quam Canonistarum sententiam, quod quamvis valeret matrimonium in casu, quo pater tantum minaretur se accusaturum ~~[illegible]~~ apud judicem adolescentem cum filia inventum impudicè versantem, nisi filiam accipiat in matrimonium; eò quod pater non tantum potuit talem justè accusare, sed etiam justè illum accusare in eum finem, ut matrimonium contraheret ad

quod

quod judex illum juste cogere poterat; in nostro tamen casu pater non solum injuste egit minando occidere Fulvium, sed etiam injuste egit eum compellendo ad contrahendum matrimonium; quia id spectat ad publicam judicis authoritatem, ideoque matrimonium inde secutum revera fuit nullum; quia fuit contractum ob metum gravem ab extrinseco injuste incussum, et incussum ad extorquendum contractum matrimonialem.

V Si vero contigisset, quod pater voluisset duntaxat occidere Fulvium impudice repertum cum sua filia, et ipse precibus impetrasset, ut sibi parcatur, praestita conditione, quod ad compensationem injuriae vellet filiam ejus accipere in uxorem, validum fuisset matrimonium exinde contractum: licet enim pater injuste Fulvio metum incusserit, volendo ipsum privata authoritate occidere; hoc tamen solum fecisset in ultionem injuriae, non vero, ut supponimus, ad extorquendum consensum matrimonialem: ac proinde cum Fulvius non coactus matrimonium inire, sua sponte illud promiserit, et obtulerit velut medium servandi propriam vitam et illatam injuriam resarciendi, hujusmodi metus non obfuisset valori matrimonii; et ita ratiocinatur Sterellus (Decis. 6. n. 1. et 9. Reginaldus lib. 31. Praxis fori Poenitentialis cap. 13. num. 79. estque communis Doctorum sententia.

VI Tametsi vero matrimonium a Fulvio contractum fuerit nullum ~~[illegible]~~ dum fuit celebratum in praesentia Parochi et duorum testium, non quidem ob defectum solemnitatis, et formae a sacro Concilio Tridentino idcirco praescriptae, sed solum ob defectum necessarii liberi consensus in Fulvio, stante praefato metu gravi injuste incusso ad extorquendum matrimonium: nihilominus propositum dubium decidere volentes, censemus, Confessarium posse ac debere Fulvio respondere, nullum esse matrimonium quod cum secunda uxore contraxit, validumque matrimonium consistere cum prima; ideoque, ~~[illegible]~~ si velit animae suae saluti consulere, debere redire ad matrimonialiter cohabitandum cum ea.

VII Nam, si post matrimonium metu gravi injuste incusso initum

sequi

sequitur copula sponte, affectuque maritali, idest, ani-
conjugaliter vivendi, omnino validatur matrimonium. arg.
capitul. consultationi – de sponsalibus, et matrim. ubi dicit,
quod si mulier ante copulam admissam objicit metum,
audienda sit; igitur recte infertur, quod ea post copu-
lam admissam non est audienda. et clarius hac veritas
demonstratur ex cap. insuper – qui matrimonium accusare
ubi in summario leguntur hae verba = invita despon-
sata, postea sponte cognita contra matrimonium non
auditur. et ratio adfertur in textu illis verbis
consensit ex ratihabitione. siquidem per copulam
animo maritali habitam sufficienter exprimitur con-
sensus ad valorem matrimonij necessarius. Et ita docet
Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 18. n. 2. Bosco part.
5. disp. 11. sect. 9. concl. 7. Abbas in Cap. Consultation.
de sponsalibus, et matrim. num. 7. aliique adstruet
communis Doctorum sententia.

VIII. Cum autem noster Salvius post matrimonium nulliter
contractum ob metum a patre suae sponsae injuste incussum
libere ac sponte copulam carnalem habuerit cum eadem
et quidem affectu maritali, ut ipsa facti species expresse
continet, adjecta etiam circumstantia, quod uterque ante
ipsam copulam fuerit certioratus de nullitate matrimonij
praecedenter contracti. legitime infertur, quod idem matri-
monium per subsequentem copulam fuerit reconvalidatum
id tamen non accidisset, si et ipsa copula ex eodem metu
gravi fuisset subsecuta, quia defuisset spontaneus, et
a metu gravi liber consensus, qui ad valorem matrimo-
nij omnino requiritur. si enim expressus consensus metu
gravi extortus non sufficit ad valorem matrimonij multo
minus valebit tacitus per copulam habitus, si pari extor-
queatur metu, arg. a majori ad minus, quod in jure dicitur
esse fortissimum. his igitur sic se habentibus, manifestis-
ma est obligatio, quam habet noster Salvius deserendi
secundam uxorem, et redeundi ad primam, et cum
ea matrimonialiter cohabitet ~~[illegible]~~ sicut noster
confessarius ad consulendum saluti animae suae debet
ipsi respondere.

Pro Congregatione diei 20 Mensis Augusti 1748

Casus I.

Titius, cum non potuisset precibus inducere Cajum ad sibi equum donandum, eum ad id impulit talibus asperis verbis, et minis, ut Cajus exinde metum quidem levem duntaxat conceperit, si tamen metus ipse non intercessisset, Cajo equum, quem donavit, non donasset: quia vero dein Titius cœpit dubitare, an tuta conscientia possit eundem equum retinere, ideo desuper consuluit suum Confessarium. Unde oritur

Dubium, quid Confessarius possit Titio respondere?

Casus II.

Pulcheria, capta amore Fulgentij, libenter eum in sponsum accepisset; sed, quia pluribus vicibus à suis parentibus audivit, se esse destinatam ad statum Religiosum, nunquam eis ausa fuit contradicere; plurimum desiderium nubendi exponere; ob simplicem, ac tacitum metum reverentialem, quo perseverante, valedixit Fulgentio, ingressa est Monasterium, et in eo emisit professionem Status Religiosi, cujus deinde tædio affecta, et in ipsa reviviscente amore erga Fulgentium, prætendit esse nullam professionem à se emissam, et tentat egredi Monasterium ut eidem Fulgentio possit nubere. Unde oritur

Dubium, an professio Pulcheriæ fuerit nulla?

In Congregatione proxime præterita plura exposuimus concernentia naturam, et diversas species metus, ejusque multiplices effectus, quorum nonnulla magis necessaria juvabit ad memoriam revocare, praeliminariter ad decisionem dubiorum, quæ pro hodi

erna

erna congregatione pro consuimus: cum eorum utrumque involvat circumstantiam metus, alterum quidem metus levis alterum metus reverentialis.

II Meminisse igitur juvat metum per nos fuisse definitum, quod sit instantis periculi, vel futuri causa, mentis trepidatio; et accidit, quando quis propter instans, vel futurum periculum, aliquid agit, quod alioquin sponte non ageret: veluti, si ex morbo timens mortem, alicujus membri abscissionem patiatur ad eam evitandam; vel si metu mutilationis incurrendae det suo inimico pecuniam; aut si quis tempore naufragii projiciat merces in mare.

III. Sicut autem malum instans, vel imminens aliud est grave, et aliud leve, sic etiam metus alius censetur esse gravis, et alius levis. Uterque dividitur in eum, qui provenit ab intrinseco, et in eum qui provenit ab extrinseco, idest a causa libera, seu ab alio homine qui vel justa de causa malum minatur, aut causat, et tunc metus dicitur ab extrinseco juste incussus vel malum ipsum causat, aut minatur per injuriam, et tunc ~~dicitur~~ metus dicitur ab extrinseco injuste incussus.

IV. Communis est cum Theologorum, tum Jurisprudentum sententia, quod metus etiam gravis, qui solet appellari metus cadens in constantem virum, sive proveniat ab intrinseco, idest a causa aliqua naturali aut a propria metuentis passione, sive proveniat ab extrinseco, idest a causa libera, ac sive ab hac juste, sive injuste sit incussus, non causat involuntarium simpliciter, sed tantum secundum quid: ac proinde id quod metu fit, simpliciter, et absolute sit voluntarium, involuntarium autem tantum secundum quid.

V. Quoniam de metu gravi, seu cadente in virum constantem reminiscimur, ex sensu utriusque juris retulisse, quod

quod si is proveniat ab intrinseco, nullo modo vitiet contractus aliosque actus ex eo gestos, nec reddat nullum matrimonium professionem religiosam, aut votum: si verò sit incussus ab extrinseco, idest à causa libera, procedimus cum distinctione, à communissima sententia Doctorum ~~sententia~~ recepta, dicendo, quod, si metus, ut ut gravis, et cadens in constantem virum, sit ab extrinseco juste incussus, nullo modo vitiet contractus, aliosque actus, nec etiam reddat matrimonium nullum; si verò sit injuste incussus, quamvis contractus, pacta, transactiones, renunciationes, et similes actus gesti ob eundem metum, regulariter sint validi, tam in foro externo, quam interno, nihilominus per sententiam judicis sunt rescindibiles.

VI Diximus regulariter loquendo, quia sunt aliqui actus, in jure specialiter expressi, qui, si eis det causam metus gravis, et cadens in constantem virum ab extrinseco injuste incussus, vel ex natura sua, vel jure humano seu ecclesiastico, seu civili ita respective disponente, sunt ipso facto nulli, et invalidi, ideoque nulla indigent judiciaria rescissione, eosque actus Glossa in cap. Abbas de his, quae vi metusve causa fiunt refert sequentibus versiculis.

Tutor, judicium, Dos, sacrum, crimina, Votum.
Haec sex vi facta de jure scias fore nulla.
Altera jus patitur, sed postea restituuntur.

VII Itaque authoritas Tutoris, significata per verbum=Tutor, si fuerit per dictum metum extorta, est nulla sic disponente jure civili, ut constat ex l. 1. §. fin. ff. de Aucthe Tutorum, ubi leguntur haec verba: Tutor, si invitus retentus sit per vim, non valet quod agitur; neque enim praesentia corporis sufficit ad authoritatem=; qui textus, etsi loquatur duntaxat de vi, seu violentia, à Doctoribus tamen, innixis Glossa ibidem verbo non valet, taliter

ad me

ad metum gravem, injuste incussum favore pupilli, ne casu
roquin huic quoquomodo praejudicetur.

VIII Verbum judicium significat jurisdictionem, quae, si per dictum metum fuerit extorta, pariter ipso jure non tenet, idque desumitur ex §. 2. ff. de judiciis, ubi, cum praemissum fuisset, quod error litigatorum non proroget jurisdictionem, subditur, hoc ipsum esse dicendum de gravi metu. Textus enim sic loquitur = aut si, cum restrictus per vitea litigatoribus, viribus Praetoris compulsum est, nulla jurisdictio =. Quamvis autem in hoc Textu ex professo sit sermo de jurisdictione prorogata; nihilominus Accur. in Cap. 2. ff. de eo quod vi, metusve causa fiunt, laudat Glossam ibidem id generaliter intelligentem, considerata ratione Textus: quia enim metus impedit prorogationem jurisdictionis, fortius debet impedire translationem ejus.

IX. Contractus dotis promissae, vel solutae, est tertius ex dictis actibus, indicatus ab illo verbo = dos = qui pariter est ipso jure nullus, si ex gravi metu injuste incusso fuerit celebratus, ut disponit §. si mulier, ff. Quod metus causa §. ubi loquentes formaliter: si dos metu promissa sit, non puto nasci obligationem = Et summarium ait sic = contractus dotis factus metu, est ipso jure nullus = Et merito, quia dos est accessoria ad matrimonium, matrimonium autem metu gravi contractum, ipso jure est irritum.

X. Sacrum significat promissionem, ac traditionem rerum Ecclesiasticarum, quae si praefato metu sit extorta, ipso jure non tenet, et est invalida, ut habetur in Can. Si quandoque cau. 15. quaest. 6. et in Cap. pervenit de jurejurando; et ratio est, quia, cum alienatio rerum Ecclesiae sine solemnitatibus a jure requisitis non valeat, multo magis ea non [struck] debet valere, si extorta sit per metum gravem, atque injuste incussum; et idem procedit de juramento solutae pacto, quia [struck] est accessorium, et sequitur servari absque peccato.

XI Verbo illo = copula = intelligitur matrimonium, quod juxta probabiliorem sententiam ipsomet jure Naturali, et Divino
est

est nullum, et invalidum, et non tantum vigore juris ecclesiastici, si sequatur metu gravi injuste incusso fuerit celebratum, et etiam consummatum.

XII. Demum per Votum significatur professio Religiosa, quae pari: ter ipso jure, ecclesiastico tamen non autem naturali, ac Divino, est nulla, et invalida, si fiat ex metu gravi injuste incusso, idque est expresse decisum in Cap. 1. ff. De iis, quae vi, metusve causa fiunt, quae juris canonici dispositio a Sanchez lib. 4. de matrimonio disp. 29. num. 5. et fere communiter a Doctoribus extenditur ad quodli: bet votum etiam simplex per metum emissum. Immo videtur id esse decisum in Cap. 5 ff. de Voto, ubi dicitur oportere, ut liberum sit arbitrium in vovendo, neque enim aliam, nisi voluntarium sibi militem eligit Christus, ut loquitur Can. non est, caus: 15. quaest. 1. An autem nulla sit professio religiosa emissa ob metum levem, vel ob metum reverentialem, est id quod inquiremus in decisio: ne dubii, super secunda facti specie proposita.

XIII. Itaque, excepta authoritate Tutoris, jurisdictione, promissione dotis, alienatione rei ecclesiasticae, matrimonio, et pro: fessione religiosa ac etiam voto, quae omnia ipso jure, vel ex natura sua respective sunt nulla, et invalida si fuerint extorta metu gravi, et cadente in virum constantem, ab extrinseco injuste incusso, caeteri actus omnes, videlicet contractus, pacta, conventiones, renun: ciationes, aliique similes, dicto metu extorti, in se quidem, ac de jure sunt validi, nihilominus tamen sunt defectuosi, ac infirmi quoad vim producendi obligationem, et per judicis sententiam sunt rescindendi.

XIV. Sic enim disponitur in Cap. Abbas §. fin. et in Cap. 2 ff. de iis quae vi metusve causa fiunt, ubi ea, quae vi metusve causa fiunt, de jure in irritum revocanda esse decernitur. Sic quoque disponitur in l. 1. ff. eod. tit. in qua leguntur formalia — Ait Praetor, quod metus

metus causa gestum erit, ratum non habebo =. et hoc dictum amplius in progressu ibidem explicatur, et restrin ut in §. Si mulier, in §. metum autem, et in aliis aliis. volentem autem in eum cit. §. metum autem eamque quam habetur, quod metu interveniente, sive perfecta, sive imperfecta res sit, ~~et~~ actio, ~~et exceptio~~ datur metum passo, quae appellatur = Quod metus causa = estque non solum personalis, quatenus potest dirigi in personam illius, qui metum intulit, sed etiam est actio in rem scripta, quia datur adversus quemcunque qui ex metu illato sentit commodum, licet ipse metum non intulerit

XV. Alterum remedium, quod metum passis de jure competit, est exceptio, quae pariter vocatur = Quod metus causa: et haec quidem ubi maxime consistit in negotiis imperfectis hoc est in illis, ubi nondum facta est executio, i.e. rei traditio; quamobrem, si quod est promissum, exigitur potest opponi dicta exceptio.

XVI. Et haec quidem procedunt, si metus fuit gravis, et ab extrinseco injuste incussus. Quid autem dicendum est, si metus fuit quidem ab extrinseco injuste incussus, sed levis duntaxat extitit? Numquid contractus, aliique actus hoc metu extorti ita erunt validi, ut ipsum metum passo nullum de jure competat remedium ad vindicandam injuriam sibi illatam? Si percurramus totum corpus Juris Civilis, totumque corpus Juris Canonici, nullam Legem, nullumque Canonem inveniemus, vi cujus aliqua detur actio, vel exceptio ei qui ob metum levem ab extrinseco injuste incussum, inivit aliquem contractum, seu bonae fidei seu stricti juris, aut aliam quamcunque conventionem, et pactionem celebravit.

XVII. Nec mirum id potest alicui videri, quia metus levis non consideratur pro metu, et a viro constante debet contemni, ideoque si quis ob metum levem inducitur ad operandum sibi debet imputare omne praejudicium, et damnum, quod exinde patitur; et ita constituunt Jura, quae hujusmodi metum passo etiam ideo non succurrunt, quia aliter in

in infinitum crescerent lites, à quibus ob publicam utilitatem, et quietem quantum fieri potest, est abhorrendum.

XVIII. Inde ~~[illegible]~~ super dubio primi casus videtur confessarius posse Titio respondere, quod tuta conscientia valeat retinere equum sibi à Cajo donatum. Nam revera leges ob metum levem ab extrinseco incussum etiam injuste non concedunt rescissionem contractuum, conventionum, transactionum, aliarumque pactionum, uti constat ex toto tit. ff. de eo, quod metus causa &c., immò nec sacri canones hujusmodi rescissionem admittunt, uti patet ex toto tit. extra, de iis, quae vi, metusve causa fiunt, et ex aliis locis, ubi agitur de metum passis: Sed leges istae, et canones sunt justissimi: igitur in utroque foro sunt servandi: igitur sicut leges praescriptionis hoc ipso quod praescriptio completa sit, reddunt praescribentem tutum in utroque foro ita et leges, ac canones sustinentes valorem contractuum, et non concedentes rescissionem, quamvis sint init. ob metum levem ab extrinseco injuste incussum.

XIX. Praeterea certum est, quod sententia judicis non innixa falsae praesumptioni pro utroque foro sit justa. Sed leges quae non concedunt rescissionem contractus init. ob metum levem ab extrinseco injuste incussum non innituntur falsae praesumptioni quia etiam considerentur probato hujusmodi metu, nullo modo succurrunt metum passo videlicet nec per actionem, nec per exceptionem appellatam quod metus causa: igitur eaedem leges, et canones suum vigorem habebunt non tantum in foro externo, sed etiam in interno.

XX. Si res igitur ita se habet, profecto videtur clare posse concludi, quod Titius retinendo equum sibi à Cajo donatum, non tantum sit tutus in foro externo, cum jura nullo modo succurrant Cajo metum passo, sed etiam sit tutus in foro interno, cum jura ipsa videantur esse justa etiam in hoc foro.

XXI.

XXI Nihilotamen minus, decisionem nostram super eodem dubio intendentes proferre, censemus, contestarium debere, ita respondere, eum in conscientia teneri equum restituere suo, nisi ab hoc in statu plenissima libertatis ratificetur donatio, quam fecit in statu metus. Quamvis enim iura in tali metus levis ab extrinseco iniusti etiam injuste, non concedant metum passo ullam actionem in negotiis perfectis, nec exceptionem in negotiis imperfectis; id tamen est praecisè ad vitandas lites quae passim, et continuò succrescerent, ac ne humana commercia in maximum Reipublicae damnum impedirentur: sed hoc non obstante nullatenus approbant, nec justos esse decernunt illos contractus, et conventiones, quae ita celebrantur, ut non celebrarentur si abesset metus levis injuste incussus; igitur in foro interno huiusmodi contractus, et conventiones, quibus causam impulsivam principalem dedit metus injustus, et injuriosus, non erunt ita valida, ut metum incutiens tuta conscientia possit retinere, quod vigore illarum acquisivit: igitur tenetur acceptum restituere, nisi [illegible] subsecuta legitima ratihabitio, seu reconvalidatio ipsorum contractuum, et conventionum.

XXII Siquidem Leges, et Canones, non concedentes rescissionem contractuum, aliorumque actuum initorum ob metum levem ab extrinseco injuste incussum, sunt ad instar legum quae nullam dant actionem, aut exceptionem [illegible] intra dimidium justi pretii in contractu emptionis venditionis: sicut igitur hae Leges sunt tantum justae in foro externo ob finem vitandi multiplicitatem litium non autem sunt justae etiam in foro interno, quia intactam relinquunt obligationem naturalem, quam accipiens habet erga laesum: ita quoque, iura non concedentia actionem et exceptionem passo metum levem ab extrinseco injuste incussum, sunt tantum justa in foro externo ne Tribunalia frequentissimis rescissionibus turbentur

et aliam

et ~~etiam~~ quia ob hunc finem vitandi lites metum levem habent pro nullo, sinuntque eum non intervenisse, non ~~autem~~ verò sunt etiam justa in foro interno seu conscientiae: quia quoad hoc forum nihil immutant de obligatione naturali, nec tollunt injustitiam, et injuriam provenientem ab incutiente metum.

XXIII. Non enim potest negari, quod injuriam, et injustitiam committat etiam ille, qui per metum utcunque levem privat alium sua plena libertate, qua debet gaudere, ipsumque alias renitentem inducit, et cogit ad contractum, quem non iniret, si tali metu non esset compulsus: igitur hujusmodi metum inferens tenetur in conscientia restituere si quid accepit, nec potest licitè petere, quod ei fuit promissum ab eo, qui metum fuit passus, ut sic reducat rem ad pristinum statum juris laesum libertatis meliori modo, quo potest, reparando, per cessionem, nempe cujuscunque juris, quod per contractum alias in se validum quoquo modo acquisivisset. Constat enim, quod consensus sit de forma substantiali omnium contractuum, tam onerosorum, quam gratuitorum, et debet provenire à libera voluntate contrahentium; si igitur contingit, quod idem consensus extorqueatur cum injuria, et praejudicio libertatis etiam levi, hujusmodi laesio libertatis ex debito conscientiae debet reparari, reddendo totum in gratuitis quod fuit acceptum ~~[illegible]~~ et promissum non praetendendo, in onerosis verò dando acceptum, et datum repetendo.

XXIIII. Cum igitur ex nostra facti specie relevetur quod Titius talibus asperis verbis, et minis impulerit Cajum ad sibi donandum equum, et Cajus exinde metum quidem levem dumtaxat conceperit, si tamen metus ille non intercessisset Cajo equum, quem donavit, non donasset, necessariò consequitur, quod, quamvis Cajo jura non succurrant per actionem quod metus causa vigore cujus potuit petere, ac consequi rescissionem donationis à se.

factae;

facta; nihilominus tamen, quia Leges denegantes ajo dictam actionem, non propterea approbant injuriam quam Titius per metum levem injuste incussum eidem ajo irrogavit, adhuc manet in foro conscientiæ obligatio illa naturalis, qua idem Titius obstringitur ad resarciendam illatam injuriam. hæc autem reparatio non potest aliter debito modo fieri, quam si ipse Titius restituat Cajo equum sibi donatum, vel ab eodem in statu plenæ libertatis existente obtineat ratihabitionem seu reconvalidationem donationis ob metum præcedenter secutæ: igitur hoc ipsum tenebitur præstare, ut sit salvus in conscientia: igitur hoc modo eidem Titio potest, ac debet respondere noster Confessarius.

XXV. Hinc est quod præmissa in contrarium dubitandi motiva non subsistant; quia imprimis tametsi jura non concedant rescissionem contractuum, quibus causam dedit metus levis injuste incussus; non tamen propterea favent metum incutienti, nec approbant ipsos contractus quoad forum internum. Ad paritatem desumptam ex Legibus præscriptionem, respondetur, dictas Leges etiam quoad forum internum approbare translationem dominij ab uno in alium, concurrentibus legitimis requisitis, non sic autem jura approbant illos contractus, quibus dedit causam metus levis injuste incussus.

XXVI. Pariter non subsistit paritas de Legibus, cum innixis falsæ præsumptioni, quamvis enim Leges, quæ non concedunt rescissionem contractuum, quibus metus levis dedit causam, non innitantur falsæ præsumptioni, sed rescissionem denegent, etiam probato metu, tamen non sunt approbativæ injuriæ, quam metum incutiens irrogat sic extorquendo contractum cum qualicunque præjudicio libertatis ejus, qui ipsum metum patitur. Unde constat, regulam illam, quod ex justa in foro externo sit etiam justa in foro interno, non esse universaliter veram, quia illa quoque, ut aliæ Regulæ, suis exceptionibus est obnoxia.

I Transeamus jam ad decisionem dubii, super altera facti specie
propositi, preliminariter ad quam advertimus, quatuor
esse requisita necessaria ad valorem cujuscunque profes=
sionis religiosae. Nam primo requiritur legitima aetas
annorum videlicet sexdecim completorum, ut ~~[illegible]~~
Sacrum Concil. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 15. clare
disponit his verbis = In quacunque Religione tam viro=
rum, quam mulierum non fiat ante decimum sextum
aetatis annum expletum = loquitur de professione, ut
constat ex his verbis subjunctis = Professio autem antea
facta sit nulla =

II Secundo requiritur annus probationis completus, textu expresso
ejusdem Concilij Tridentini, qui citato loco disponit = Ne=
que qui minori tempore, quam per annum post suscep=
tum habitum, in probatione steterit, ad professionem
admittatur = professio autem antea facta sit nulla

III Tertio requiritur consensus, et acceptatio illius, vel illorum,
ad quos spectat, aliquem ad professionem suscipere,
arg.° cap. Porrectum de Regular. ubi loquitur hoc
verba = Et recipitur ab Abbate = idemque statuitur
in cap. Ad Apostolicam eod. tit. illis verbis = Abbate,
per se, vel per alium professionem recipiente = et
merito quia professio est onerosus, et reciprocus contractus
utroque obligans, professum quidem ad observan=
tiam Regularem, Religionem vero ad eundem alendum
et juxta ordinis constitutionem tractandum, ideoque
consensus utriusque requiritur, sicut in aliis contractibus
reciprocis.

IV. Quarto requiritur, ut professio omnino libere, idest, libero
consensu profitentis, absque metu gravi, seu cadente
in virum constantem, ab externo injuste incusso fiat,
Textu claro in cap. 1. de Regular., in cap. 1. de iis, quae
vi metusve causa fiunt, in cap. Perlatum, cau. 20. quaest. 3.
juncto Concilio Tridentin. sess. 25. de Regular. cap. 15., ubi
inter causas reclamandi contra professionem prima

ponitur

ponitur hisverby = Si quis per vim, vel metum inductus est = . Ratio est, quia per professionem assumitur Status ex natura sua non amplius mutabilis: unde, sicut ob hanc rationem, matrimonium carnale metu gravi incussum initum est nullum, ita et professio religiosa tanquam matrimonium spirituale.

V. In nostra facti specie nulla est expressa circumstantia, unde posset desumi ullum motivum dubitandi circa valorem professionis emissae à Pulcheria, ob aliquem defectum circa primum, vel secundum, aut tertium ex traditis requisitis; supponitur enim, quod ea compleverit annum decimum sextum, itemque compleverit annum probationis, et quod intercesserit consensus, et acceptatio illius per Dominae, ad quam spectat suscipere ad professionem in illo monasterio, ubi ista Pulcheria suam professionem emisit.

VI Igitur tota ratio dubitandi circa valorem professionis à Pulcheria emissa ~~[illegible]~~ videtur posse provenire, dumtaxat à metu illo reverentiali, ob quem ista nunquam fuit ausa contradicere suis Parentibus, dum ab ijs audiebat, se ad statum religiosum esse destinatam, nec fuit ausa eidem ~~[illegible]~~ exponere suum desiderium nubendi, et ob quem demum valedixit Fulgentio, cui alias libenter nupsisset, ingressa est Monasterium et in eo emisit professionem Status religiosi.

VII Quoniam autem in facti specie expresse dicitur, Pulcheriam ... ob simplicem ac ... Deo prodest ... habere ... hujusmodi metus, quatenus à nobis ... absit omnis aequivocatio. Itaque, per metum reverentialem, de quo loquitur nostri casus, non intelligitur sola reverentia, et verecundia naturalis, quam habuit Pulcheria erga suos Parentes, dum non fuit ausa illis contradicere, et dum professionem emisit. Nam certum videtur talem naturalem verecundiam ...

sufficere ad invalidandam professionem ex vi metus reverentialis, sicut nec sufficit ad invalidandum sponsalia, aut matrimonium, caeterosque alios contractus.

V. Quæ quidem praxis, et disciplina æqua est, ac rationabilis, ut colligitur ex Cap. 9º Epistolæ primæ ad Corinthios, ubi Apostolus probat, seipsum, ac Barnabam exigere potuisse à Corinthijs necessariam sustentationem, quamvis ex manuum suarum laboribus viverent, qui patrimonij loco ipsis erat, inquit enim ibi – Quis militat suis stipendijs unquam? Quis plantat vineam, et de fructu ejus non edit? quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat? Numquid secundum hominem hæc dico? An et Lex hæc non dicit? Scriptum est enim in Lege Moysi: non alligabis os bovi trituranti. Numquid de bobus cura est Deo? An propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt: quoniam debet in spe, qui arat, arare; et qui triturat, in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum

magnum est si nos carnalia vestra metamus? si alij po-
testatis vestrae participes sunt, quare non potius nos?
Sed non usi sumus hac potestate: sed omnia sustine-
mus ne quod offendiculum demus Evangelio Christi.
Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quae de
sacrario sunt, edunt: et qui altari deserviunt, cum
altari participant? Ita et Dominus ordinavit ijs, qui
Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere &c.

VI Est igitur certum, et veritati evangelicae consonum, quod
Clerici habentes bona patrimonialia, et possidentes
Beneficia ecclesiastica, possint se sustentare de
redditibus Beneficiorum, ~~[illegible]~~ parcendo bonis,
et redditibus patrimonialibus, ac de ijs disponendo cum
plena et illimitata libertate. Nec solum cum plena
libertate possunt Clerici beneficiati disponere de eorum
bonis patrimonialibus, quae nempe ipsis obveniunt hae-
reditate, donatione, arte, aliave industria, vel causa
profana, qua etiam Laici acquirunt; sed eadem liber-
tate disponere quoque possunt de bonis quasi patrimo-
nialibus, seu industrialibus ac etiam de bonis parsimo-
nialibus.

VII Ea autem vocantur quasi patrimonialia, seu industrialia
Clericorum bona, quae à Clericis acquiruntur ex industria
spirituali sive ex extraordinarijs functionibus ecclesia-
sticis, absque Beneficio, veluti ex celebratione missa-
rum votivarum, concionibus, confessionibus audiendis
vel ex aliorum Sacramentorum administratione,
ex Officio Vicarij Generalis, ex cantu ecclesiastico
agendo mansionarium vel sacristanum ac demum
ex alijs laboribus, et exercitijs ecclesiasticis.

VIII Difficultas tamen est, an bonis industrialibus, vel veris
ecclesiasticis, et beneficialibus accenseri possint, ac
debeant redditus Stolae, idest, illa emolumenta
quae Parochis ex benedictione Nuptiarum, admi-
nistratione Sacramentorum, sepulturis, alijsque
hujusmodi functionibus Parochialibus obveniunt
nec non distributiones quotidianae, seu fructus
illi

illi, qui dantur Canonicis intuitu quotidianæ eorum præsentiæ in Choro: sunt enim hinc inde rationes graves, et urgentes. Siquidem plures antiqui magnæ notæ Theologi et Canonistæ ponunt pro regula universali, omnia illa bona, quæ Clericus intuitu et respectu Ecclesiæ, vel Beneficii acquirit, non acquisiturus, si non haberet Beneficium, nullatenus bonis quasi patrimonialibus, seu industrialibus, sed mere ecclesiasticis debere annumerari, quia, quod intuitu Ecclesiæ seu Beneficii acquiritur, non acquirendum, si beneficium non haberetur, bonum ecclesiasticum, bonum beneficiale, profecto videtur esse, non vero quasi patrimoniale seu industriale; cum autem tam fructus Stolæ, quam distributiones quotidianæ sint tales redditus, qui non acquirerentur, si non haberetur Beneficium Parochiale, vel respective Canonicale; igitur utrumque genus ejusmodi fructuum ad fructus ecclesiasticos, et beneficiales proprie tales videntur pertinere.

IX. Quod vero Stolæ redditus sint bona quasi patrimonialia, seu industrialia, docet hodie communis Doctorum sententia, quam nos libenter amplectimur, ob hanc gravissimam rationem; quia, nempe, redditus Stolæ Clericis, etiam habentibus Beneficium Parochiale, non dantur praecise intuitu Beneficii Parochialis, sed praecise intuitu præstiti spiritualis servitii, seu functionis, aut laboris, et quidem tanquam stipendium, et merces, absque ullo tacito, aut expresso onere in pias causas erogandi ejusmodi præstationes. Neque ex hoc quod Clericus ipsas præstationes, seu fructus non acquireret, si Beneficium curatum non haberet, dici debent intuitu, seu titulo Beneficii acquisita; quia hoc esse videtur per accidens; cum dentur absque ullo essentiali respectu ad Beneficium, sed solummodo intuitu et consideratione, functionis, ac laboris spiritualis præstiti, prout fructus Stolæ Parocho largiuntur, et largiri censeantur, largiuntur etsi

Beneo

Beneficium Parochiale non haberet, dummodo desuper functiones, et labores spirituales illis exhiberet; teste experientia, qua videmus, quod Epi. ob praestita illis similia servitia spiritualia Clericis stipendium tribuant, sive sint beneficiati, sive non.

X Quod autem attinet Distributiones quotidianas, credimus, eas bonis mere beneficialibus, seu ecclesiasticis annumerandas esse; quia ordinarie sumuntur de ipsis bonis mere ecclesiasticis, et, spectata dispositione Sacri Concilij Tridentini, sunt tertia pars dictorum redditum nec aliter acquiruntur, quam intuitu beneficij, utpote non acquirenda, si Clericus beneficium non haberet, et chorum accederet.* Nec obstat, quod videantur dari tanquam merces ob praesentiam in Choro, et recitationem Divini Officij; nam etiam fructus grossi dantur tanquam merces propter officium Canonicale, et tamen sunt bona ecclesiastica etc: igitur qualitas ecclesiasticitatis desumi debet ex intentione fundatorum; cum autem Distributiones quotidianae non minus ac ipsi fructus grossi, utpote horum pars, indeque desumpti, ex tacito,

X vel expresso fundatorum pacto nonnisi ad causas pias applicari valeant, nullatenus bona mere industrialia seu quasi patrimonialia, sed mere ecclesiastica sunt, et manebunt, sicut fuerunt originaliter, et ante separationem, quae non abstulit, nec auferre potuit naturam eorum, nec finem fundatorum volentium ut nonnisi ad pias causas applicentur: nihil igitur refert quod ipsae distributiones acquirantur ad instar mercedis debitae pro labore, quia diversus lucrandi modus non variat finem, ob quem fuerunt dotata bona illa, ex quibus eadem distributiones fuerunt desumptae.

XI Diximus, quod Clerici possint etiam plena libertate disponere de bonis parsimonialibus, hae autem bona sunt, quae Clerici ex redditibus mere ecclesiasticis ad congruam sustentationem sibi competentibus majori, quam deberent, vivendo parsimonia, sibi subtrahunt, et congregant

Quod Clerici plena libertate disponere possint de bonis industrialibus, seu quasi patrimonialibus, ratio est, quia hujusmodi bona dantur Clericis ut pura merces laborum, et absque ullo intuitu beneficii ecclesiastici, vel si non dantur ut merces laborum, saltem dantur sine omni tacito, aut expresso pacto, sive onere, illa erogandi in causas pias: quae ratio facit etiam, ut Clerici eadem libertate disponere possint de bonis parsimonialibus; quamvis enim haec bona desumantur ex bonis vere ecclesiasticis, seu beneficialibus, ipsa tamen desumuntur, seu detrahuntur ex bonis ecclesiasticis constituentibus congruam, et honestam sustentationem eisdem Clericis debitam tanquam veram et propriam mercedem, justumque stipendium pro officio, et obsequio Ecclesiae praestito. Siquidem ut dicitur in Cap. Cum secundum Extra, de Praebendis, =dignum est ut Ecclesiae stipendiis sustententur, in qua, et per quam divinis obsequiis adscribuntur=; stipendium autem, et merces laboris, et obsequii, transit in dominium laborem et obsequium praestantis, non tantum Laici, sed etiam Clerici utpote qui non est deterioris conditionis ac ille, nec minus dominii capax.

XII Nec per hoc dici potest, quod Clericus disponens plena libertate de bonis parsimonialibus, contrafaciat intentioni, ac fini Fundatorum, seu Sacrorum Canonum. Nam horum intentio ac finis, videlicet, ut bona ecclesiastica, seu beneficialia nonnisi in pias causas impendantur, jam censetur impletus quoad illam dictorum bonorum partem, quam Clericus acquirit, et debet acquirere pro congrua et honesta sua sustentatione, cum ipsamet necessaria Clerici sustentatio sit causa pia; igitur legitime infertur, quod Clericus si de congrua sustentatione ipsi debita ex bonis ecclesiasticis, seu beneficialibus, aliquid detrahat, id detrahat de re sua, et quod detraxit sit bonum mere parsimoniale, de quo ea libertate potest disponere, qua libertate disponere potest de suis bonis patrimonialibus, et quasi patrimonialibus,

seu

seu industrialibus; siquidem fundatorum intentio paris duntaxat obligationem personalem, stringentem habentes bona ecclesiastica seu beneficialia, ut ea in pias causas applicent, *quo semel facto, ipsa intentio jam censetur perfecte impleta, neque ulterius se extendit, nec amplius obligat personas, quae hujusmodi bona acquisiverunt titulo causae piae, sicut hoc titulo clerici acquisiverint de bonis beneficialibus redditus sufficientes ad congruam eorum sustentationem; aliter enim sequeretur, quod pauperes illi, qui summa paritate vivendo de eleemosinis eis elargitis ex bonis ecclesiasticis, residuum aliquod haberent, de eo non possent plena libertate disponere.

XIII Supposita itaque profatarum assertionum veritate, velut aliquomodo praeparatoria ad decisionem dubiorum propositorum pro hodierna Congregatione, accedamus nunc ad ea, quae propius collimant ad resolutionem dubij vertentis, super primo autem in quo quaeritur, an Titius lethaliter peccaverit et teneatur ad restitutionem ex eo, quod ad profanas causas applicuit quinquaginta ducatos, qui ei annuatim remanserunt ultra
X undequaque honestam, ac congruam sustentationem, ex proventibus Beneficij ecclesiastici, quod per annos quindecim possedit.

XIV Dubium duas continet partes, alteram nempe an Titius lethaliter peccaverit, alteram an teneatur ad restitutionem; et respectu utriusque videtur respondendum esse negative, quia Titius omnium proventuum sui beneficij fuit dominus; igitur de omnibus, et consequenter etiam de annuis quinquaginta ducatis, qui ei ultra congruam sustentationem remanserunt licite ac valide potuit disponere; igitur si de eis disposuit ad causas profanas, lethaliter non peccavit, et multo minus tenetur ad restitutionem.

XV Verum quo fundamento dici potest, quod Titius omnium proventuum sui beneficij fuerit dominus? Sed etiam

Suppo-

Supposito, quod fuerit omnium dominus, qua ratione pretendi potest, eum, disponendo de superfluis annuis ducatis quinquaginta, ad causas profanas, lethaliter non peccasse, nec teneri ad restitutionem? Interpellationes hujusmodi nos compellunt, ut, priusquam nostram proferamus decisionem, sollicite dispiciamus an Clerici reddituum ecclesiasticorum, seu beneficialium habeant dominium.

XVI Quod dominium habeant redditum, qui sunt necessarij ad congruam, et honestam sustentationem, est adeo certum ut nulla idcirco moveri possit difficultas; praeterquamquod enim pluribus juris textibus comprobari valeat haec veritas ipsa etiam demonstratur ex declaratione Sacri Concilij Tridentini, quod sess. 24. de Ref. cap. 12. positive insinuat, et asserit, Clericos debite residentes fructus facere suos, et de indebite absentibus sic: Alioquin primo anno privetur unusquisque dimidia parte fructuum quos ratione etiam Praebendae, ac Residentiae fecit suos. quibus verbis Concilium profecto indicat manifeste, Clericum debite residentem fructuum mere ecclesiasticorum acquirere et habere dominium; cum rem suam facere, et ejus dominium acquirere sint omnino idem arg. Cap. unic. de Praeb. in 6.°; et ideo nos procedenter asserimus sine

XVII ulla hesitantia, quod Clerici beneficiati plena libertate possint disponere de bonis parsimonialibus, utpote quae sunt detracta de bonis necessarijs ad congruam sustentationem; nam quod juris est in toto, idem est in parte. Verum quid judicandum, quid dicendum de superfluis bonis beneficialibus? Habentne Clerici eorum dominium? Nemo nostrum ignorat, celeberrimam hanc esse inter Doctores controversiam, et nodum gordium implicare; cum prorsus inextricabilis esse videatur; duae namque sunt sententiae sibi immediate oppositae, et utraque gravissimorum Theologorum Canonistarumque authoritate fulcita, rationumque vallata munimine. Siquidem dicit una, Clericos etiam bonorum superfluorum ecclesiasticorum, seu beneficialium verum habere dominium; et hanc sententiam tenent

Covarruvias

Covarruvias, Molina, Barbosa, Fagnanus, ipsius, ac mox Sanchez, Filiucius, Valentia, Azorius, Haunoldus, et quasi non omnes recentiores. Altera è contra docet, Clericos beneficiatos saeculares quoscunque nullum morta[le] habere dominium dictorum bonorum superfluorum, sed eorum esse meros administratores, procuratores, et dispensatores: et ita docent pené omnes Theologi et Canonistae antiqui, signanter Navarrus, Abbas, Archidiaconus, Innocentius, Pelagius, Angelus, Jo. Andreas, Archaranus, Hostiensis, Sylvester, Jason, Totus, et alij plurimi, quorum omnium nomina citare nimis longum foret.

XVIII Patroni primae sententiae suum principale fundamentum sumunt ex Cap. unico de Prabendis in 6°, et ex Concilio Trid. sess. 22. de Ref. cap. 13. sess. 23. cap. 1. et sess. 24 cap. 12., in quibus locis aperte habetur, quod Clerici saeculares beneficiati debite non psallentes dominium fructuum seu bonorum ecclesiasticorum non acquirant, nec eos faciant suos: igitur à sensu, et argumento contrario, quod in jure est fortissimum, si debite sunt psallentes, dominium acquirunt, eosque faciunt suos. Deinde sic ratiocinantur Clerici, etiam juxta Doctores contrariae sententiae, sunt veri domini redituum honestae sustentationi necessariorum igitur etiam sunt domini superfluorum, quia reditus omnes tam necessarios, quam superfluos promiscue, ac commixtim accipiunt: et per consequens dici non potest, quod aliquorum acquirant dominium, et aliorum non acquirant; necessario itaque dici debet, quod vel neutrius, vel si unius etiam alterius generis bonorum promiscue acceptorum acquirant, et habeant dominium.

XIX Atque hinc est, quod Summus Pontifex, Julius III. in sua Bulla Cum sicut Nobis. §. 1. fuerit sic locutus Pecunias, et res alias, occasione Ecclesiarum, Monasteriorum, et Beneficiorum ecclesiasticorum provenientes, postquam ad manus Beneficiatorum pervenerant, et cum alijs ipsorum Beneficiatorum fructibus commixtae sunt &. non ulterius in ecclesiasticis, sed potius in ipsorum Beneficiatorum propriis, et ab eis acquisitis bonis judicari, et tractari quodammodo pro profanis haberi &.

XX

XX Alterius vero contrariae sententiae Patroni fundamenta sua depromunt, tam ex jure veteri quam ex novo, ac etiam ex SS. Patribus, et ex ratione. Audiamus sacros Canones, qui in Decreto Gratiani continentur: In Can. Quia, Cau. 12. q. 1. dicitur = Quia juxta SS. Patrum traditionem novimus, res Ecclesiae vota esse fidelium, pretia peccatorum et Patrimonia pauperum =. In Can. 1. eadem Cau. et quaest. legitur = Qui Christi pecunias, et Ecclesiae aufert, fraudat et rapit =. In Can. 8. ead. pariter Cau. et quaest. habentur formalia = Omne, quod superest, in causis piis, et religiosis erogandum =. Concordant Canon, Decima, Cau. 17. quaest. 1., et Canon Quod autem, Cau. 23. quaest. 1. Sic quoque loquuntur antiqua Concilia, ut Agathense Can. 6. Carthaginense Can. 46. Aquisgranense Can. 46., et plura alia, quorum omnium Textus afferre tempus non suppetit.

XXI Ex jure novo afferunt Cap. 16. Extra de Praeb. in quo bona ecclesiastica seu beneficialia dicuntur esse de Patrimonio Jesu Christi. Afferunt Cap. 34. de Elect. in 6.°, in quo Bonifacius VIII. de redditibus Clericorum intuitu Ecclesiae acquisitis conqueritur, quod multi de patrimonio Jesu Christi suos sublimant. Afferunt etiam ipsum Concilium Tridentinum, quod Sess. 25. Cap. 1. de Ref. loquens de Episcopis, et aliis quibuscunque Beneficia Ecclesiastica, tam Saecularia, quam Regularia obtinentibus, sic ait = Omnino interdicit, ne ex redditibus Ecclesiae consanguineos, familiaresve suos augere studeant; cum et Apostolorum Canones prohibeant, ne res ecclesiasticas, quae Dei sunt, consanguineis donent, sed si pauperes sint, iis ut pauperibus distribuant =.

XXII Audiamus nunc SS. Patres tam antiquiorum quam sequiorum temporum. S. Augustinus Serm. 219. de Tempore ait = Quidquid, excepto victu, et vestitu rationabili, superfuerit, non luxuriae reservetur, sed in thesauro caelesti per eleemosynam reponatur: quod si non facimus, res alienas invasimus =. Idipsum sensisse S. Hieronymum colligitur ex Can. fin. Cau. 26. q. 1. S. Gaudentius de Sermone Villico, inquit, = nobis credita est dispensatio facultatum Domini nostri, vel ad utendum iis sufficienter, vel ad distribuendum

conservis;

contervis, ideo non licet nobis eas in expensas usurpare superflu-
as. cum sit erogationis ratio Domino reddenda.
Sic quoque loquuntur plurimi alii SS. Patres veteres; inter
illos vero posteriorum temporum hac de re luculenter
loquitur S. Bernardus sermone 18. in Cantica, ubi sic
ait = Timeant Clerici, timeant Ministri Ecclesiae, qui in terris
Sanctorum, quas possident, tam iniqua gerunt, ut stipendiis
quae sufficere debeant, minime contenti, superflua, quibus
egeni sustentandi forent, impie, sacrilegeque sibi retinere,
et in usus suae superbiae, atque luxuriae victum pauperum
consumere non vereantur: duplici profecto iniquitate pecca-
tes, quod et aliena diripiunt, et sacris in suis vanitatibus, et
turpitudinibus abutuntur. =
XXIII Idem S. Pater Epist. 2. Clericos omnes in unius fulconis
Canonici Lugdunensis persona sic alloquitur conclusive =
Denique quidquid praeter necessarium victum, ac simplicem
vestitum de Altari retines, tuum non est, rapina est,
sacrilegium est =. Demum S. Carolus Borromaeus, sua admo-
nitione, Concilii Mediolanensis V. authoritate firmata,
Clericos singula Beneficia possidentes compellat his
verbis = Memores estote ejus, quod a Sanctissimo Patre
Ambrosio scriptum est: sua fideles eo animo obtulisse Eccle-
siae ministris, ut per eorum manus, quorum fidei, atque in-
tegritati sua omnia tribuebant, ad pauperes pervenirent. Vos
item quicunque estis, quorum fidei Christi patrimonium,
proptereaque ad divini cultus, pauperumque usum commissum
est, cavete, ne ambitione, aut cupiditate prolapsi, in aliam
quam cui additum est convertatis, et propterea sacrilegii
rei damnationem aeternam subeatis.
XXIV Tandem etiam ratione probatur haec sententia. Certum enim
est, quod Summi Pontifices, per divisionem bonorum eccle-
siasticorum, solummodo intenderunt evitare scandala, rixas
ac dissensiones inter Episcopos, Capitula et Clericos hinc
inde exortas; quia, Episcopis solis dispensatoribus existentibus,
bona ecclesiastica per eos haud fuerant indebite distributa,
cui malo occurrere volentes, Episcopis partem unam,
Clericis alteram, fabricae tertiam et pauperibus quartam
portionem assignarunt; igitur Summi Pontifices
dum ex dictis

dum ex dictis bonis respectivas portiones assignarent Episcopis, et Clericis, nullatenus intellexerunt, immò nec potuerunt mutare naturam eorumdem bonorum, tale, nempe dominium in Episcopos, et Clericos transferendo, ut etiam de superfluis tanquam domini possent liberè disponere; quia grave nimis, idemque commune damnum, et præjudicium causassent Ecclesiis, pauperibus, aliisque causis piis, pro quibus duntaxat ea bona sunt applicanda ex intentione, ac fine illorum fidelium, qui ipsa bona obtulerunt; quamvis enim Summi Pontifices plenam habeant potestatem disponendi de Beneficiis ecclesiasticis, eâ tamen abuti non possunt cum Ecclesiarum præjudicio, et contra piam voluntatem fundatorum; possent autem abuti, et quidem enormiter, si voluissent transferre, et effectivè transtulissent in Clericos etiam solum tale dominium fructuum beneficialium superfluorum vi cujus ipsos fructus si non licitè saltem validè potuissent impendere ad causas profanas; igitur dicendum est quod Clerici hujusmodi bonorum superfluorum non habeant dominium.

XXV. Hujus sententiæ Auctores ad fundamenta Auctorum contrariæ sententiæ facili negotio respondent. Nam ad juris textus, et ad eos ex Concilio Tridentino depromptos, ex quibus deducitur Clericos debitè possidentes suorum Beneficiorum fructus facere suos, idest, eorum acquirere dominium, respondent cum distinctione, videlicet faciunt suos fructus, qui spectant ad ipsorum honestam sustentationem, non etiam faciunt suos fructus, qui sunt superflui. Et hac responsione optimè concordantur jura juribus, utpote quæ omnia concedunt Clericis dominium fructuum, qui ad eorum sustentationem sunt necessarii, et volunt ut superflui erogentur in causas pias; simulque ista responsione evitatur grave, ac commune Ecclesiarum, causarumque piarum præjudicium, servaturque intentio fundatorum, nec ulli sequitur vel minimum damnum, aut injuria, quemadmodum cuilibet consideranti patet.

XXVI. Ad argumentum ex ratione desumptum, et ad Bullam Julii III. respondent, acquiri dominium superfluorum merè per accidens, ob causam nempe commixtionis, manente obligatione ex justitia dicta superflua bona in causas pias erogandi.

erogandi: idque pulchra paritate explicatur: licet enim Depositarius, Tutor, Curator, Fur, si pecunias depositas, vel pupilli, aut minoris, vel furto ablatas, respective com-miscent propriis pecuniis, acquirant illarum dominium; tamen absolute loquendo non dicuntur earum habere dominium; eo quod non per se, seu per ipsum depositum, aut vi officii Tutelae, vel Curatelae, sive vigore furti respective, dominium ipsarum acquirant; sed per accidens duntaxat, quatenus nempe commixtione pecuniae alienae cum propria, lege sic disponente, dominium ejus, ne maneat incertum, acquiritur, manente obligatione ex justitia tantumdem restituendi, quantum in respectivis casibus de alienis pecuniis commixtum est propriis.

XXVII. Quod autem Summus Pontifex in citata ejus Bulla de Julius III. solo commixtionis casu intelligenda sit, patet ex illis verbis si ad eos pervenerint, ex aliis ipsorum beneficiatorum fructibus fuerint commixti; igitur ex mente Pontificis non sufficit ad acquirendum dominium superfluorum, quod ad Clericos pervenerint, sed requiritur etiam, quod fuerint commixti propriis beneficiatorum bonis. Unde infertur, quod si Beneficiati in collectione, seu exactione fructuum, eorum partem pro honesta sustentatione sufficientem separent a parte superfluorum, et hanc nullis propriis bonis immisceant, ipsius dominium nec per se, nec per accidens acquirant.

XXVIII. Auctores vero primae sententiae ad fundamenta Auctorum secundae sententiae, negantis dominium superfluorum in Clericis, respondent, quod ab ipsis allegati textus juris antiqui loquuntur de bonis superfluis Episcoporum et Clericorum ante memoratam divisionem bonorum ecclesiasticorum in quatuor partes; textus vero juris novi loquuntur de bonis, quae ad Ecclesiam ipsam immediate spectant, et a bonis Clericorum separata existunt, quorum dominium Clerici non habent, sed sunt mere oeconomi, et administratores; non autem loquuntur de bonis, quae sunt separata a bonis Ecclesiae, et Clericis immediate obveniunt titulo beneficii eorum, quae possident: eodemque modo respondent etiam ad auctoritates SS. Patrum antiquorum [illegible] et sequiorum temporum.

XXIX. Verum haec responsio non videtur subsistere; quia non tantum plures antiqui Canones, qui emanarunt post dictam di-

nem, sed etiam nova jura loquuntur expresse de bonis beneficialibus, quae sunt omnino separata a bonis alijs ecclesiae; inter ipsa enim jura est Cap. Relatum, Extra de peculio Clericorum, in quo statuitur expresse, quod ipsorum Clericorum bona intuitu Beneficij acquisita penes Ecclesiam debeant cuncta remanere, ita ut haeredes eorum nec ex Testamento nec ab intestato quidquam inde acquirere valeant. Concilium Tridentinum etiam sess. 25. de Ref. cap. 1, ubi prohibet, ne ex redditibus ecclesiasticis consanguinei ditentur, quia clarissime loquitur de redditibus beneficialibus, et omnino separatis, ab alijs Ecclesiarum bonis.

XXX Nec valet, quod primae sententiae Auctores dicant, SS. Patres ab Auctoribus secundae sententiae allegatos, et allegandos, loqui ex pia quadam exaggeratione. Nam contra est: tum quia injuria videtur fieri Sanctissimis simul ac doctissimis Patribus, dicere de eis quod in re maximi momenti, et ubi agitur de periculosissimo eodemque gravissimo conscientiae onere, loquantur exaggerative: tum quia, quod dicunt SS. Patres antiqui et recentes, dicunt jura antiqua et nova. Hinc esto dato, et non concesso, quod aliqui SS. Patres exaggerative fuissent locuti, dicere saltem non possunt ipsi Auctores primae sententiae, quod sacri Canones et leges ecclesiasticae exaggerative loquantur, cum juxta illud receptissimum Glossae in Cap. Solitae, Extra de Maj. et ob. nulla dictio debeat vacare in Lege, aut Decreto, alioquin frustra membranam occupat.

XXX Si Clerici (: replicant Auctores primae sententiae :) si Clerici non haberent dominium bonorum beneficialium superfluorum quis haberet illud dominium? Si hoc dominium in Clericis non agnoscerent superiores ecclesiastici, cur permittunt cur non rescindunt contractus, quos Clerici de ejusmodi bonis ineunt? Respondent Auctores secundae sententiae, dominium illud esse penes Christum, non quidem universali illa ratione: Domini est terra et plenitudo ejus =, sed speciali, et quidem hac; quia eidem Christo, ejusque intuitu fuerunt oblata. Nonne apud Christum est dominium Ecclesiarum, sacrorum vasorum et ornatus ipsarum Ecclesiarum? Cur igitur apud Christum non poterit esse dominium bonorum beneficialium superfluorum? Ad alterum quoque respondent, dicentes quod superiores ecclesiastici non positive permittant, sed tantum tolerent antedictos contractus; quia non tantum foret continua litium occasio, sed foret etiam difficillimum et quandoque prorsus impossibile velle judicare, an pie,

vel

vel ille contractus de bonis beneficialibus superfluis, an vero de necessarijs ad honestam sustentationem, aut de patrimonialibus, vel patrimonialibus, seu quasi patrimonialibus ac industrialibus, fuerit factus. Satius ergo existimarent Superiores ecclesiastici, si beneficiatorum conscientiae

XXXII. id fuerit impositum:

In tanta, tamque celebri Auctorum controversia, quam sententiam nos judicaverimus esse veram, quam falsam? ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ si ~~nos~~ non possumus nos determinare ad alterutrum judicium, saltem ~~nos~~ determinemus nos ad tandem proferendam decisionem super dubio a nobis proposito: hoc igitur decidere volumus, istumque decidendo (sentimus), Titium lethaliter peccasse, et teneri ad restitutionem.

XXXIII Quod lethaliter peccaverit, ad causas profanas applicando superfluos quinquaginta Ducatos, quos per annos quinquaginta percepit, est ita certum, ut nulla sit opus probatione; certum, inquam, est, et quidem, quod lethaliter peccaverit toties, quoties de praefatis ~~[illegible]~~ superfluis quinquaginta Ducatis annuis in causas profanas expendit in tali quantitate, quae in hac materia censetur esse gravis, ac notabilis; idque procedit, sive supponatur, quod ipse Titius ~~[illegible]~~ non fuerit, aut etiam fuerit dominus dictae superfluae pecuniae: Nam omnes Theologi, omnesque Canonistae, et tam antiqui, quam recentiores, et tam illi, qui docent, Clericos superfluorum non habere dominium, quam illi, qui sustinent, eos superfluorum habere dominium, unanimiter, ac nemine discrepante, fatentur, Clericos graviter obligari ad eroganda bona superflua beneficiorum in causas pias. Ideoque haec doctrina non pertinet ad illas sententias, quae problematicae sunt, et in utramque partem disputantur, sed ad eas, quae dogmaticae sunt, nullumque ambigendi locum relinquunt.

XXXIV Igitur videtur esse difficultas duntaxat in probando, quod Titius teneatur ad restitutionem. Certum est, quod teneretur ad restitutionem, si certum foret, quod Clerici beneficiati non habeant dominium superfluorum; in hac enim hypothesi Titius, qui tanquam fidelis dispensator debuisset ad causas pias applicare superfluos annuos quinquaginta ducatos, eos impendendo in causas profanas, peccasset contra justi-

justitiam, injuriamque ac prejudicium intulisset iis, quibus debuisset applicari eadem pecunia superflua; sicque de re aliena disposuisset contra mentem ac intentionem habentis ejus dominium, et consequenter teneretur ad faciendam restitutionem de suis bonis patrimonialibus, vel industrialibus, aut parsimonialibus.

XXXV. Sed quomodo dicere possumus, esse certum, quod Clerici Beneficiati non habeant dominium bonorum superfluorum, si, ut jam diximus, integra recentiorum Theologorum, et Canonistarum caterva docet, Clericos Beneficiatos habere dominium bonorum superfluorum? Profecto apparet, nos in tali bivio esse constitutos, ubi scire nequeamus, quo pergere debeamus. Numquid retractabimus nostram decisionem? Non. Maneat ergo decisio, quod Titius teneatur ad restitutionem, etiamsi supponatur, certum esse, quod quinquaginta Ducatorum superfluorum habuerit dominium, et quidem titulo beneficii, non autem per accidens et occasione commixtionis ejus pecuniæ cum propria; id enim omnino verum esse judicamus, et speramus, quod nemo idcirco dubitabit, qui nobiscum sic ratiocinabitur.

XXXVI. Omnes Doctores, qui Clericis beneficiatis concedunt dominium superfluorum, firmiter docent, eos, superflua expendendo in causas profanas, gravissime peccare; hoc autem solide nequeunt probare, nisi dicant, ipsos beneficiatos etiam contra justitiam peccare: nam si contra justitiam non peccant contra quam virtutem peccabunt? Fagnanus in Cap. Si quis sane, num. 1. De peculio Clericorum, cum pluribus aliis respondet eos peccare contra solam virtutem Charitatis, et Misericordiæ. Verum Lex Charitatis, et misericordiæ erga pauperes sub mortali non obligat, nisi adsint pauperes in extrema, vel gravi necessitate constituti: potest autem contingere, quod non dentur tales pauperes: igitur in tali casu nulla tali lege charitatis tenerentur Clerici habentes superflua, sed hæc in profanas causas licite possent expendere. Deinde etiam Laici lege Charitatis tenentur superflua erogare pauperibus in gravi necessitate constitutis: igitur superflua bona beneficialia nulli majori oneri essent obnoxia quam superflua bona Laicorum.

XXXVII. Cardinalis de Lugo, sentiens vim hujus difficultatis, Disp. 4 de

de just. et jure Lect. 2 n. 10 cum alijs respondet, eos peccare
solummodo contra virtutem Religionis. Si autem quæramus tecum
Eminentissime Dñe Cardinalis, cur peccant contra virtutem
Religionis? Respondet; quia bona ecclesiastica, juxta Concilium XL
Trident. et SS. Canones, Res Dei sunt, quas in profanos usus expen-
dere sacrilegium est. Quod si ulterius quæramus: quare dicun-
tur, et sunt Res Dei? Respondet: quia à fidelibus hoc fine,
intentione ac conditione data sunt, ut ad cultum divinum
causasque pias impendantur. Verum si ita est, debet necessario
inferri quod Clerici, expendentes in causas profanas dicta bona
superflua peccent etiam contra justitiam, quamvis supponantur
eorum bonorum habere dominium; quia si hoc acquisiverunt
justum acquisiverunt cum conditione, pacto, et onere ipsa bona
expendendi juxta finem ac intentionem dantium, ac fundan- I
XXXVIII. tium: igitur si contrafaciendo peccant infallibiliter contra justitiam
Nam certum, et infallibile est, quod quandocunque alicui, etiam
cum translatione dominij aliquid datur sub certa conditione,
onere, ac pacto, seu tacito, seu expresso, intentio, ac finis dan-
ex justitia est adimplendus ab eo, qui rem accepit; aliter
tenetur ad restitutionem, arg.º L. 1. et 2. Cod. de donationibus, quæ
sub modo, vel conditione fiunt &. *Hinc est, quod hæres institu-
tus cum onere restituendi hæreditatem alteri, aditâ hæreditate
ejus quidem fit dominus, sed, si eam non restituerit substituto
detractâ pro se Trebellianicâ, peccat contra justitiam, et si illam
hæreditatem ad nihilum reduxisset, de proprijs tenetur ad resti-
tutionem.* Hinc etiam est, quod, si quis dat, vel donat alteri centum
tos Ducatos ea conditione ac onere, ut inde sibi sumat quantum
ipsi fuerit necessarium pro certo itinere faciendo, reliquum vero
in pauperes, vel pias causas expendat; certum sit, ac infallibile
pecuniam sic accipientem, ejus fieri dominum. Si tamen com-
pleto itinere residuos habuerit quinquaginta Ducatos, et eos in pau-
peres, vel pias causas non expenderit, æque certum ac infallibile
sit, quod peccaverit contra justitiam, et teneatur ad restitutionem.
XXXIX. Sed numquid non est certum, numquid non est infallibile, quod in ea
semper hac conditione, fine ac intentione, pactoque tacito II.
vel expresso bona temporalia Ecclesijs, et pijs locis offerantur, et dant
ut nonnisi ad Dei cultum, causasque pias applicentur, inter
quas est etiam honesta Clericorum sustentatio? Numquid non
est certum quod tam sacri Canones, quam SS. Patres res à fide-
libus oblatas Ecclesijs, appellent Vota fidelium pro remedio pecca-
torum, et requie animarum suarum? Numquid ejusmodi
res non sunt Res Dei, non sunt pretia peccatorum, non sunt
patrimonium Christi, et pauperum? Et revera, si fideles
bona sua temporalia Ecclesijs offerendo, non habuissent inten-
tionem

rorum, ut in pios usus converterentur, sed ad causas profanas posset applicari, nullum bonum opus exercerent, nec meritum aliquod pro animarum suarum remedio habuissent; sed potius opus malum, vel saltem profanum fecissent.

XL His igitur ita, et non aliter se habentibus, necessario debemus inferre, quod Clerici beneficiati sive non habeant sive etiam habeant dominium bonorum superfluorum, hac de rigore justitiae teneantur applicare ad pias causas, et, si ipsa bona applicassent ad causas profanas, ad restitutionem teneantur de propriis, vel patrimonialibus, vel industrialibus, vel parsimonialibus: igitur certa et infallibilis est nostra decisio etiam quoad secundam partem, quae dicit, ipsum teneri ad restitutionem.

I Ex expeditissima decisione duobus dubiis vertentibus super secundo casu sentemus, Confessarium posse, ac teneri Titio sacerdoti sic respondere, videlicet, honestam, et congruam ejus sustentationem, ex beneficii fructibus capiendam, eam esse, quae, spectatis omnibus prudenter spectandis, scilicet, circumstantiis personae, gradus, qualitatis, doctrinae, ac etiam temporis, et consuetudinis loci, non excedit, nec deficit in iis, quae pro re domestica, oeconomia famulatu, victu, vestitu, et aliis pertinentibus ad sustentationem, ordinarie expendunt, et judicio prudentum, ac proborum expendere possunt alii beneficiati similis conditionis, ac timoratae conscientiae: talia enim, quia in singularibus est eorum judicium, non possunt per omnimodam certitudinem definiri; unde si non sit multus excessus, potest computari bonam fidem dispensatoris, qualis est beneficiatus respectu bonorum superfluorum; et ita docet S. Thomas Quodlibeto 6. q. 7. art. 1.

II Atque huic suae responsioni poterit adjungere Confessarius, quod quamvis Titii sacerdotis honesta sustentatio ex beneficii fructibus capienda, non consistat in indivisibili, nec mathematice possit definiri, sed diversa esse valeat etiam pro temporum circumstantiis; semper tamen memor esse debeat, se de Christi pauperumque patrimonio vivere, ac populi peccata comedere; consequenter penitus nihil expendat in iis, quae pompam, luxum, fastum, aut vanitatem saeculi.

saeculi sapiunt, sed solum in ijs, quae requiruntur, et suffi-
unt ad moderatam, modestam, decentem ac frugalem
sustentationem, prout Sacrum Concilium Tridentinum sess.
25. de Ref. cap. 1. Episcopis et alijs Beneficiatis quibuscum-
que respective, indicat, et inculcat.

III Quod vero attinet pias causas, ac quo ordine, quivis Sacerdos
teneatur in eas erogare superfluos sui Beneficij redditus; re-
spondebit Confessarius, quod nomine causarum piarum ve-
niant Ecclesiae, Monasteria, Confraternitates, Hospitalia, Se-
minaria, aliaque Loca, et instituta pia; veniunt quoque pau-
peres omnes, seu, non tantum ij, qui carent necessarijs pro
vita naturali sustentatione; sed etiam ij, qui habent
quidem necessaria pro vita sustentatione, carent tamen neces-
sarijs pro sustentatione decente juxta qualitatem, et condi-
tionem sui Status, quales esse possunt etiam Nobiles, qui ob
infortunium egent necessarijs suo Statui.

IV Cum autem ipse quivis Sacerdos esse debeat fidelis, ac prudens dispen-
sator bonorum superfluorum sui Beneficij, in eorum distri-
butione facienda ordinem servare debet etiam inter ipsas
pias causas. Igitur si de praesenti existant pauperes in gravi
vel extrema necessitate constituti, ijs omnium primo succur-
rere tenetur, adeo, ut non satisfaciat conscientiae, si ijs ne-
glectis, ipsa bona ad alias causas pias applicet, nisi sint dicti
pauperibus aliunde jam sufficienter provisi; constat enim
quod tam sacri Canones, quam SS. Patres ita praeferant pau-
peres caeteris causis pijs, ut ipsa etiam bona Ecclesijs pijs collata
exigente necessitate, pauperibus distribui jubeantur.
Caeterum inter ipsos quoque pauperes est ordo observandus;
ij enim sunt praeferendi, qui magis indigent: inter aequaliter
egentes magis justi merito praeferri debent, et sic etiam
qui mendicare erubescunt. Caeteris autem paribus, consan-
guinei primum locum obtinere debent.

V Si vero non extent pauperes gravi, et extrema necessitatis non exi-
stant, vel aliunde ipsis est provisum, omnibus locis, et causis
pijs, in paritate indigentiae, quivis Sacerdos praeferre debet
propriam Ecclesiam, in qua Beneficium habet, ~~ut docet~~
~~juxta~~ id quod docet Card. de Lugo de Just. et jure Disp. 4.
Sect. 3. n. 38. Quod si ipsa Ecclesia non indiget, sed abun-
dat bonis, ipse quivis Sacerdos non tantum licite, sed etiam
ordinate, magisque meritorie aget, si alijs magis indi-
gentibus pijs causis, et locis sui Beneficij superflua
bona erogabit, et applicabit.

Pro Congregatione diei 8 Mensis Julij 1750.

Casus I

Titius secretam habuit notitiam, post mensem adeo magnam tritici quantitatem ex improviso fore adventuram, ut Starium, quod tunc vendebatur quatuor ducatis, elapso mense non esset valiturum ultra duos ducatos: itaque mille tritici Staria, quae ante hujusmodi notitiam destinaverat vendere post trimestre, sperans tunc venditurum quinque ducatos pro Stario, illico pretio current. quatuor ducatorum pro Stario vendidit uni negotiatori tritici, etsi ea mille Staria pluribus de populo facile potuisset divendere; ac etiam praevidisset ipsum negotiatorem fore ad magnam inopiam deventurum, sicut devenit, ob dilatam post mensem empti tritici venditionem. Unde oritur

Quaeritur, an et qualiter Titius peccaverit faciendo dictam tritici venditionem?

Casus II

Cajus mercator una die de eodem panno vendidit viginti ulnas Petro pro recepto summo iusto pretio ... alias viginti ulnas Paulo, ... habita usque ad annum fide de pretio convento quinque ducatorum supra ... ob damnum emergens, ac lucrum cessans; nec non alias viginti ulnas Jacobo, et quidem pro pretio quinquaginta quinque ducatorum; quia venditor prudenter timuit

timuet [illegible] amittere nisi totum pretium, et [illegible] quamvis solveretur, non posset consequi, nisi post duos aut tres annos et tunc non sine incommodis ac molestiis. Unde [illegible]

[illegible] ovium, ac ejus aliquam commiserit injustitiam in [illegible] ex [illegible] venditione [illegible]

I Communis, et certa est Theologorum sententia, in foro conscientiae non quolibet, sed justo solum pretio licitum esse rem vendere, vel emere, ita quidem, ut si notabilis excessus, vel defectus justi pretii interveniat, peccet contra justitiam et ad restitutionem teneatur emptor vel venditor, ille quidem, si pretium minus justo pro merce solverit, hic vero, si rem pluris, ac valet, vendiderit nisi ex parte illius, qui damnum patitur, liberalis adsit donatio, aut remissio. Nam, ut ait Regula 10 ff. de reg. jur. = Jure naturae aequum est, neminem cum alterius detrimento et injuria fieri locupletiorem =. Unde et Apostolus 1a ad Thessal. cap. 4 praecipit ne quis superrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum, quoniam vindex enim est Dominus de his omnibus.

II Nec adversantur huic Theologorum sententiae aliqui juris civilis textus, quibus videtur contrarium posse probari, ut est textus in § 16. ff. de minoribus, in quo Pomponius ait = in pretio emptionis, et venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumvenire = Textus in § 22. ff. locati conducti, ubi dicitur = in emendo et vendendo naturaliter concessum est, quod pluris sit, minoris emere, quod minoris sit, pluris vendere, et ita se invicem circumvenire.

III Loquuntur namque juris civilis textus, et alii, si qui sunt hujusmodi

Nel primo Lunedì di caschedun mese, purchè non sia giorno festivo all'ore [illegible], nello stesso Collegio di Pad. si fa la Congregazione
de' Casi di Teologia Morale detti de Confessori, dove interviene Mon.r Ves.
pro tempore il quale è anche pred.e; in di cui absenza Mon.r Vic.o Generale.
Intervengono poi i Mon.i Canonici in maggior, o minor numero secondo le loro
occupazioni; poscia i ~~Confessori~~ R.R. Parochi della Catt.e, ~~poscia~~ quelli della Cit-
tà e Curati, i Confessori de Monache, e semplici confessori;

Notandosi che nel mese di 8bre Mon.r Ves. per il Fante formalmente fa avvisare
i Decisori; i quali sono .6. nel mese di Gennajo, e Luglio un Par. della Catt.
Febbrajo, e Ag.to un Par. della Città, Marzo, e 9bre un curato, Ap.le e 10bre
un Confessore de Monache, ad libitum Ep.i Maggio, e 11bre un altro Confessore de Monache,
ad libitum Ep.i in Giugno, e 12bre un semplice confessore ad libitum Ep.i avvertendo, che tal'officio
viene destinato per lo più a quelli novizi per provare la loro capacità
~~da [illegible]~~ ~~tanto~~ ~~Parochi~~ della Catt.e, come della Città
~~Notandosi che un Par. de novo eletto, deve il primo anno fare la sua decisione~~
~~osservandosi sempre poi l'ordine del possesso; poichè tal'officio viene~~
~~destinato a~~

Notandosi che si usi tanto della Catt.e, come della Città, e il Curato il primo anno deve soggiacer
a tal peso del resto poi si va gradatamente tutti il loro possesso così che a cias-
cheduno altri a toccare la sua volta

~~Dunque prima l'incominciare viene~~
Notandosi che detti 6. Decisori stano in luogo separato; del resto poi ne sortono in quello
anno la loro opinione.

Dunque prima l'incominciare la Cong.e Mon.r Ves. estrae a sorte un Par. della Catt.
un della Città, un curato, un Confessore de Monache, e [illegible] Cappellano
curato, ed un semplice confessore; il Par. della Catt.e ~~legge~~ la definizione
che esso ha preparato in carta, e risponde al primo caso; al ato caso il Pr. di Città;
al 3zo il curato; poscia ~~un~~ Confessore di monache ~~[illegible]~~ ritorna a capo e
definisce la cosa proposta nella Cedolla, e al primo caso come il Pa. della Catt.e,
il Capp.no curato, risponde al ato; il semplice confessore al 3zo. Il che finito
il Decisore recita la sua disertazione, ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~, ~~[illegible]~~

[illegible] premettendo un eloquentissimo esordio fornito di scienza, erudizione sacra, e
profana, e d'una lingua latina tersa; finendolo con un complimento riguardante il
Ves., o Mon.r Vicario; poscia dà il suo sentimento circa i casi proposti; il che
terminato; tutti i altri [illegible] a riserva de Mon.r Canonici e 6. Decisori maggiori i altri
tutti dico [illegible] uno ad uno viene chiamato da un Notajo di Catt.e Ves.e, e mancando viene segnato, e nel
tempo che viene chiamato deve consegnare in iscritto a Mon.r Ves., o
a Mon.r Vic.o la sua opinione circa li casi proposti dal suo decorso [illegible]
scritto [illegible] consegnato in propria del Ves., e da esso custodito, vi

vero

... ero riveduto.

... Cong.e non dicendo in verun conto da questo. Rmo ... ... dal Mon.r

... ne mai ... nella ... in ... otjo.

... Canonico Teologo non presiede ... ... Cong.e, essendo

... dovere ogni giorno lectrio, non può ... in Pulpito dalla ... lezione

Di ...

... Cong.e da moltissimi anni non sono state stampate.

... è un'altra Cong.e de Casi, che ... anche ... e ...

... il quale ogni anno destina un de ... ...

Noo: sed un'altro ... finalmente un Sacerdote un Teologo

che fino ad ora da moltissimi anni è stato il Rmo Sig. Magagnotti ...

... uomo versatissimo nella Teologia ... canonica, in somma in tutte

... scienze; in d. Cong.e intervengono i ... Sacerdoti, e li Chierici tutti

che dimorano in città; d. Cong.e tenesi in ciascheduna giovedì non festivo

e acciocchè ogni uno sappi di che si tratti, ... nella prima Cong.e

di ciascheduna anno il Sig. Teologo ... distribuisce a tutti i ...

Chierici, che vi intervengono in quel giorno il libro, che a spese del ... si

stampa;

Dunque quando il Mon.r Vic. non è ... l'altre occupazioni interviene

oltre il Mon.r Can. Intervengono alcuni altri. Essa viene ...

dal ... ... posciа da un ... viene ... sopra

libro ... che parti de doveri de Chierici, la qual terminata legge la questione

proposta di ... Scrittura ... dall'Evangelio di S. Mat., alla quale risponde due

Chierici maggiori già avvisati nella precedente Cong.e e poscia insorge il Teologo ... che sapientissimamente da ...

... la ... già ... ... di d. Cong.e ...

i ... canonici morali ai quali risponde due ... poscia d. ... legge

il ... ... già ... nel libro, al quale risponde due maggiori

ed in ... il Teologo. finalmente il Lettore legge la ... de ... nella

quale ... due maggiori, ed in ... ... terminato ... chia-

mati ... tutte le materie che dovranno ... nella ventura Cong.e ... dal notaio

chiamati ... un'ad uno i Chierici maggiori, i quali terminati segnano ...

... a ... del loro ... e poscia ... Chierici ... ...

tutti Chierici

debeas in collegio ... in hoc sententia videlicet

Tre sono le Congregazioni dalla decisione delle Congregazioni de' Casi.
La prima si fa ogni primo Lunedì del Mese non impedito nel Vescovado
Nella Sala ò sia Colleggio in cui sono chiamati i Parochi, li Confessori di Mo=
nache e i semplici Confri. Si scielgono a questo effetto ogni anno due
Parochi della Catt.; ~~due Confr~~ Parochi della Città ~~due~~ Confri di Monache
un Parroco o sia Curato, e un semplice Confessore. A questi si dà il
titolo di decisori. Ma per vero dire altro non fanno che recitare de scri
pto la loro opinione più estesa dopo che hanno detto la loro opinio=
ne parimenti da scripto un Paroco, un Confre di Monache, un Curato
ed un semplice Confre. V'interviene il Vescovo o in sua vece il Vicario
Generale. Sotto il Vescovato del B. Gregorio a questa Congregazione
presiedeva il famoso Chiericato il quale raccoglieva le opinioni
di tutti e ne formava le sue decisioni, che sono state tante volte
date alle stampe.

La 2.a Congregazione è quella che è stata instituita dal B. Gregorio che
per esercizio de semplici Sacerdoti, e de' Chierici la quale il Car=
dinale Cornaro di felice memoria la trasportò dalla Chiesa di S.
Egidio ove si faceva, nel medesimo luogo del Vescovato, in que=
sta si legge ... mente una Lezione Spirituale, o della Filo=
tea di S. Francesco di Sales, o del Vero Ecclesiastico del P. Marsi
Dopo si propone una questione di Scrittura e si chiama a risponder
vi, uno, o due Chierici maggiori dopo il direttore della Congregazione che è
sempre lo stesso, dà la sua soluzione. In terzo luogo si espongono
due quesiti morali a rispondere ai quali si chiamano due Acoliti
e a questi niente soggiunge il direttore della Congne. In quarto
luogo si espone un caso di Morale a rispondere al quale sono
chiamati due Chierici Maggiori dopo di che il direttore dà la sua
opinione, chiamata decisione. In quinto luogo si propone una ques=
tione de' Sacri Riti, a rispondere alla quale vien chiamato un'altro
chierico Maggiore a dire la sua opinione, dopo la quale il diretto=
re diffusamente espone ciò che crede. Si chiude la Congne col Leggere
una Meditazione adatta però che quelli che sono chiamati a rispon=
dere non rispondono all'improvviso ma sono preventivamente avvisa
ti nel Giovedì antecedente; perciocchè questa tal Congregazio=
ne si deve tenere ogni giovedì non impedito. Le decisioni di questi
casi di Morale non sono per il passato state mai stampate. Presente=
mente sin da 25. anni passati portò il peso di questa Congne il Eccmo
Sigr. Dr. Magnagnotti Preosto di S. Andrea, il quale ha stampati due
tomi in quarto delle sue decisioni de SS. Eucaristia, ...

mancato, e poscia si rimette ... cura, ...
di Monr. Vesc. T. Congr. è di gran vantaggio, mentre nelle Ville serve di grande confe=
renza ... ...

Da ero riveduto.

2 ne sarebbe stampata molte altre se si avesse potuto trovare qui uno stampatore che a spese sue la avesse stampata. Ogni anno il direttore di questa Congregazione deve stampare un libretto in 12. in cui si è difesa la Ethanco o sia la serie di tutte queste questioni molti sono che ne hanno fatta la raccolta, e giungono a formare tre tometti in 12. ma di queste raccolte non se ne trova alcuna appresso lo stampatore.

Quanto poi alle Congregazioni Campestri non posso altro aggiungere se non che a un dipresso si fa lo stesso nella Congregazione mensuale che si fa sotto la presidenza del Vicario Foraneo, la quale in sostanza altro non è che una formalità.

... un anno tutti i Chierici maggiori, i quali terminati seguano quelli ... a entrare del loro ... e ... i Chierici ... tutti Chierici

... in tolliaio [lette ne] in hoc sentire si dicea

... terminato legge il Ch.° lettore ossia notato due punti di meditazione, la quale finita Mon.re Vg.e dice Agimus, e così viene licenziata la Cong.e
Notando che i Chierici si possono esser promossi a superiori Ordini, se non hanno la fede del Teologo d'esser intervenuti a' Casi. nella stamperia Camiziana
Le Decisioni di detti casi sono state stampate dal Ab.te Sig.r Prot.° Mazzarotti in due tomi, da dove si rileva la profonda cognizione che ha detto Teologo di tutte le materie.
Per detta Cong.e ha stampato le sue Regole il fondatore, che fu il B. Gregorio

Circa le Cong.ni Rurali è necessario premettere che la nostra Diocesi è divisa in tante Vicarie, a cui presiede un de' Sig.ri Parochi di quella Congrega che dicesi Vicario Foraneo. A esso la nostra Curia trasmette tutte le cause che manda circolarmente a tutti i suoi Par.i e Religiosi, tra le quali è la pagella de' Casi proposti dal Teologo del Ves.° ad esso adunque la curia invia tante pagelle de' casi, quanti sono i RR. Parochi soggetti ad essa Vicaria avvertendo che d. Vic.° Foraneo è amovibile, e che quando manca suole Mon.r Ve.° far scelta d'un de' Parochi più dotti per suo Vicario dopo d'aver fatto fatto avere a tutti i suoi re. RR. Parochi ... Pagella si avverta che in una, o in altra delle Ch.e Parti di ... si farà le Decisione de' Casi, dovendo esser tante, quante sono le Ch.e Parochiali di quella Congrega così che alle volte in una Congregazione si decide i casi di due o tre mesi; esso Vic.° For.e deve avvisare tutti i Parochi per tempo, ma specialmente quello, nella di cui Chiesa si deve fare la Congrega, mentre poi il Vic.° Foraneo fa la visita dell' ... dove si radunano tutti i Confessori, i Sacerdoti e Chierici maggiori di tutta quella Vicaria, e tosto finita la visita, avvertino che tutti i Confratelli intervengono con il loro parere in iscritto) legge il suo parere chi di uno, chi dell' altro caso, e i Chierici maggiori devono leggere a ... nella regola ... i che terminato dice il suo parere il d. Vic.° Foraneo che anch' esso ha anch' esso in iscritto; il che fornito raccoglie tutto in esso ... d.° Vic.° Foraneo ... in iscritto ... e fedelmente custoditi vi aggiunge i nomi, e cognomi di quelli che ... mancato, e poscia si trasmette alla curia, che ... da rivedere al ... Teologo di Mon.r Ves.° d.° Cong.ne è di gran vantaggio, mentre nelle Ville serve di grande ... ... delli Religiosi circa le cose interessanti al loro interesse.

[illegible]

[illegible]

IV

V

VI

hujusmodi debent intelligi in hoc sensu, videlicet
licitum esse contrahentibus in emptione venditione
se invicem circumvenire intra limites justi pretij
ita ut venditor rem summo pretio vendere, emptor
vero infimo pretio emere possit.

IV Scimus autem, pretium generaliter loquendo esse duplex
legitimum nempe seu legale, et naturale seu vul-
gare. Primum quidem consistit in indivisibili, illudque
transgredi regulariter non licet, cum Authoritate
Principij, vel publici Magistratus sit taxatum, sicut
videmus esse taxatum pretium pro vino apud hospi-
tes, pro pane apud pistores, pro carne apud laniones
&c. Alterum vero pretium, quod naturale seu vulga-
re appellatur, Principis, aut Magistratus taxationem
non habet, sed communi ac prudenti hominum judicio
et aestimatione mensuratur, considerata non solum
ipsa mercis natura sed etiam ejusdem utilitate, vel
necessitate, abundantia vel penuria, itaque homi-
num affectione.

V. Quia vero hominum judicia non usque eo conveniunt
quin aliqua etiam discrepantia interveniat, hinc
hoc pretium naturale nuncupatum non consistit in
indivisibili, seu in certa ac determinata quan-
titate, uti pretium legitimum seu legale: sed habet
quandam latitudinem, vi cujus idem pretium tam
a Theologis, quam a Jurisprudentibus communiter di-
viditur in infimum, medium, et summum.

VI Quantum autem haec tria pretij naturalis genera inter
se differant, ob varia hominum judicia statui nequit
regula omnino certa, et mathematica: Communior
tamen Doctorum opinio est, quod si merx aliqua
secundum pretium medium aestimetur ex: gr:
decem ducatis, infimum pretium in novem, summum
vero

vero in uno vel in ducatis circiter consistat: ideoque juxta ipsam communiorem [illegible] opinionem, quam nos sine difficultate am[illegible] si res, spectato medio ejus justo pretio, valeret centum ducatis, infimum ipsius pretium habeo pro [illegible] illud nonaginta, et summum illud centum decem ducatorum.

VII Caeterum si quis etiam intercederet modicus tantum excessus vel defectus justi pretii, is non esset attendendus ne quidem in foro conscientiae, sed eo non obstante validus, et licitus, nullique restitutioni obnoxius esset contractus emptionis venditionis: tunc enim communi consensu censentur contrahentes sibi invicem gratis donare, et remittere illud modicum, cum diversum valde, immo vix non impossibile, sit exactissimam in contractibus servare justitiam, et aequitatem: Unde universalis, et a Theologis, ac Jurisprudentibus communiter [illegible] ista regula est, in dubio aestimandum esse, quod contrahentes invicem sibi remittere, et condonare velint, si in contractu inaequalitas modica, et non admodum notabilis intervenit.

VIII Ambo casus, quos proposuimus decidendos in hodierna Congregatione, sunt in terminis contractus emptionis venditionis, ut igitur ad veram, soliamque resolutionem eorum devenire possimus, [illegible] potissimum debemus, an justum, vel notabiliter injustum sit pretium naturale, seu vulgare, quod in istis contractibus fuit in conventionem deductum an intercesserint tales causae, seu circumstantiae ob quas ejusmodi pretium augeri potuerit, vel minui debuerit? an demum dolus, vel fraus aliqua fuerit commissa?

IX [illegible]

IX Incipiendo autem à disquisitione casus super primo casu propositi, quod est, an et qualiter Titius peccaverit vendendo mille staria tritici cui negotiatori in ratione quatuor ducatorum pro stario, dum certò sciebat triticum elapso mense non valiturum ultra duos ducatos pro stario, et ideo ipsum negotiatorem, qui emerat dicta mille staria tritici, ut ea venderet cariori pretio post aliquos menses grave damnum fuisse passum, et ad inopiam devenisse: videtur omnino dicendum, quod idem Titius revera dolose ac injustè egerit, et proinde teneatur ad restitutionem.

X Nam ille tritici negotiator, cui Titius vendidit sua mille staria frumenti in ratione quatuor ducatorum pro stario, habens certam notitiam, quod elapso mense starium non erit valiturum ultra duos ducatos, videtur fuisse invitus ad emendum eo modo, quo Titius vendidit, sicque in celebrato inter ipsos contractu emptionis venditionis defuit voluntarium emptoris et consequenter requisitum necessarium pro validitate ipsius contractus omnino defuit.

XI Sicut enim certum est, quod Titius currente tunc pretio quatuor ducatorum pro stario non vendidisset mille illa staria tritici, si certò scivisset se triticum illud potuisse vendere post mensem in ratione quinque, vel sex ducatorum pro stario: sic è contra certum pariter est, quod ille tritici negotiator, cum quo Titius contraxit in terminis nostri casus, nunquam ab isto Titio emisset

emisset illa mille tritici Staria, si certo scivisset fuit scierit ipse Titius venditor, quod post mensem non fuisset valiturum triticum ultra ducos ducatos pro Stario: igitur non aliter emit, quam ut dolose et injuste inductus ad emendum, et proinde emit sine voluntate emendi: ubi autem deest voluntas, et consensus contrahendi nullus est contractus, ut dicitur in §. in venditionibus de contractu emptionis venditionis.

XII. Nos tamen pro dubii propositi decisione, censemus Titium, nullam injustitiam, nullumque dolum justitiae contrarium commisisse, vendendo mille staria tritici in circumstantiis nostri casus. Haec autem nostra decisio caharet communiori Theologorum sententia, et praelertim S. Thomae, qui 2. 2. quaest. 77. art. 3. ad 4. postquam respondisset, non sequi quod venditor vitia rei venalis celare possit emptorem absque fraude et injustitia, sed triticum deferens ad locum, ubi carent frumenti caritas, dissimulare possit frumenti copiam a multis aliis mercatoribus ferri advehendam, rationem affert discriminis sequentibus verbis = Vitium rei facit rem in praesenti esse minoris valoris, quam videatur, sed in casu praemisso in futurum res expectatur esse minoris valoris per superventum negotiatorum qui ab ementibus ignoratur, unde venditor qui vendit rem secundum pretium, quod invenit non videtur contra justitiam facere. Si quid futurum est, non exponat. Si tamen exponeret vel de pretio subtraheret, abundantioris esset virtutis, quamvis ad hoc non videatur teneri ex justitiae debito =

XIII. Contra

XIII Constat itaque nostram decisionem esse conformem menti, ac doctrinae S. Thomae, ejusque veritas potest ulterius demonstrari ex cap. 41. libri Genesis, ubi refertur Joseph virum justissimum maximam frumenti copiam vendidisse justo tunc currente pretio, non obstante, quod certo sciverit, et praeviderit futuram sterilitatem, indeque subsecuturum pretij augmentum, quin propterea ullum dolum ullamque injustitiam commiserit: Si autem emptor sciens brevi futurum augmentum pretij, potest absque justitiae detrimento emere merces currenti pretio; cur non etiam venditor poterit currente pretio vendere merces, quarum pretium brevi minuendum pariter cognoscit?

XIV Siquidem eadem est ratio, quae militare debet, tam pro emptore, quam pro venditore in hujusmodi casibus: et sane quandocumque quis vendit, emit, que taxato, vel vulgari justo pretio, juste vendit, juste emit, nullique ... facit injuriam: igitur si Titius in casu nostro non aliter vendidit mille tritici staria, quam pretio currente, justo quatuor ducatorum pro stario, emptori nullam fecit injuriam; nullumque commisit dolum, vel fraudem, ob quam argui possit de injustitia; quamvis dictum triticum eo pretio currente vendiderit cum notitia certa, quod elapso mense tritici pretium sit notabiliter minuendum.

XV Cujus rei veritas etiam hoc ratiocinio demonstratur: ex eo praecise, quod quis sciat, pretium tritici, vel aliarum mercium brevi auctum iri, non

potest

potest de volenti triticum, seu merces illas, [illegible] pretio venire: sed, si vendere vult, omnino tenetur currente justo pretio triticum, seu merces illas vendere ut quilibet rationis compos fateri debet; nisi forsan venditor merces ipsas cogitaret servare usque ad tempus carioris pretij, et tantum in gratiam emptoris venderet: igitur etiam ex eo praecise, quod quis sciat, pretium fore brevi notabiliter minuendum, non tenetur minus vendere. XIX

XVI Et è contra ex eo praecise, quod quis sciat, pretium mercium brevi diminutum iri, non potest eas minus justo pretio currente emere: igitur etiam ex eo, quod sciat pretium brevi augendum, non tenebitur pluris justo currente pretio emere, cum par utrinque sit ratio, quae ubi est eadem, eadem quoque est juris dispositio, arg. l. Illud ff. de leg. Aquil.

XVII Fundamentum in contrarium praeallegatum refellimus, negando, quod ex parte alterius, videlicet emptoris, desit voluntas, et consensus contrahendi: quamvis enim secundum quid involuntarium adesse censeatur, contractus tamen simpliciter voluntarius est, non obstante, quod eum non fecisset, si, quod ignoravit, contrahens scivisset: quia regulariter loquendo ignorantia, et error, nisi sit circa substantiam, non tollit consensum; alias enim etiam invalida esset emptio mercis, quae empta postea incendio perit, aut furto aufertur, quia si emptor hoc prius scivisset, non emisset. XX

XVIII Quamvis autem antefatis rationibus, et [illegible] demonstrata maneat veritas nostrae decisionis

non-

non tamen per eam extat omnino resolutum dubium propositum; nam potuit quidem Titius nullatenus peccando contra justitiam, mille tritici staria et vendendo in circumstantijs notificatis; nihilominus tamen ~~[illegible]~~ adhuc videtur posse consistere dubium an non saltem peccaverit contra charitatem?

XIX. Quod nequidem contra charitatem peccaverit, videtur posse inferri ex jam relatis illis S. Thomae verbis = Si tamen exponeret (: videlicet pretium fore minuendum :) vel de pretio subtraheret, abundantioris esset virtutis, quamvis ad hoc non videatur teneri ex justitiae debito =; ac etiam videtur posse probari evidenti ratione: quicunque enim facit actum de se licitum, et honestum, sibique utilem, id est necessarium non peccat contra charitatem, etsi videat exinde per accidens sequuturum proximi damnum: cum igitur noster Titius utendo jure suo, licite vendiderit mille tritici staria justo currente pretio, id exigente sua utilitate, nequidem contra charitatem peccavit, quamvis ea venditio cesserit in grave damnum emptoris, veluti accidentaliter inde proveniens, et non ex intentione Titij emptori injuncta aut quomodocunque dolosa.

XX Verum quod contra charitatem peccaverit, facit ratio, quia Titius vere videtur fuisse abusus illa notitia magnae tritici quantitatis adventurae post mensem, ob eamque damnum intulit emptori suorum mille tritici stariorum, quod non intulisset, si notitia illa caruisset; igitur vendendo, et inferendo tam grave damnum emptori, contravenit illi principio lumine naturae noto: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris —

Profecto

Profecto Titius aegre tulisset, si, quod ipse egit cum emptore sui tritici, sibi ab alio factum fuisset.

XXI Praeterea certum est, quod quivis ~~[illegible]~~ tenetur ex charitate avertere a proximo grave damnum, si absque proprio incommodo id facile potest; Titius autem cum potuisset facile suum triticum divendere pluribus de Populo, illud totum vendendo uni negotiatori cum praevisione gravis inopiae ipsius, fuit causa tam gravis damni; igitur si non peccavit contra justitiam, quia triticum vendidit justo pretio currenti, peccavit saltem contra charitatem; nam si quilibet tenetur ex charitate succurrere proximo in gravi inopia constituto, multo magis tenetur ex charitate proximum in eam non inducere.

XXII Ut etiam quoad hanc partem nostra decisione propositum dubium resolvamus, censemus esse distinguendum: si negotiator tritici Titio se obtulit ad emenda mille ejus staria tritici, empturus eamdem quantitatem ab aliis, si Titius noluisset ipsi vendere suum triticum, Titius per suam venditionem nequidem peccavit contra charitatem, quia per eam ~~[illegible]~~ in gravem inopiam non induxisset eumdem negotiatorem, velut paratus talem quantitatem emere etiam ab aliis; si vero ipse negotiator ab exhibitione Titii fuit allectus ad emendam tam magnam summam tritici, Titius peccavit contra charitatem, quia revera emptorem induxit in gravem inopiam, quod non contigisset si jam Titius sua mille tritici staria pluribus de Populo vendidisset, prout facile potuisset.

I Proce[illegible]

I Procedendo nunc ad resolutionem dubij super a sero
casu propositi, preliminariter advertimus plures esse
causas a Doctoribus communiter approbatas, ob quas
rerum venalium pretium licite, ac juste augeri: &
inter quas est specialis ad rem affectus venditoris, nec
non penuria, seu raritas mercium, ac multitudo
emptorum:

II Et merito quidem mercis pretium augeri potest ob specialem
ad eam affectum venditoris, cum enim talis affectus ho:
nestam causat venditori mentis distractionem, oblecta:
tionem, aut hilaritatem, per quam non raro vires re:
staurantur, sanitas recuperatur, vel conservatur,
omnino æstimabilis est, consequenter in pretium deduci
potest. dummodo tamen affectus hujusmodi non sit
levis, vel communis, sed magnus, ac de illo mone:
atur emptor, et quidem tam adeo magnus, ut ven:
ditor non aeque sit affectionatus ad summum rei
pretium; alias enim affectus affectu compensaretur.

III Si vero non venditor, sed emptor speciali erga mercem
affectu afficeretur, vel magnum inde reportaret
lucrum, vel damnum subiret, si eam non emeret,
propterea non potest venditor pluris vendere istam
mercem; quia venditor non potest vendere id
quod non est suum: commoditas autem illa, uti:
litas, affectus, vel necessitas, quam respectu mercis
solius habet emptor, non est venditoris; igitur
ob ejusmodi causas nequit venditor pluris mercem
vendere: atque ita Doctores communiter sentiunt
cum S. Thoma qui 2. 2. quaest. 77. art. 1. ait=
nemo suam commoditatem emere cogitur

IV Unde colligitur non solum illicitam, et irrationa:
bilem, sed virtuti, ac praecepto justitiae, [illegible]

contra:

contrariam esse praxim illorum, qui videntes quod res ipsorum necessaria vel admodum utiles sint aliis tertio ex hoc solo capite pretium notabiliter augent mendaciter simulando, quasi vero rem omnino illibenter venderent, vel ex venditione damnum emergens proprium aut lucrum cessans haberent. VIII

V Quod autem licite augeri solet pretium ob penuriam seu raritatem mercium et ob multitudinem emptorum est ideo, quia, quod rarius est, difficilius haberi potest: quod autem difficilius, minorisque in copia invenitur existentibus multis emptoribus, communiter pluris aestimatur, quae communis aestimatio sufficit ad justificandum pretium ex §. Certa verum §. adj. IX Valeidiam. Hinc est, quod nonnunquam pretia rerum repente notabiliter crescant, superveniente nempe inexpectata multitudine emptorum, quibus abeuntibus eadem pretia illico iterum ad antiquum statum redeunt.

VI An autem de genere caussarum, ob quas licitum est pretii augmentum sint illa, quae intercesserunt in secunda et tertia ex venditionibus expressis X in altera nostro casu, est id, quod a nobis inquirendum est, ut congruam super dicto proposito decisionem proferamus.

VII Si Cajus praevie ob effectivum damnum emergens, et lucrum cessans, non autem etiam ob nudam dilationem solutionis pretii, vendidit Jacobo viginti ulnas panni pro quadraginta quinque ducatis, censemus hanc Caji venditionem fuisse licitam, et justam: Nam quod attinet quadraginta ducatos, itidem ex prima Caji venditione supponitur esse omnino justum, quamvis fuerit summum: quod vero concernit quinque ducatos supra quadraginta, hoc augmentum pretii supra summum satis

justificatur ob damnum emergens, et lucrum cessans quod ipse Cajus cuique supponitur pati ob habitam fidem de pretio usque ad annum.

VIII Est enim communis, ac certa omnium Theologorum et Jurisprudentium sententia, quod ob damnum emergens possit venditor cum debita proportione mercis justum pretium augere; quia damnum emergens est pretio aestimabile et aequitas non patitur, ut quis ex contractu damnum in gratiam alterius invitus patiatur; consequenter si quis ex eo, quod in gratiam alterius rem suam vendat habita fide de pretio ad aliquod tempus, damnum emergat ejus recompensationem juste, ac licite praetendere, consequenter augendo, juxta proportionem damni pretium rei venditae.

IX Par quoque ratio est respectu lucri cessantis; cum enim venditor non tantum mercem, sed etiam lucrum, quod pretio aestimabile est, vendat, pro illo aeque, ac pro merce proportionatum potest exigere pretium, ne invitus beneficium in contractu praestare cogatur contra Can. 7. cau. 20. quaest. 2. ubi dicitur: cum ratio et ictus obtineat, neminem, qui non vult, contra utilitatem et rationem cogi de proprio facere beneficium

X Igitur, si supponitur, sicut supponi debet, quod Cajus aequa lance appenderit damnum emergens, ac lucrum cessans proventurum ex eo, quod pretium quadraginta ducatorum non fuerit consecutus a Paulo, cum ei dedit viginti ulnas panni, sed ad annum ~~fuit~~ fidem habuit de ipso pretio; nequit non posse legitime inferri, ipsum Cajum licite, ac juste potuisse in conventionem deducere quinque ducatos supra quadraginta; praesertim si Paulus emptor fuit ab eodem Cajo venditore monitus, quod quinque supra quadraginta praetendat ob dictum justum titulum lucri cessantis, et damni emergentis; cujusmodi tituli quasi non continuo verificatur respe-

ctu

ex illorum mercatorum, qui valent pecunia illico negotiantur, et exinde lucrum reportant, et e contra damnum patiuntur, si pretium non consequantur dum merces vendunt, sed illud expectare debent per annum, aut plures annos.

XI Si vero dictum damnum emergens, et lucrum cessans non fuisset tantum, ut aequipararet quinque ducatos in conventionem a Cajo deductos supra summum justum pretium quadraginta ducatorum, ideoque Cajus plus justo pretio petierit etiam ex titulo habitae fidei de pretio usque ad annum, et consequenter ex titulo dilatae solutionis pretij, procul dubio illicite, ac injuste egisset; quia illicitum, et injustum est quid plus justo vendere ex ea causa, quia pretium illico non solvatur, sed differatur, et venditio credito fiat; et revera si quispiam decem ducatis valentem pretio summo, eam venderet pro duodecim ducatis ex hoc solo, quod decem ducati non statim solvantur, idem facit, ac si decem ducatos mutuos daret, ut post aliquod tempus duodecim acciperet, sicut autem in hoc casu committeretur usura, ita et in priori casu illicitum, et injustum lucrum perciperetur.

XII Nec sola ratione, sed etiam clara Juris Canonici dispositione probatur esse certum; extat enim Textus in Cap. consuluit 10 de usuris, ubi ad interrogationem an negotiator poena usurae debeat condemnari, qui merces suas longe majori pretio distrahit, si ad solutionem faciendam prolixioris temporis dilatio prorogatur, quam si incontinenti pretium persolvatur, respondetur, hujusmodi homines judicandi sunt male agere, et ad restituenda accepta in animarum judicio efficaciter inducendi=

XIII Sic itaque et non aliter, judicamus pro resolutione propositi dubii redeundo secunda ex dictis venditionibus,

quas

quas nostra casi species complectitur: respectu autem tertiæ ex eisdem venditionibus censemus, Cajum vendi-torem pariter nullam injustitiam commisisse in conven-tione deducendo quindecim ducatos, ultra quadraginta constituentes alias summum pretium justum.

XIV. Quatuor enim sunt tituli, ob quos, si non seorsim saltem simul concurrentes, potuit Cajus prætendere licite, ac juste quindecim ducatos supra quadraginta; unanimis siquidem extitit titulus periculi totum pretium amittendi; est autem communior Doctorum sententia quod si ob dilatam solutionem venditor prudenter timeat sicut prudenter supponitur timuisse noster Cajus, pericu-lum perdendi pretium, possit juxta arbitrium viri prudentis rem pluris vendere juxta proportionem peri-culi; quia nemo ibit inficias, gravis damni periculo se exponere non esse pretio æstimabile, arg. l. 5. ff. de nautico fœnore, ubi dicitur = Periculi pretium est = igitur pro isto periculo, quod prudenter timetur, juste potest aliquid exigi ultra justum pretium etiam sum-mum mercis, quæ cum tali periculo venditur; igitur juste ac licite potuit noster Cajus venditor prætendere ratione hujusmodi periculi aliquid plus supra qua-draginta ducatos.

XV. Plus pariter potuit prætendere supra quadraginta ducatos ob titulum damni emergentis et lucri cessantis, ex quidem debita cum proportione ad idem damnum emergens, et lucrum cessans, quod sicut communiter respectu mercatorum, ita etiam respectu nostri Caji mercatoris verificari supponendum est; supponi namque debet tanquam certum, quod ob dilationem solutionis faciendæ post duos, aut tres annos tantum, ipse Cajus patiatur damnum, et non capiat illud lucrum, quod percepisset si jacobus pretium pro panno illico solvisset. si enim statim in eo pretium solvitur, Cajus illa pecunia quisdem nego-tiatus

tatis, et ex negotiatione lucrum reportatur.

XVI. Verum idem Cajus duos etiam supra quadraginta ducatos potuit juste praetendere, quia pannum credito vendens Jacobo, prudenter praevidit, quod etsi etiam sit obtenturus solutionem pretij post duos, vel tres annos, cum tamen non sit obtenturus nisi cum incommodis, et molestijs; Nam judicio omnium virorum prudentum est pretio aestimabile incommoda, et molestias tolerare quando ex debito non sunt toleranda; quis enim vellet pro alio gratis subire labores, et difficultatibus se [illegible]gari; igitur ob hanc causam noster Cajus potuit licite ac juste aliquid praetendere supra justum pretium etiam summum, arg. l. 37. ff. de contrahenda emptione venditione.

XVII. Talis autem incommodorum, et molestiarum timor debuit esse in Cajo non levis, sed gravis, et prudens, qualis revera esse solet in pluribus mercatoribus respectu quorumdam debitorum, ad quos, dum pro debita solutione pretij venditarum mercium, eunt, redeunt, currunt, ac recurrunt, magnaque cum molestia precantur, et instant, saepe nonnisi mala verba, immo nonnunquam et minas, ac verbera loco pretij reportant.

XVIII. Si igitur supponatur, sicut supponimus, quod noster Cajus inciderat in similem odiosum debitorem, Jacobo pannum credito vendens; item si supponatur, ut supposuimus, intercessisse damnum emergens, ac lucrum cessans, et praeterea ipsum Cajum, prudenter timuisse periculum perdendi sortem, pretium; profecto nos non aliter possumus judicare, quam quod ipse nullam commiserit injustitiam in venditione, quam fecit Jacobo in circumstantiis nostri casus.

Pro Congregatione diei 11 Februarii 1751.

Casus I

Defuncto Titio, hæredes ab intestato successerunt Cajus, et Mævius ejus Filii, qui æqualiter inter se diviserunt bona hæreditaria valoris decem mille Ducatorum: ejus autem suam portionem penitus consumpsit lu-dendo, et luxuriose vivendo intra biennium, quo elapso Cajus, e regione longinqua reversus, à Mævio stante Caji impo-tentia; petit sibi solvi Ducatos mille, quos ejus defunctus Pater ipsi debebat, videlicet quingentos ex [illegible] mutuo sub hypotheca generali omnium suorum bono-rum celebrato et quingentos ex titulo usurarum injuste perceptarum. Unde oritur

Dubium, an, et ad quam solutionem Mævius ex contracto debito teneatur præstare Cajo?

Casus II

Sempronius sciens à Camillo hæredem ex asse in Testamento [illegible] institutum fuisse Fulgentium tot ac talibus precibus et blanditijs institit apud ipsum Camillum ut eum tandem induxerit ad condendum alium Testa-mentum, in quo Caium ejusdem Semproni amicum instituit hæredem totius suæ facultatis valoris quinque mille Ducatorum: ideoque Caius, defuncto Camillo universam illius hæreditatem adivit et adeptus fuit. Unde oritur

Dubium, an, et ad quid Sempronius ex debito contractu teneatur Fulgentio?

I Ex omnibus obligationibus, quibus ex Divina Legis praeceptis adstringuntur Christiani, nulla videtur esse alia quae minus custodiatur quam restitutionis obligatio: et ideo iniqua rei alienae possessio, illatique damni non facta compensatio magno admodum ac magis ordinarie solent sunt impedimento; inde quod etiam animarum curatis, quibus animo est, digne eorum sub ministerio, grave prorsus, atque omnino intricatum afferturnegotium.

II Sit igitur neque ... utile circa restitutionis et compensationis obligationem versari; quia id plurimum refert ad fidelium salutem, et ad Confessariorum vigilantiam sollicitudinemque; ideoque placuit duas in hac materia proponere casus qui in hodierna Congregatione dilucidarentur, et deciderentur.

III Quod primum attinet priusquam decidamus dubium super eo propositum, juvat praemittere, quod, quamquam sine habeant ex jure naturali quaecumque res, ut sint omnium hominum communes, inducta tamen ... est earum divisio legum humanarum authoritate unde, nonnulli ... illarum Legum authoritate de iisdem statuere, de venditione, donatione, pignore, obligatione, vel hypotheca nullatenus ... ...

IV Igitur quod v.g. inter hypothecaria debita, et ea quae sunt mere personalia constituitur discrimen, ad ... ... est loco regula, ac principii tam quoad ... conscientiam, quam quoad forum externum ... ut quodcumque debitum cui nulla ... ... externum ...

hypothecam quoque non inducat quantum ad forum conscientiae. Itaque, quando debitum aliquod neque Lege scripta neque moribus inducto ullo jure, declaratur hypothecarium, certissimum est, illud habendum esse ut mere personale tam in Foro interiore quam in Foro externo.

V. Atque revera quaererent, si distinctio, quae adhibetur inter duas illas [illegible], non obtineret, nisi quoad forum externum tantummodo; jam nulla cautio succurreret creditoribus, in quarum gratiam [illegible] [illegible] potiores: quoniam cum se [illegible] haberi potiores creditoribus aliis anterioribus, quorum debita activa omnino mere personalia forent, sibi jus exigitarentur ac plurimum metuerent, ne ipsum injuste [illegible] proximi et ira onerarentur.

VI. Neque etiam tutiores essent quantum ad [illegible]; siquidem cum nihil ex hypotheca sua quantum ad forum conscientiae juvarentur, omni ferè momento periclitarentur de recipienda solutione, cum eo quod recta conscientia non possent [illegible] simplicibus aliis creditoribus: adeo ut [illegible] omnis extolleretur, quidquam remoto omni fenoris commodandi et acquirendi, nisi jus hypothecae foret justum et eadem [illegible] cautionis atque jus prioritatis item tam quoad forum conscientiae tum quoad forum externum.

VII. Itaque quod utrumque forum respicit illa obligatio, qua constituitur et [illegible] inducitur [illegible]

tacita, vel expressa; qua res alteri obligatur in securitatem ejus, ut si aliunde eidem non satisfieret, ex ipsa re hypothecata satisfactionem consequi possit; est autem eadem vis hypotheca tacita et expressa quod attinet securitatem creditoris.

VIII Juvat etiam ~~[illegible]~~ premittere, duo esse genera debitorum ex conscientia contractorum, pro quibus aliquis defunctus tempore sua mortis obligatus reperiebatur: alterum nempe eorum, qua proveniebant ex delictis, aut quasi delictis; alterum eorum qua derivabant ex contractibus, vel quasi contractibus, et hac alia esse hypothecaria alia personalia.

IX Inspecta nostra facti specie, debitum, quod habuit Titius tempore sua mortis, fuit mille ducatorum, et obligatio pro illorum quingentis orta fuit ex delicto usurarum, quas ipse Titius injuste percepit a Caio; et obligatio pro aliis quingentis profluit a contractu mutui, cui adjecta fuit conventio hypothecaria generaliter constituta super omnibus bonis ejusdem Titii.

X Quibus premissis, propositum dubium decidendo, sentimus Maevium ex conscientia teneri prestare satisfactionem septingentorum et quinquaginta ducatorum. Ideo autem sic sentimus; quia in ea sumus sententia, quod ~~Titius~~ Maevius teneatur, primo solvere dumtaxat ducentos, et quinquaginta ducatos ex illis quingentis, quos Titius ejus pater defunctus debebat Caio ex delicto usurarum; et teneatur solvere omnes illos quingentos, quos idem defunctus Titius debebat fisco quem ex mutuo [illegible]

Sed

sub hypotheca generali omnium suorum [illegible].

XI Quod Mævius de quingentis à patre suo usurariè [illegible] solvere teneatur, sed duntaxat ducentos et quinquaginta, ea probatur ratione, quod, dum agitur de solvendis defuncti debitis provenientibus ex sola obligatione personali ut est ea quæ oritur [illegible] ex contractibus, aut quasi contractibus, et ex delictis, aut quasi delictis, quin concurrat illa hypotheca seu tacita, seu expressa, si plures extent hæredes, unusquisque eorum non tenetur ad solvenda hujusmodi debita, nisi ratione [illegible] portionis quam de hæreditate percepit.

XII Quamvis enim tota quanta talis [illegible] obligatio defuncti [illegible] ad omnes ejus hæredes cum ipsius [illegible] et bona hæredibus transmittantur, [illegible] nisi cum eadem defuncti obligatione, hæc tamen in ipsa hæredum communitate non residet, nisi modo divisivo, videlicet pro rata portione hæreditatis quam singuli hæredes acceperunt: igitur, quia Caius et Mævius, qui ab intestato successerunt Titio eorum Patri, ejus hæreditatem æqualiter inter se diviserunt, æqualiter etiam inter ipsos censeri debet fuisse divisa obligatio illa personalis, cum qua Titius Pater [illegible] mortuus restituendi [illegible] quingentos ducatos, ex delicto usurarum [illegible] debitos.

XIII [illegible] recte in puncto hujus nostræ decisionis procedit doctrina Cardinalis Cajetani qui Tom. 2. Opuscul. Tract. 8. de usuris quæst. 5. sic ait „cum enim obligatio omnium „bonorum usurarii ad usuras restituendas, non [illegible] „ratione personæ. consequens est quod divisa persona „usurarii in hæredes, divisa quoque proportionaliter transeat „ad hæredes obligatio illa: ac per hoc nullus hæres teneatur „ex hoc, nisi secundum suam portionem.

XIV Et paulo post, repudiata sententia Glossæ in Cap. [illegible] nos. de usuris, sic continuat [illegible] „filii tenentur sicut „et Pater, obligatione scilicet personali omnium [illegible] „[illegible] sed in hoc est differentia quod [illegible]

tota)

tota illa persona, ac per hoc habet totam obligationem
quilibet autem pares est pars illius personae, et
consequenter partem tantum obligationis subit. Et
ideo quemadmodum, vivente Petro, omnia sua bona
erant tacite obnoxia ratione personae ejus, ita quilibet
extincta sunt usura, quoad omnes usuras extortas, ita
divisa haereditate bona omnia sunt tacite obligata
ratione personae ejusdem quoad partem usurarum
juxta portionem haereditariam.

XV Constat igitur etiam ex doctrina, et rationibus adductis a
Cardinali Cajetano, nostrum Marium de quingentis Ducatis
a defuncto ejus patre debitis ex delicto usurarum, ex
consilientia debito non teneri solvere Junio nisi ducen-
tos et quinquaginta, quia totidem solvendi obligatio
transivit in Cajum ejusdem Marij fratrem, ac in cohe-
redem, in quem translata fuit medietas haereditatis
paternae. Si autem audis, quod idem Cajus omnia
bona haereditaria sibi obventa, ludendo et luxuriando
consumpserit, Junius creditor id suo debet adscribere
fortunae, suaeque absentiae causam tribuere, qui si
fuisset praesens tempore a Cajo adita haereditate, re...
... sui crediti partem, fuisset contentus, non
vero potest juste praetendere, ut omnes praefati quin-
gent. Ducati sibi solvantur a Mario.

XVI In tantum enim posset Junius juste praetendere, ut sibi a
Mario omnes praefati quingenti Ducati ... solvan-
tur in quantum posset probare omnia bona a de-
functo sibi relicta vel restitua, ac verbis ...
expressis aut saltem tacite fuisse revera hypothecata
pro adaequiranda solutione dictorum quingentorum
Ducatorum Junio facienda ob contractum ... ...
... ex delicto usurarum: nulla tamen ... ...
... obligatio potest probari: igitur Junius neque
juste praetendere, ut sibi a Mario solvantur
...

XVII. Porro non potest contendi, dicto quondam succurrere [illegible] expressam in omnibus bonis a defuncto [illegible] relictis, ad effectum ut in ijs foret assecurata solutio [illegible] quingentorum Ducatorum, est namque certissimum non acquiri hujusmodi hypotecam, nisi ex expresso [illegible] contrahentium consensu; cum autem idcirco nulla conventio intervenerit inter Titium et Lucium, consequens est, quod illa nullo fabricatur fundamento hypoteca expressa, quae ei fuisse quaesita super omnibus bonis dicti Titij, et post ejus mortem omnes dictos quingentos Ducatos possit juste petere a solo Maevio.

XVIII. Neque melior est ratio contendendi ex aliqua tacita hypoteca omnia bona praefati defuncti Titij fuisse obligata ad praedictum effectum: siquidem ejusmodi species hypotecae non nisi ex beneficio legis acquiritur. Sin vero neque viget ulla lex, neque ulla legitima consuetudo est introducta, de qua habeatur notitia, quae beneficium hypotecae ijs indulgeant, qui usuras solverunt in bonis [illegible] Nulla igitur cedit in gratiam [illegible] tacita hypoteca super bonis a defuncto Titio relictis; ideoque ipse nulla nititur ratione, ob quam possit praetendere a Maevio integram solutionem quingentorum Ducatorum, quos idem defunctus Titius debebat ex obligatione [illegible] et [illegible] tia ob delictum [illegible] a Lucio [illegible].

XIX Pro magis confirmanda, et stabilienda nostra intentionis veritate in hoc casu concurrit expressa dispositio [illegible] ex delictis [illegible] X. in qua sequentur formalia. Post litis contestationem eo, qui [illegible] fecit, vel [illegible] nem intulit vel aliquid [illegible] defuncto, [illegible] eius in solidum, alioquin in quantum ad eos pervenit convenire [illegible] absolutissimi est [illegible] dicuntur. Cum autem in nostra facti specie de nulla litis contestatione, quam Lucius cum Titio fecisset,

mentio facta fuerit, consequens est, quod Lucius a Maevio non possit, atte petere nisi ducentos et quinquaginta ex illis quingentis ducatis quos de ... Titius ei debebat ex delicto usurarium.

XX Sed juvat opponere nonnullorum Canonistarum sententiam quae vult quantum ad usuras, unumquemque haeredum in solidum teneri ad restitutionem, sive vivente adhuc ... actio fuerit intentata, sive non fuerit, atque etiam licet ad eos aeque ... pervenisset quod est restituendum. Imo Author Glossae in Can. Episcopus cau. 2 quaest. 2. sic ait — Hoc tamen teneas, quod secundum Canones, in contractibus, et in delictis sive aliquid pervenerit ad haeredem, sive non, sive lis contestata vel non definita, sive non, haeres semper tenetur in solidum. Unde videtur posse inferri, quod cum Maevius haeres non ... teneatur in solidum ad ... itis ejus Patris, ille teneatur ... omnes quingentos ducatos a dicto ... ex delicto usurarum.

XXI Qui enim Canonistae hanc suam confirmant sententiam textibus contentis in tribus Decretalibus Alexandri III, videlicet in Cap. Gravitatem, De pignoribus, in Cap. Tua nos et in Cap. In litteris eod. tit. et etiam allegant authoritatem quorumdam insignioris nominis Theologorum ... Major Solas, Soper, et Sylvius.

XXII Non, inquam, juvat tractata opponere; Nam opinio, quam aliqui Canonistae, et qui iisdem consentiunt Theologi, tuentur, nullam sibi vindicat authoritatem, quae illi aperte favent. Etenim ... Canon ille, quem allegat Author Glossae, ne verbum ... inuit de obligatione in solidum; ibique fit tantummodo mentio de unico haerede, cui soli necessitatem induxit damni, quod defunctus Ecclesiae intulerat restituendi.

XXIII Sed neque etiam nisi de unico haerede sermonem facit citata prima Decretalis Alexandri III. ...

ea enim scribens Pontifex Episcopo Exonienti, sic loquitur: Mandamus quatenus ... filium ejusdem, qui ex successione ipsius patrimonii jus dicitur obtinere, moneas, et compellas ut ... restituat Gulielmo memorato ... Sidem fere verbis usus fuit idem Pontifex scribens Episcopo ... montano in secunda ex dictis Decretalibus, in qua nulla prorsus mentio est de aliqua obligatione in ...

XXIV Dum autem in tertia Decretal. scriptis Episcopo ... centino, loquens de filio cujusdam ... Raimundemus, quod filii ad restituendas usuras, ea sunt districtione cogendi, qua parentes sui si viverent cogerentur ... Verum his verbis nulla ... in solidum innuitur, siquidem ... possent talia verba adhiberi in casu ... agereter de creditoribus ... chirographarii alicujus defuncti ... licet eorum unicuique inducatur nonnisi ipsius ... personalis obligatio.

XXV Apertum ergo atque omnino probatum manet, ex allegatis omnibus textibus nihil ... ad favorem hujus contrariae opinionis, neque tamen vaque authoritati ... aliquod citatos Theologos ... eos perfunctorie hoc punctum tractasse; non sic vero illud tractarunt alii gravissimi Theologi ... Cardinalis Cajetanus, Bannes, Medina, Azorius, et Cardinalis ... quorum sententia cum nostra decisione consonat, ... materiam ex professo tractarunt, et distinxerunt.

XXVI Firmata nostrae Decisionis veritate quoad primam partem, ea manet stabilienda quoad ... alteram partem, quod videlicet Maevius ex contractu teneatur in ... pro illis omnibus quingentos ducatos, quos Titius tempore mortis suae obligatus solvere ... ex mutuo ... sub hypotheca generali omnium bonorum ...

XXVII. Id autem

XXVII Id autem facile negotio probatur. est enim communis Theologorum et Juris consultorum sententia, quod unumquemque haeredem in solidum teneatur ad restitutionem debitorum naturalium, atque contra ctorum ex conscientia provenientium ex contractibus pro quibus se de functus obligaverat, quando sunt hypothecaria. I

XXVIII Hujusmodi namque unicuique haeredi in solidum incum bens obligatio fundatur in ipsamet hypotheca cujus affectus est, quod bona hypotheca subjecta sint affecta creditoribus, sitque illis actio hypothecaria, quam Juris consulti Servianam aut utilem Servianam vocant et de ea loquitur §. item Serviana Instit. de actio et §. tam hi qui Cod. com. de leg. et §. de com. II

XXIX Nec tantum res ipsa afficitur jure reali sed et id omne quod ex ea re obstet natum, licet de eo nihil fuerit actum, ut dixeriter in §. [illegible] et in §. si convenerit ff. de pignor. action. accessorium enim cum sit principalem pignoris causam sequi convenit. III

XXX Cum autem ex nostra facti specie clare constet omnia bona sibi fecisse hypothecata Lucio pro assecuratione sortis quingentorum Ducatorum quos ab eodem Lucio defunctus Titius habuit titulo mutui; ideoque cum Maevius sit possessor mediatus illorum bonorum jure reali affectorum, dictus Lucius hic juste petit sibi omnes dictos quingentos Ducatos solvi a Maevio, et consequenter Maevius ex consci entia tenebitur praestare petitam solutionem, salvo suo regressu contra fratrem cohaeredem. Caeterum contra hunc velut debitorem et solvere impotentem tenetur Lucius suam instituere petitionem, nec etiam contra possessores bonorum ab eo alienatorum jure enim suo utitur Lucius petendo suam solutionem a Maevio velut principalem debitorem, et ut heredem et [illegible] rerum eidem Lucio hypothecatarum; A lex

I A decisione dubii super primo casu proposito digredimur ad decidendum dubium alterius casus; priusquam tamen id praestemus, dignum credimus esse necessario observandum, neminem, quando quis impeditur, ne bonum illud adipiscatur, quod ipse quaerit, aut quod alius vult ipsi concedere, non induci restitutionis obligationem, nisi concurrentibus simul tribus conditionibus.

II Prima est, ut sic bonum aliquod consequi impeditus potuisset rem obtinere, nisi hoc impedimentum obstitisset. Secunda est, ut impeditus potuisset juste rem consequi: si enim juste rem obtinere non poterat, is, qui impedivit, non tenetur restituere, cum non abstulerit jus alienum. Sic exempli causa, si ego impedio, ne beneficium tenet alicuius indigna, idque ego ex odio, quod habeo adversus illum, nihil mihi incumbit obligationis de restituendo quidquam, quoniam nihil in eo peccatum intercedit adversus justitiam, licet peccem contra charitatem si ex odio potissimum obstem, ne beneficium consequatur.

III Tertia denique conditio est, ut impediverit per dolum et fraudem, aut mendacium, aliamque quamlibet actionem justitiae oppositam, qualis est calumnia, detentio personae ne compareat, literarum illius interceptio, ne rem praestantem consequi possit, cunctatam vis illata, aut minarum intentatio in eum, qui erat illud bonum collaturus. Haec tamen observatio non est intelligenda nisi de impedimento, quod opponitur ei, qui non habebat ius ad rem, quam ne adipiscatur, impeditur. Enim vero si jus aliquod ad eandem, seu in eadem, habet, jam consequitur, qui obstiterat sine justa causa ne illam adipisceretur, teneri obligatus ad eam afferendam, [illegible] compensationem, licet etiam nullo [illegible]

dolum, nullamque rationem iniquam, sed sollicitationes tantum atque preces tantum adhibuisse.

IV ~~[illegible]~~ Stante veritate praemissarum observationum, propositum dubium decidendo, sentenius Sempronium ex delicto indignitatis ad nihil teneri filio ejus; Sempronius enim nec violentia, nec fraude, nec minarum intentatione in Camillum testatorem usus fuit, ut eum adduceret, ad suam dispositionem testamentariam invertendam.

V Constat etiam, quod Fulgentius vigore testamenti, in quo erat institutus haeres, nullum jus fuerat consecutus in ijs bonis, vel ad ea bona, quae dictus Camillus testator eidem Fulgentio decreverat post suum obitum relinquere, siquidem ipsi eidem testatori libertas integra remanserat et testamenti sui retinendi, et ejusdem immutandae dispositionis

VI Quare, absolutus [illegible] Th. et prax. lib. 2. cap. 15 num. 6. sic docet: restituendi nulla inest obligatio in eo, qui precibus blandisque officiis, aut frequenti adhortatione citra vim, et mendacium mentem alicujus avertit ab instituendo illum haeredem, quem prius intendebat, aut a relinquendo Legato, vel a donatione facienda. et num. 10 ejusdem cap. sic prosequitur: Restituendi obligationi non est obnoxius ille, qui sine vi, vel fraude curavit, testamentum revocari et alium haeredem institui; quia neque haeredes, neque Legatarii jus ullum habent ad successionem, quamdiu testator est in vivis; cum sit libera testatori testamenti sui revocatio habeatque, ut jura loquuntur, deambulatoriam volun-

" voluntatem usque ad mortem - hoc autem posteriora verba mutuatus est citatus ... ex ... de adimendis, vel transferendis legatis ... in qua legitur hoc sententia - ambulatoria enim est voluntas defuncti usque ad vitæ supremum exitum

VII Eandem doctrinam sequitur Crassus et illud iterum affert in exemplum, quod contrarium ... causis a nobis propositis, ut videre est Suarem decis. aurear. lib. 2. cap. 131. num. 2. ubi habentur formalia: -
" Qui firmiter in animo suo constituit, rem alteri dare, si ego mutavi illius voluntatem atque intentionem, non teneor ad aliquam restitutionem.

VIII Id autem nonaheat hic Doctor, nisi in quantum impeditus ille alter, et frustratus beneficio istius voluntatis atque intentionis nullum ius habeat ad rem, atque ut impediam, ne eandem obtineat, nullam fraudem, nec violentiam nec minarum intentationem adhibeam, ideoque prosequitur sic - Verbi gratia
" testator firmiter in animo suo decreverat ... centum: ego mutavi animum testatoris, ut mihi, vel amico relinqueret: non teneor ad restitutionem. Ratio est, quia nullam illi irrogo injuriam nec facio injustitiam: quia non aufero illi iustitiam, cum nihil illi erat debitum ... secus autem ... si aut fraude mutassem animum testatoris.

IX Ejusdem sententiæ sunt fere omnes Theologi et canonistæ, quorum omnium referre testimonia nimis foret operosum, neque ut id fiat, permittunt temporis angustiæ: quamobrem ... finem faciemus, ceteros duntaxat testimonium ... in Regul. ... art ...

ex Navarr. Manual. [illegible]

[illegible] 6

[illegible]

Pro Congregatione diei 13. mensis Maij 1751.

Casus I

Cum Lorcius blanditiis muneribus, alijsque artibus frustra per annum sollicitasset Bertam Caij uxorem, eam tandem, districto pugione, insultoque metu cadente in constantem virum, coëgit ad secum habendam copulam carnalem, quæ facta est notoria per impræ:
11 gnationem, velut sequutam in absentia mariti qui dum redux cogitat, quid sibi agendum, ex Berta continuis lacrimis redditur certior, de ipsius sincero dolore, ac vera pænitentia: nihilominus tamen illam propria authoritate à se dimisit, faciendo
111 divortium perpetuum tam quoad thorum quam quoad habitationem. Unde oritur

Dubium, an Caius tuta conscientia sic Bertam dimiserit: et an eam, semper vera et indubitata pænitentiæ signa exhibentem, teneatur aliquando recipere?

Casus II

Mævius Fulviæ maritus unicum occultissimum adulterium commisit cum fæmina libera; ipsa Fulvia verò cum quodam viro conjugato vicino suo frequenter adulterabatur cum publico, magnoque omnium circum vicinorum scandalo, quin ulla emendationis affulgeat: quare Mævius ad suam conscientiæ moderatione m consulit confessarium, quid sibi agendum, ut suæ consulat conscientiæ. Unde oritur

Dubium, quoræd? sit Mævio respondendum?

I Adulterium, tamquam gravissimum crimen, jure divino, et humano, aequè tam Civili, quam Ecclesiastico prohibitum est sub gravissimis pænis, quas ... est

est divortium: hoc enim quoad thorum et cohabitationem conjugi innocenti contra nocentem permissum est a Christo in Evangelicis, ut constat ex illis Christi verbis in Matthaei cap. 19. n. 9. quicumque dimiserit uxorem, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur: igitur propter fornicationem, quae in conjugibus semper est adulterium, licitum est dimittere uxorem: et idem Ecclesiastico jure sancitum est, ut legitur in Cap. Significasti in 4. ex litteris, et in Cap. Gaudemus de Divortiis.

II Nec refert, an vir adulteretur, aut mulier, quia, ut dicitur in Can. finali caus. 32. quaest. 5. Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat: idemque S. Hieronymus relatus in Can. 19. ead. caus. et quaest. ait.
" Quidquid viris jubetur, hoc consequenter redundat in
" feminas, neque enim adultera uxor dimittenda est,
" et vir moechus retinendus: idque fundatum est in ipsa naturali ratione: ut enim inquit S. Augustinus relatus in Can. 4. caus. 32. quaest. 6. = iniquum est, ut
" quisque de alio judicare velit et judicari de se nolit.
Et revera non censetur mulier viro suo potestatem in corpus suum contulisse, nisi sub illa conditione, ut contra legem conjugii non peccaverit. Unde sequitur, quod ubi alteruter huic conditioni non satisfecit, non est aequum, alterum sui corporis servituti, cui submiserat sub illa tantum conditione, juxta illud jurisconsultorum: non servanti fidem, fides servanda non est. Quapropter contraria Cajetani sententia, velut

III repugnans rationi, et communi Theologorum, ac Canonistarum doctrinae, non tam improbabilis, quam erronea censenda est.

Ut autem adulterium probabat justam causam divortii quoad thorum, et cohabitationem, nonnullae requiruntur conditiones; sunt enim aliqui casus, in quibus ob adulterium non est licitum divortium: [illegible]

si quis fraudulenter sub specie mariti alienam uxorem cognoscit, textu expresso Can. 6. Cau. 34 quaest. 1.; nec etiam si mulier credens maritum suum jam esse defunctum dum non est defunctus, alteri nubit ut habetur in Can. 1. cau. 32 quaest. 2.; dummodo post habitam notitiam vitae prioris mariti, non amplius adhaereat secundo.

IV. Multo minus licitum est divortium ob adulterium, quod mulier per vim oppressa commisit, ut dicitur in Can. 4. et Cau. 32. quaest. 5.; et ad Can. 3 ejusdem quaest. Glossa sic ait
" Quis sanae mentis putaverit, se perdere pudicitiam
" si forte in apprehensa et oppressa carne sua exerceatur
" vel expleatur libido non sua? Non debet ergo illi verti
" in [illegible], quod volens fecit, vel passus fuit; nec sedere
" imputari quae per coactionem absolutam fiunt.
Unde S. Augustinus de Civit. Dei cap. 9 loquens de Lucretia a Tarquinio vim passa, inquit: Mirabile dictu: duo fue-
" runt et adulterium unus admisit =, et rationem illi
" tibi in his verbis corpus mulieris non ipsa maculat, sed
" voluntas = [illegible] quidem, ut ait S. Hieron. relatus in Can. 6
Cau. 33. quaest. 5 = Non potest fieri, ut aliquis [illegible]
" [illegible] prius in corde, maechari possit in corpore.

rius dicat = Hanc iniunxi poenitentiam [illegible] = et
antea; vel postea dixit = Hanc impono poenitentiam
illi qui ita deliquerunt = Si dicat = Utinam
omnes mulieres, quarum confessiones excipio, es-
sent castae [illegible] = vel = Ex omnibus
puellis meis poenitentibus pauca sunt virgines

XXVI Violatur quoque dicendo = Aliquis ex isto Collegio v.
ex ista communitate tale delictum admisit = Dicere
etiam alicui Patrifamilias aut Superiori alicuius
Collegii, vel monasterii = Attende, vigila, observa
unus e tua familia e tuo Collegio vel monasterio
[illegible] aut mortem tibi machinatur, aut
filiae tuae pudicitia in domo tua tuta non est.

XXVII Multo magis violatur sigillum, si dicat confessarius
in jurgio alicui ex suis poenitentibus = Novi quis
sis = vel = taceo quia probe novi mores, aut
pudore latentis [illegible] = Sicut etiam violatur
a confessario audiente in quoquam angulo confessiones
ac dicente multos in eo loco esse fures, scorpiones,
adulteros. Ex quibus, in istis modis, aliisque
similibus violatur sigillum confessionis, quia ma-
nifestatur persona peccatoris, vel audientibus ap-
peritur via ad illius cognitionem aut suspicionem veniendi.

XXVIII Demum confessionatores, praesertim ~~[illegible]~~ Parochi
si non violant sigillum peccant tamen nihilominus
graviter, quando dicunt aperte se haec aut illa
peccata audivisse in confessione [illegible]
[illegible] personarum, quia communiter
[illegible]
[illegible]
[illegible]

In Congregatione diei 19. Mensis Augusti 1751.

Casus I

Titius obstrictus casu reservato, ac excommunicatione majori ei annexa, tempore currentis Jubilei, sine animo illud consequendi, confessus est simplici suae Parochiae Confessario, a quo fuit absolutus, tam a peccato, quam a censura: dein dubitans de validitate suae absolutionis, ipsimet Confessario fuit denuo confessus idem peccatum cum seria intentione adipiscendi jubilaeum: obtenta vero iterata absolutione, ac peracta sacra communione, neglexit implere reliqua requisita: sed tandem, renovata pia voluntate, eadem requisita implevit, et quidem in statu gratiae excepta Basilicarum visitatione penultimi diei.

Unde oritur

Dubium triplex, videlicet: an, et qua Titii absolutio fuerit valida? num, et qualiter peccaverit negligendo alia requisita? et an tandem adeptus fuerit jubilaeum?

Casus II

Caius post jam adeptum jubilaeum relapsus est in peccatum reservatum, quod aperit Confessario extra tempus jubilaei non gaudenti facultate absolvendi a tali peccato, ac etiam reiteravit omnia reliqua opera in Brevi Apostolico praescripta, sicut prius egerat; firmum habens animum iterum lucrandi jubilaeum toties concessum.

Unde oritur

Dubium, an fuerit valide absolutus, et rursus fuerit adeptus jubilaeum? 1°

I Ex divino praecepto, quod continetur Cap. 25. Levitici Populus Hebraeorum clangentibus tubis excitabantur ad recolendum annum quinquagesimum ingressus filiorum

filiorum Israel in Terram promissionis; ideo annus ipse Jubilaeus dicebatur sumpta namque denominatione à voce Hebraea Jobel, quae Tubam seu Buccinam significat; eodemque anno debita remittebantur gratis, absque pretio ad pristinos dominos revertebantur possessiones, ac praeter nonnulla alia, servi libertate donabantur.

II Ad similitudinem Hebraici Ritus, utpote futurorum praefigurativi, jamdudum fuit in Ecclesia Catholica ratione quadam altiori institutus Annus Jubilaeus, idest remissionis et gaudii Spiritualis, concedendo videlicet Christifidelibus vere poenitentibus, et Basilicas de Urbe devote visitantibus, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam seu Indulgentiam, qua de causa annus ille appellatur Sanctus per Antonomasiam.

III Hujusmodi Jubileum juxta morem antea jam in Ecclesia vigentem Bonifacius VIII. in Extravag. Antiquorum de Poenitentiis, et remissionibus, inter communes, pro quolibet anno centesimo concessit. Sed ob brevitatem vitae humanae, et ut plures tanti Thesauri participes fieri mererentur, Clemens VI. statuit, ut quolibet quinquagesimo anno celebraretur Jubileum, ut habetur in Extravag. Unigenitus, sub eadem Rubrica. Deinde Paulus II. in Extravag. Quemadmodum, pariter de Poenitentiis et remissionibus inter communes, Jubileum quolibet anno vigesimo quinto celebrari concessit. A quo tempore usque in praesens id fuit semper observatum per Summos Pontifices ejus Successores.

IV. Ut autem Christianae nationes ex omnibus Orbis partibus eo amplius in Fidei, et Religionis unitate congregarentur, eodemque pietatis, ac devotionis spiritu Basilicas de Urbe, quo maxime fieri posset concurrentes, durante Anno Sancto, visitarent, prae-

frequentarent, quaecumque alia Indulgentiae pro eodem anno solent suspendi per speciale Breve Apostolicum; sub ejusmodi tamen suspensione non comprehenduntur Indulgentiae Altarium Privilegiatorum pro Defunctis, neque alia pro ijsdem Defunctis, sicut neque concessa pro Articulo mortis, circa quae, et alia non suspensa attendendum est ad expressum tenorem eorumdem Brevium Apostolicorum.

V Quia vero non omnes pro lucrando Jubileo Romam se personaliter possunt conferre, Summi Pontifices pro sua Benignitate solent Jubileum Anni Sancti extendere anno sequenti ad alias Catholici Orbis partes. Et, quamvis anteactis temporibus id plerumque fieri consueverit hac ratione, ut scilicet unicuique Episcopo pro hujusmodi extensione supplicanti concederentur Apostolicae Literae, quibus ad ipsius postulantis Civitatem atque Dioecesim duntaxat extenderetur Jubileum Anni Sancti, unde facile eveniebat, ut ob aliquorum Episcoporum imperitiam, aut etiam negligentiam plures Civitates, ac Dioeceses tanti spiritualis beneficij expertes remanerent.

VI Praesens Summus Pontifex tamen pro summa sua Clementia Jubileum Anni Sancti proxime praeteriti pro currenti hoc anno ad omnem, qua late patet, Catholicam Ecclesiam salubriter extendit unica generali sua Constitutione, quae incipit = Benedictus Deus = data Romae octavo Kalendas Januarij hujusmet anni. Occasione itaque hujus extensionis e re duximus super bina facti specie proponere dubia, quae in hodierna Congregatione manent decidenda.

VII Super primo Casu in unius dubij contextu tria quaesita instituimus, videlicet Primum, an, et qua Titij absolutio fuerit valida? Secundum, an, et qualiter

ipse

ipse Titius peccaverit negligendo alia requisita necessaria
ad lucrandum Jubilaeum? Tertium, an tandem idem
Titius adeptus fuerit Jubilaeum, cum in statu gratiae
impleverit eadem requisita, excepta visitatione Eccle-
siarum penultimi diei?

VIII Etsi quoad primum quaesitum aliquod dubitandi motivum
videri potuisset, inspecto tenore Brevium Aposto-
licorum, quibus praecessores Summi Pontifices ad alios
episcopatus extenderant indulgentias, et gratias spi-
rituales Anni Sancti, visis tamen ac inspectis [illegible]
iis antedictis, quibus praesens Summus Pontifex
hujusmodi extensionem fecit quoad omnes Christia-
ni Orbis Episcopatus et Dioeceses, nulla idcirco
esse potest dubitandi ratio.

IX Atque pro resolutione, ac responsione ad idem primum
quaesitum, est omnino censendum, prout censemus,
Titium obstrictum casu reservato, ac excommunica-
tione majori ei annexa, dum tempore currentis
Jubilaei sine animo illud consequendi, confessus est
simplici suae Parochiae Confessario, nulliter tam
a peccato, quam a censura fuisse ab eo absolutum,
E contra vero eundem Titium, dum apud alium [illegible]
rio fuit dein confessus dictum peccatum cum
seria intentione acquirendi Jubilaeum, valide ac
legitime fuisse absolutum.

X Quod prior Titii absolutio fuerit nulla, et irrita
constat ex eo, quod Confessarius ille, cui fuit con-
fessus, sicut ante Jubilaeum ita et tempore Jubi-
laei carebat facultate absolvendi a peccato illo reservato
~~[illegible]~~ et a censura eidem annexa: Nam
Summus Pontifex vigore suarum litterarum
Apostolicarum, quibus extendit Jubilaeum, non con-
cedit Confessariis simplicibus potestatem absolvendi
a casibus reservatis, et censuris, nisi in favorem
et

et beneficium pœnitentium illorum, qui sinceram habent voluntatem adipiscendi Jubileum, excludendo et privando omnes cæteros spernentes, vel non quærentes, seu negligentes hunc spiritualem thesaurum.

XI Igitur dictus Confessarius nulla pollebat auctoritate absolvendi Titium à peccato reservato, et ab excommunicatione annexa, nequidem tempore currentis Jubilei; quia nempe Titius carebat intentione idem Jubileum lucrandi; sicque omnino nulliter fuit absolutus, prout evidenter resultat ex ipsismet Litteris Apostolicis, in quibus, postquam Summus Pontifex, facta provisione respiciente Moniales, earumque Novitias, omnibus cæteris Christi fidelibus utriusque sexus, tam laicis, quam ecclesiasticis concessit facultatem sibi eligendi Confessarium pro obtinenda absolutione à quibuscunque censuris, et peccatis reservatis, hujusmodi gratiæ causam expressit his verbis formalibus = qui prælatum Jubileum consequi sincere et serio statuerint, atque ex hoc animo ipsum lucrandi et opera reliqua ad id lucrandum necessaria adimplendi, ad confessionem peragendam accedant =

XII Unde debet necessario inferri, quod Titius, dum peccatum reservatum annexam habens excommunicationem majorem, confessus fuit simplici Confessario, et quidem sine animo lucrandi Jubileum, nulliter, ac invalide fuerit absolutus tam à peccato reservato quam ab excommunicatione. Inde quoque debet necessario inferri, quod dum Titius dein fuit confessus idem peccatum ipsimet Confessario, ab hoc concessa absolutio tam à peccato, quam à censura, fuerit omnino valida, et legitima; quia nempe hæc reiterata confessio fuit à Titio facta cum animo lucrandi Jubileum, et adimplendi opera reliqua ad id lucrandum necessaria; quin obstet, quod ipse

ipse Titius, obtenta hac posteriori absolutione, nec
non peracta Sacra communione, neglexerit implere
reliqua requisita ad lucrandum Jubilaeum necessaria?
XIII Nam etsi, attentis duntaxat allegatis litterarum Apostolicarum
verbis, posset fors non sine aliqua ratione dubi-
tari de validitate mox dictae absolutionis; quia
sincerum ac serium propositum lucrandi Jubilaeum
et adimplendi omnia opera ad id lucrandum necessaria
videtur esse intelligendum cum effectu, idest, in
sensu composito adimpletionis eorundem operum;
nihilo tamen minus impraesentiarum abest omne
quodlibet motivum dubitandi de validitate dictae
posterioris absolutionis a Titio obtentae, propter
claram in hoc puncto factam a Summo Pontifi-
ce declarationem his verbis = Si qui autem post
obtentas vigore praesentium absolutiones a censuris
aut votorum commutationes, seu dispensationes prae-
serium illud, ac sincerum, ad id alias requisitum, propo-
situm ejusdem Jubilaei lucrandi, ac proinde reliqua
ad id lucrandum necessaria opera adimplendi mu-
taverint, licet propter id ipsum a peccati reatu
immunes censeri vix possint, nihilominus hujusmodi
absolutiones, commutationes, et dispensationes ab
ipsis cum praedicta dispositione obtentas, in suo vigore
persistere decernimus ac declaramus =
XIV Jamque praecedenter ad hujusmodi extensionem Jubilaei,
videlicet in Constitutione, quae incipit Convocatis data
anno 1749 septimo Kalendas Decembris, idipsum
declaraverat; sic enim legitur expressum in §. 34
Absolutiones a censuris (: praeterquam data ad reinci-
dentiam, qualis ex. gr. datur in casu urgenti expresso,
ut de facultatibus pro Poenitentiariis egimus §. 6. :) com-
mutationes item votorum, et dispensationes juxta
concessas hoc anno respectivas facultates, semel obten-
tae permanent in suo vigore, etiamsi contigerit eum, qui
illas jam obtinuerat, mutato postea, quod prius ha-
buerat

fuerat, sincero; et serio proposito Jubileum hoc lucrandi
ac proinde reliqua ad id lucrandum necessaria opera
adimplendi, de eodem jubileo consequendo non amplius
laborare = Cum igitur verba Summi Pontificis
sint clara, nullamque admittant interpretationem,
minusque dubitationem aliquam in contrarium, est omni
no tenendum pro re certa, et indubitata, quod sicut
prior Titij absolutio fuit invalida, et irrita, ita
posterior fuerit potius valida, et legitima, si cum
potestate Confessarij concurrerint alia requisita
respectu pœnitentis, prout concurrisse supponimus.

XV Non sic videtur nos versari in claris respectu ea, super
quibus proposuimus secundum, ac tertium quæsitum
non enim apparet, tam facile posse resolvi, num,
et qualiter Titius peccaverit, dum, post obtentam
validam absolutionem, et peractam sacram Commu:
nionem, deposuit præhabitam seriam intentionem adi:
piscendi jubileum, et neglexit implere reliqua requisita
ad illud lucrandum necessaria; multoque minus
videtur posse facile resolvi, an tandem ipse Titius,
renovata pia voluntate, ac etiam impletis iisdem
requisitis, et quidem in statu gratiæ, excepta Basili:
carum visitatione, ultimi diei, revera, et effecti:
vè lucratus fuerit jubileum.

XVI Et quidem quod attinet secundum quæsitum, timemus
à gravibus Doctoribus doceri, pœnitentem non peccare
saltem graviter, si, postquam tempore jubilei obti:
nuit absolutionem à reservatis, et à censuris, aut
etiam dispensationes, ac votorum commutationes,
mutato animo non prættea reliqua opera præscri:
pta, sicque jubileum lucrari negligat; sic enim
docet Cardinalis de Lugo disp. 20. de Sacram. Pœnit.
num. 100. Bonacina disp. 5. de Sacram. Pœniten.
quæst. 7. punct. 5. §. 1. num. 16. Sanchez lib. 4
in Decal. cap. 54. num. 42., et nonnulli alij.

XVII. Hancque

XVII Hancque suam sententiam tuentur hoc ratiocinio. ex quo, inquiunt, talis pœnitens bona fide, et cum animo serio lucrandi jubilæum, petijt, et obtinuit absolutionem sacramentalem à reservatis, vel etiam à censuris, aut dispensationem aliquam, vel voti seu votorum commutationem, nullam apparet sufficiens fundamentum inducendi obligationem sub peccato mortali ad præstanda cætera opera cum nulli per hujusmodi omissionem, seu negligentiam inferat gravem injuriam.

XVIII Quamvis autem per eam omissionem, ac negligentiam sibi metipsi noceat non lucrando jubilæum, ad illud tamen lucrandum non adstringitur ulla Lege, aut præcepto, quod sub pœna peccati mortalis sit obligatorium. Ideoque videtur debere inferri, nostrum Sitium mortaliter non peccasse, negligendo implere reliqua requisita post ab eo peractam sacramentalem Confessionem, et Communionem; et consequenter, si vel etiam peccavit, ejus peccatum fuit tantum veniale, non verò mortale.

XIX Verum contrariam sententiam tenent alij magni nominis Theologi, videlicet Suarez, Vasquez, Filliucius, Aversa, Viviva, et nonnulli alij, qui potissimum se in hac fundant ratione, quod, nempe, talis pœnitens sua tacita promissioni contraveniat in re gravi; isti enim Authores censent, hujusmodi pœnitentem in actu, quo petijt, et obtinuit absolutionem à peccatis reservatis, et à censuris, obtinuitque dispensationes, aut votorum commutationes, quæ sunt gratiæ nonnisi jubilæi occasione concessæ, se tacite ac reipsa obligasse ad implenda reliqua opera necessaria pro consequendo jubilæo. Dum igitur, mutato animo, ipsa opera non implevit, contravenit suæ tacitæ obligationi in re gravi, ac etiam contravenit per consequens menti, ac intentioni Summi

Pontifi-

Pontificiis, qui præsumitur nonnisi in finem jubilei, per pœnitentes consequendi mediante adimplemento omnium operum præscriptorum, concessisse confessarijs facultatem absolvendi à peccatis reservatis, et à censuris, nec non dispensandi, et vota commutandi in respectivis casibus....

XX Quam autem ex istis nos amplectemur sententiam? quomodo decidemus nostrum secundum quæsitum? Pro ejus decisione censemus satius esse, si ea Summi Pontificis verba repetamus = Si qui autem, post obtentas
" vigore præsentium, absolutiones à censuris, aut voto:
" rum commutationes, seu dispensationes prædictas, se:
" rium illud, ac sincerum, ad id aliis requisitum, propo:
" situm ejusdem jubilei lucrandi, ac proinde reliqua
" ad id lucrandum necessaria opera adimplendi, mu:
" taverint; licet propter ipsum à peccati reatu
" immunes censeri vix possint, nihilominus &c;
ex his igitur Apostolicis verbis expressis in allegato Brevi Aplico, quod incipit = Benedictus Deus = debemus necessario concludere, quod noster sitius à peccat. reatu, idest, à peccato mortali, vix possit immunis censeri, ob negligentiam ab eo commissam in non peragendis reliquis operibus necessarijs ad effectum consequendi jubileum.

XXI Summus Pontifex præfato loquendi modo non quidem absolute declarat, pœnitentes nostro sitio consimiles quoad animi mutationem, et omissionem reliquorum operum necessariorum pro consequendo jubileo, absolute peccare mortaliter, quia si id voluisset declarare, non fuisset usus illa particula vix; attamen in alijs suis Litteris satis innuit, veritati magis esse consonam sententiam Suarezij, qui cum alijs valde gravibus Theologis docet tales pœnitentes mortaliter peccare.

XXII Etenim in sua Epistola Encyclica diei 7. Decembris de anno 1749. directa ad Pœnitentiarios minores, et ad Confessarios deputatos Romæ à Cardinal. Vicario pro tunc imminente Anno Sancto, quæ est italico idiomate,

num. 62.
matis, laudat doctrinam citat. Suarezj, et refert eum
Tomo 2. de Religione lib. 6. cap. 16. num. 16. dociute
sic = Gratia non conceditur, nisi in ordine ad hunc
" finem, et per modum praeparationis ad effectum jubilaei
" ergo qui non habet animum implendi, et obtinendi
" Jubilaeum, non potest gaudere facultate = ibidemque
num. 11. scripsisse formalia = Dico, licet non
" probetur pactum explicitum, sufficienter probari
" implicitum, quasi intrinsece, et ex natura rei inclusum
" in tali actione, seu ministerio, ut recte, et fideliter
" fiat, nec videtur dubium, quin haec sit praesumpta
" intentio Pontificis talem facultatem concedentis.
XXIII Et sub Num. 86. ejusdem Epistolae encyclicae clarius
se idcirco exprimit his verbis formalibus = E sebbene
" ne il primo de' detti Autori (: cioè Gribaldi,
" e Viva :) esenti dal peccato mortale, chi, cangiato
" pensiere, non fà quello, che resta da fare per conseguire
" il Giubileo, ragionevole però, e sussistente è la
" sentenza del secondo, che lo fa reo di peccato mortale
" allegando il Suarez, il Vasquez, ed il Lilincio; per
" la contravenzione in materia grave alla mente, ed
" intenzione di chi hà concedute le facoltà ai confesso-
" ri; avendole concedute come un mezzo per conse-
" guire il Giubbileo, ed essendosi obligato il Peni-
" tente ad eseguire il restante delle opere ingiunte
" nell'atto, in cui hà avuta l'assoluzione dalle cen-
" sure, ed hà accettati i favori, e le grazie date nell'
" occasione del Giubbileo; come anche di sopra fù
" avvertito =
XXIV " Quod demum attinet tertium nostrum quaesitum
pro ejus decisione videtur statuendum
nostrum Titium, quamvis dein renovaverit piam volun-
tatem lucrandi Jubilaeum, ac reliqua requisita impleverit
et quidem in statu gratiae, excepta Ecclesiarum visita-
tione penultimi diei, Jubilaeum non fecisse lucratum:
quod enim requiratur status gratiae, dum omnia et
singula

opera pro lucrando jubileo praescripta, implentur, ratio
videtur postulare, et authoritas comprobare.

XXV Et revera id primo apparet posse colligi ex ipsomet Brevis Apostolici tenore, quo dicitur, omnibus, et singulis utriusque sexus Christi fidelibus... vere poenitentibus, et confessis, et sacra communione refectis qui intra sex menses &c.; unde infertur videri a Summo Pontifice fuisse data reliqua opera praescriptam poenitentiam, et confessionem [illegible], et reliqua opera omnia, et singula in statu gratiae perficiantur; et revera nisi in statu gratiae visitentur Ecclesiae, ac in eis preces fundantur juxta intentionem Summi Pontificis, finis impetrationis manet frustratus, cum Deus peccatores non exaudiat.

XXVI Atque sententia videtur minime comprobari authoritate S. Caroli Borromaei, qui, ut legitur in Part. 7. Actorum Ecclesiae Mediolanensis ait = Curent singuli omnes
" a Sanctitate Sua impositas pro lucrando jubileo con-
" ditiones observare, illud alias non consequentur, si eas
" omiserint. Prima est, ut vere contriti peccata depo-
" nant; quod sane omnes, priusquam Ecclesiarum visita-
" tionem incoeperint, juvat egisse, ut jubilei conse-
" quendi legibus se satisfecisse hoc modo certiores fiant.
" Eademque de causa si quis postquam peccata deposuisset
" inchoatamque post Ecclesiarum visitationem, in mortale
" peccatum (quod Deus avertat) prolapsus fuisset,
" illud confiteri deberet, et coeptum visitationis dierum
" numerum, qui praescriptus est continuare = Ex his
autem S. Caroli verbis infertur, cum [illegible], et nos debere cum ipso censere, omnia, et singula opera pro lucrando jubileo praescripta esse in

XXVII statu gratiae implenda, ut reipsa obtineatur jubileum. Praefatis tamen non obstantibus pro decisione dicti nostri tertii quaesit. censemus, nostrum Titium revera fuisse adeptum jubileum, quamvis in statu peccati mortalis, devote tamen Ecclesias visitaverit penultima ex diebus praescriptis; dummodo, priusquam peregerit earumdem Ecclesiarum visitationem ultima die, sacramentalem confessionem denuo praemiserit. Nam etsi S. Antoninus

nius in Summa part. 1. tit. 10. cap. 3. §. 5. in fine, Card.
Bellarminus de Indulgentijs lib. 1. cap. 13. Controvers.
tom. 2., Becanus in Summa tit. de Sacramentis cap.
28. de Indulgentijs quaest. 6., Benzonius de anno Jubi-
laei lib. 1. dub. 4 §. dico sextimo, aliique, ac ipsemet
citatus S. Carolus Borromeus existimaverint non esse
certum, sed esse magis securum pro lucrando Jubileo,
si omnia et singula opera, praescripta adimpleantur
in statu gratiae; certam nihilominus, ac veram judicare
debemus esse nostram decisionem.

XXVIII Siquidem ejus certitudo fundatur in expressa declaratio-
ne Summi Pontificis, qui postquam in sua Constitutione
Convocatis de anno 1749. §. 45. statuerat sic =
Confessionem, et Communionem pro hoc jubileo con-
sequendo injunctas, non necesse est visitationibus
quatuor Basilicarum praemittere. Satis erit vel in
hujusmodi visitationum decursu; vel etiam post easdem
visitationes expletas, Confessionis, et Communionis
Sacramenta suscipere = ex quibus verbis resul-
tat, mentem Apostolicam esse, non requiri, ut in
statu gratiae impleantur omnia et singula opera
ad lucrandum Jubileum praescripta.

XXIX Deinde clarius id expressit in praecitata sua Epistola
encyclica, directa ad Poenitentiarios minores, et ad
Confessarios pro Anno Sancto deputatos Romae a Cardinali
Vicario: in ea enim postea quam Num. 75. re-
tulerat sententiam gravissimorum Theologorum,
videlicet Suarezij, Valentiae, Cardinalis de Lugo,
Ospij, Ritty, Juvenin, Filliuccij, Santarelli,
Bonacina, Viva, Pasqualigi, aliorumque, docenti-
um sufficere ad lucrandum jubileum si Basilica-
rum visitationes fiant etiam in statu peccati mor-
talis, dummodo ultimum opus, quo acquiritur
indulgentia, impleatur sibi in statu gratiae: Num.
76. protestatur se nolle recedere, ab hac senten-
tia, quam ut communem recognoscit, et amplectitur.

XXX Ibi enim sic idiomate Italico loquitur = settene'
to una

" Da una parte sia in Noi sempre più ardente la brama
" che la visita delle Chiese si faccia in istato di grazia, e così
" ò doppo una fruttuosa Confessione, ò almeno doppo un' atto
" di contrizione: dall'altra parte poi considerando, non potersi
" sempre conseguire quanto si brama, ed esser d'uopo il
" compatire l'umana fragilità; abbiamo creduto non
" doversi da Noi escludere dal frutto dell'Indulgenza chi in:
" comincia, e prosiegue la visita delle Chiese senz'avere
" premessa la confessione; purchè sia in grazia
" quando fa l'ultima opera, in cui consiegue l'In:
" dulgenza: e purchè le visite siano fatte con divozio:
ne.

~~Dopo avere parlato della grazia e di quella parola~~

XXXI Et post adductam explicationem illorum verborum = devote
visitaverint, prosequitur sic = È necessario dunque, acciò
" si adempisca l'opera ingiunta delle visite, che la visita si
" faccia con intenzione, ò volontà d'onorare Dio, ò i suoi Santi
" che si veda, e si entri nelle Basiliche con modestia, e che
" vi si eserciti qualche atto di religione; Dal che s'inferisce
" che se uno va alle Chiese senz'alcun fine buono, ma per mera
" curiosità e se va per fare, come suol dirsi, una passeggiata
" non guadagna il Giubileo (: essendo superfluo il parlare
" di chi visitasse le Chiese in peccato mortale attuale, per
" esempio con animo d'indurre altri a peccare :) come
" individuando questi, ed altri casi simili, vanno discorrendo
" il Vanraust, il Constantini, e molti altri =

XXXII In Decisione nostra adjecimus = dummodo priusquam
peragerint Ecclesiarum visitationem ultimâ die, Sacra:
mentalem Confessionem denuo praemiserint nostri
Sitius =; quia Summus Pontifex in praelaudata
sua Constitutione = Convocati = §. 47. hanc fecit
declarationem = Si quis post Confessionem peractam
" in lethale peccatum (: quod Deus avertat :) inciderit
" antequam omnia omnino opera pro Jubilaeo hoc lu:
" crando injuncta expleverit, Confessionem denuo praemit:
" tere debebit, priusquam ultimum saltem ex aliis injun:
" ctis operibus expleat, ut Indulgentiam hoc Jubilaeo
" concessam consequatur =.

Nunc

I Nunc transeundo ad decisionem dubij super altera facti specie propositi, præliminariter advertimus, S. Thomam in 4. Sentent. dist. 20. quæst. 1. art. 13. ad 4. sic docere = Quan-
" documque Indulgentia ad determinatum tempus datur, ut
" cum dicitur, quicumque vadit ad Ecclesiam talem usque
" ad tale tempus, habeat tantum de Indulgentia;
" intelligitur semel tantum: sed si in aliqua Ecclesia sit
" Indulgentia perennis, sicut in Ecclesia B. Petri quadra-
" ginta dierum, tunc quoties vadit aliquis, toties Indulgen-
" tiam consequitur =

II Unde videtur esse inferendum, quod cum Summus Pontifex in extensione Anni Sancti concesserit, ut intra semestre adimplentes opera præscripta pro lucrando Jubileo, ipsum consequantur, illud nonnisi semel lucrari possunt, præsertim quia in Litteris Apostolicis ejusdem extensionis inserta sunt hæc verba formalia = hac vice et in Foro conscientiæ duntaxat =

III Et revera antiqua est hæc controversia an nempe, tempore Anni Sancti, aut tempore extensionis illius ad alias mundi partes, repetendo quis omnia opera ad lucrandum Jubileum præscripta totidem vicibus idem Jubileum lucretur. Quod illud pluribus vicibus posse obtineri docuerunt Navarrus, Henriquez, Reginaldus, Rodriquez, Diana, Tabar aliique complures, eo innixi potissimo fundamento, quod Jubileum sit pura et simplex gratia a Summo Pontifice donata in profectum, et utilitatem Fidelium, nulli præjudicium afferens, et per consequens largissime sit interpretandum juxta Cap. Olim, de Verb. Signific.

IV E contra alij Doctores, quos inter sunt Filiuccius et Vannini, sustinent, nonnisi semel posse obtineri Jubileum; immo idem Filiuccius citat pro sua sententia quamdam Declarationem Sacræ Congreg. Concil. de anno 1620. quæ si vera foret, per eam tota controversia esset diremta, nosque deberemus concludere, contrariam sententiam esse prorsus improbabilem a

intui-

insubsistentem.

V. Verum non obstante allegata Doctorum controversia, propositum dubium decidere volentes, cogimur censere prout censemus nostrum Cajum, qui postquam jam adeptum Jubilaeum, relapsus est in peccatum reservatum in confessione expositum Confessario non gaudenti facultate absolvendi à reservatis extra tempus Jubilei, ac etiam reiteravit omnia reliqua opera in Literis Apostolicis praescripta, non fuisse valide absolutum, sicque non suscepisse Sacramentum Poenitentiae, et per consequens non fuisse rursus adeptum Jubilaeum.

VI. Quod si noster Cajus non incidisset in peccatum reservatum, et omnia ac singula opera praescripta rursus explevisset, profecto denuo fuisset lucratus Jubilaeum, immo toties illud lucratus esset, quoties eadem opera integraliter explevisset; nec idcirco patet aliquis esse ambigendi locus; quia hac super re extat clara declaratio Summi Pontificis.

VII. Ipse enim in saepe laudata sua Constitutione = Convocatis = §. 42. loquitur sic = Qui hoc Anno Sancto
" bis, aut pluries omnia, et singula opera, vel primitus in hujus Jubilei Indictione praescripta, vel
" supervenienti forsan aliquo Indulto ea, quae in ipsius
" Indulti concessione pro ejusdem Jubilei consecutione
" praescribentur, plene iteraverint, vel prius ad
" Indictionis, deinde ad Indulti formam, vel prius ad for-
" mam Indulti unius, deinde ad alterius fortasse diversi
" formam, ut praefertur, iteraverint; bis quoque, aut
" pluries poterit hoc Anni Sancti Jubilaeum lucrari.
" Nos enim habita ratione spatii, ad quod hujusmodi
" Jubilaeum protenditur, ita de Apostolicae liberalitatis
" plenitudine concedimus, et indulgemus; hoc tamen
" declarantes, neminem posse, nisi semel, idest

prima

" prima tantum vice, frui, seu potius favoribus huic Sup=
" ples adjunctis: quare post primam vicem nullus ampli=
" amplius poterit beneficio aut absolutionum à cen=
" suris, et casibus reservatis de novo fortasse contra=
" ctis, aut commutationum, aut dispensationum in
" facultatibus superius positis contentarum =

VIII Et postquam in §. 9. ejus epistolæ Encyclicæ, pariter sub=
allegatæ ad Pœnitentiarios minores et Confessarios
Urbis directæ, ipse Summus Pontifex retulisset
Doctores utriusque opinionis, repetendo, quæ declara=
verat in Constitutione = Convocatis = sic loquitur =
Abbiamo creduto bene di dichiarare §. 52. la
" Nostra mente sopra questa altre volte proposta con=
" troversia, ed avendo considerato, non trattarsi ora d'un
" Giubileo di due settimane, ma d'un Giubileo, che dura
" un anno intiero, non trattarsi di opere ingiunte, che
" possano adempirsi più volte in un giorno. [illegible]
" Et paulo post subjungit sic = ma trattarsi di
" numerose visite di Basiliche distanti l'una dal=
" l'altra, che non possono farsi, se non in molti giorni
" distinti: non abbiamo avuta difficoltà di dichiara=
" re, potersi più volte nell'Anno Santo, ripetendo
" più volte le opere ingiunte, conseguire la Santa
" Indulgenza. Si è detto però, potersi acquistare di
" nuovo l'Indulgenza, ripetendosi di nuovo le opere
" ingiunte: Ma perchè nel Giubileo all'Indulgenza sono
" aggiunti altri favori, e grazie, abbiamo nella stessa
" Costituzione, e nel medesimo §. dichiarato, che chi è
" stato partecipe, quando la prima volta fece il Giu=
" bileo, non ne possa essere partecipe, se dopo il primo
" acquisto del Giubileo è incorso di nuovo nelle censure,
" ò ha commessi casi riservati, [illegible] ò ha bisogno di nuova
" commutazion di voti, ò di dispensa =

IX. Quamvis autem Summus Pontifex loquatur expresse
de Anno Sancto, qui fuit Romæ; cum tamen
in ejusdem Jubilæi extensione omnes indulgentias,
favores, et gratias extenderit, concludendum est ob
identitatem rationem, quod hoc anno ejusdem exten=
sionis, etsi non per totidem annum durans, nihilominus
toties obtineri possit Indulgentia Jubilæi, quoties fuerint
expleta omnia opera præscripta, non sic vero ob=
tineri absolutiones à reservatis et censuris, nec dispen=
sationes, votorumque commutationes.

Pro Congregatione, diei 18. Mensis Maij 1752.

Casus I

Postquam Titius frustra tentasset, à Maevio ejus vicino sibi vendi campum, in quo suam domum construere, ac hortum habere deliberabat, ejusdem Maevij filio, sub ejusdem Maevij septuagenarij patria potestate existenti, Ducatos trecentos mutuos eo pacto concessit, ut, defuncto patre, dictum campum, valentem ducentis Ducatis, ei cederet, ac centum in pecunia restitueret una cum annuo foenore quatuor de centum pro integra sorte; quod non petijt ratione mutui, sed periculi totam ipsam sortem amittendi, ob facultatem paternam nimio aere alieno gravatam: cum autem filius, sequuta patris morte, hujusmodi conventionem ad effectum totaliter deduxisset, ab [illegible] instructus, litem vult intentare Titio pro omnium [illegible] repetitione. Unde quaeritur
Dubium: an in Foro conscientiae justa sit filij repetitio?

Casus II

Caius Ducatos mille, quos cogitaverat impendere in emendis [illegible], ex quibus verosimiliter esset percepturus lucrum [illegible] annui, ex [illegible] sub conditione, ut, ultra [illegible] de centum, ipsi sit [illegible] octuaginta [illegible] restituendam post annum, ipsi sit [illegible] quod ex [illegible] compensatione [illegible] lucri, quod ex [illegible] [illegible] consequeretur, si emeret [illegible] [illegible] intra paucos [illegible] adventuras, [illegible]
Unde quaeritur
Dubium: an Caius iste, possit recipere dictos octuaginta Ducatos?

I Nihil nequius foeneratoribus, qui aliena damna lucra sua arbitrantur et dispendio sua beantur, quicquid ab aliis [illegible]: [illegible] lus suum pulchris obvelant nominibus, non lucrum modo, sed et [illegible] nuncupantes. Verum numeratur pecunia, et additur libertas; absolviter mi[illegible] minora debite, et maior ligatur: minus datur, et plus exigitur. Impudens igitur est avantia foeneratorum, qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], et levamen [illegible] quaerentibus [illegible]

vere

venenum offerunt, laqueum injiciunt. Hanc gravissimam injustitiam deplorando Regius Psaltes inquit = Vidi iniquitatem et contradictionem in civitate, et non defecit de plateis ejus usura et dolus.

Psal. 54

II S. Gregorius Nyssenus Homilia 4 in Ecclesiasten foeneratorum inhumanitatem persequens ait = improbum foeneris inventum, qui latrocinium [illegible] nominaverit, non procul a vero aberraverit. Quid enim refert, an clancularium perfossis muris more omnia aliena habeas et praetereuntes caede, te eorum, quae habebat, Dominum constituas, an foeneris necessitate acquiras ea quae ad te non pertinent? Si viaticum quispiam vi alteri abstulerit, aut clam surripuerit, raptor et fur dicitur: qui autem etiam adhibitis testibus injuste se, ac acerbe gerit, et pacti conventi suam confirmat iniquitatem, benignus dicitur, et beneficus = Lactantius lib. 6. divinarum institutionum cap. 18 inquit = Pecuniam, si quam crediderit, non accipiat usuram: ut et beneficium sit incolume, quod succurrat necessitati, et abstineat se prorsus alieno: in hoc enim genere officii debet suo esse contentus, quem oporteat alias ne proprio quidem parcere, ut bonum faciat. Plus autem accipere, quam dederit, injustum est, quod qui facit, insidiatur quodammodo, ut ex alterius necessitate praedetur =. S. Hilarius in Psalm. 14 ad illa verba = qui pecuniam suam non dedit ad usuram = [illegible] loquendo de mutuo foenebri ait: fallax haec beneficentia, et humanitas fraudulenta, damnosa haec benevolentia docetur =

III ... humanitas fraudulenta et benevolentia interveniat in ea bina [illegible] pacti ... quas superiore disputatione distinximus, et a qua respectu ... rem dependet circumstantiarum ponderatione? Quod crimen ... priusquam desuper pronuntietur dubium ... valde attendendum ad circumstantiam status ... familias, in quo ... reperiebatur, dum a Titio trecentos ... mutuos acceperit; scimus enim, quod, ob pecuniam filiisfamilias mutuo concessam, prodierit celebre Senatusconsultum Macedonianum; [illegible] quo omnis actio, petitioque denegatur ei, qui filiifamilias mutuam pecuniam dederit, [illegible]

tamen

~~[illegible]~~

IV. Nomen fuit Senatusconsulto non ab Imperatore, neque a Consulibus, ut alias moris erat, sed inditum fuit a Macedone quodam praeclaro filiorumfamilias circumscriptore, qui ... pecunias habere[illegible] incerti nominibus, cautionibus ... [illegible] ne forte ... degeneraretur, vel quia in mortem patrem esset ... cautio; vel ne sciretur quantum fenori datum; unde non raro eveniebat, quod ipsi filiifamilias ad solutionem praeproperam vitae insidiabantur, ut facilius a molestiis expedirentur: non minus igitur in odium improbi foeneratoris Macedonis, ea ... alterius adolescentium circumscriptoris, quam patrum favore cautum fuit dicto Senatusconsulto, ne filiorumfamilias foeneratoribus petere[illegible] crediti unquam esset, ne quidem post mortem patris; quamvis enim ex hujusmodi [illegible] oriatur obligatio naturalis, et etiam actio civilis, ea tamen [illegible] perpetua exceptione prodita ex ipso Senatusconsulto; et in effectu idem sit, ac si nulla orta esset obligatio et actio.

V. Quae quidem exceptio non solum pertinet ad filiosfamilias, sed etiam ad filiasfamilias; nam et in illis eadem militat ratio, et masculinum comprehendit femininum, ideoque [illegible] l. 9. ff. de S.C. Macedoniano. Pertinet quoque ad nepotes et pronepotes, si non ex verbis, saltem ex mente et interpretatione ejusdem S.C.; et non tantum competit existenti in patria potestate, sed etiam ea liberato, vel quia transivit in potestatem alterius, vel quia pater aut respective avus mortuus. Pertinet etiam ad patrem, sive filius vivat, sive non; competit denique mandatori et fidejussori, ne quod una via prohibetur, altera videatur concessum, cum illi habeant ex mandato regressum contra filiumfamilias, qua via eluderetur. Item [illegible] fidejussoribus [illegible] prodesset ipsa exceptio, ut cautum fuit citata l. 9. § non solum.

VI. Prodest tandem ob eandem rationem etiam heredibus.

Hoc est videndum, praemisso [illegible] valere in foro externo, non autem in foro interno, praeterquam [illegible] nominatim actionem civilem, sed obligationem quoque naturalem [illegible] ex [illegible]. Nam Theologi ac Canonistae communiter [illegible] dispositionem S.C. Macedoniani habere [illegible] in foro conscientiae; quia cum haec lex fuerit

instructa

inducta ob publicum bonum, videlicet ne parentum vita in-
sidiis struerentur a filijs, alieno ære graviter gravati, ne ipsorum
filiorum mores etiam in alijs corrumperentur; ac ne impuberes
spes nequitia feneratorum, qui adolescentes circumvenire stu-
derent: utique potuit privare, ac revera privavit eosdem cre-
ditores quolibet iusto jure repetendi mutuam pecuniam filijs-
familias concessam, ut inter alios ostendit, ac probat Innoc. in
Cap. Quia plerique num. 5. De immunitate Ecclesiar., Panormit. in
Cap. Novit num. 33. de Iudicijs, Covarr. De Pactis part. 1. §. 3
n. 6. Abbas ad dictum Cap. Quia plerique num. 26. Gomez Var.
Resol. cap. 6 num. 2. Immo Bartolus in Constitutionem, Ad repri-
mendum, Verb. Denunciationem num. 12. ait, nequidem denuncia-
tionem evangelicam opponi posse filiosfamilias non restituent.
ac restituere nolent. tale mutuum; et ipsum tradit [illegible]
ad prædictum Cap. Quia plerique, ubi ait, inter Christianos debere
cessare hoc S. Consultum, quia cessat ejus causa, idest quia insidiæ
vita parentum [illegible] vero causa deberet cessare: non tam
tamen cum Republica Christiana agitur, ut in ea sit filiorumfa-
milias innocentia, qua hac noxa non inficiatur: fuerunt
enim, et possunt esse exempla in contrarium, quæ ut rarius vel
nunquam contingant, dictum Senatusconsultum est [illegible], vis relinquenda
et praxis, ut [illegible] cognoscatur non solum a forensibus, sed etiam
a Confessarijs, cum in utroque foro valeat, et subsistere debeat.

VII Inde jam videtur esse inferendum, animum [illegible] repetitio-
nem, quam noster [illegible] intendit proponere in judicio
[illegible] litium, in foro conscientiæ esse iustam, si supponatur
[illegible] inter eos inita conventio mutui [illegible]: Hæc tamen
suppositio non [illegible] esse vera [illegible], si recte intelle-
[illegible] naturam mutui, quo res quæ pondere, numero
et mensura constant, ea lege alteri dantur, ut non eædem
[illegible] eodem genere reddantur, servata [illegible]
quantitate [illegible]: [illegible] dicta conventio
[illegible] contra fuit quidem verum
mutuum, non sic [illegible] quod [illegible] restitutionem [illegible]
[illegible], immo quod hanc summam fuit
[illegible] [illegible]; quia conventum fuit
[illegible] summam tanquam pro justo pretio, [illegible]
cederet [illegible]

VIII Neque [illegible] non videtur [illegible] Senatus[illegible] inclu-
sus

Macedoniano, pro justificanda in foro interno sua repetitione quoad summam Ducatorum bisentum, seu pro justificanda repetitione Campi; nam ipsum S.Consultum loquitur duntaxat de mutuo stricte tali, propter peratam in eo corruptellam, et quidem loquitur de mutuo in quo intervenit tantum pecunia numerata, cujus mutuatio respectu parentum vita fuit perniciosa; qua ratione, ut communiter tradunt utriusque juris prudentes, ex empto, aliove contractu obligatus non potest ex hoc S.Consulto, eo quod non titulus actionis, sed obligationis origo consideratur, nisi tamen fraus adhibita fuerit dando alias res, ut his distractis pecunia habeatur mutua, quemadmodum cautum fuit L. 3. §. mutui ff. de S.C. Macedoniano.

IX Quamvis autem Campi repetitio non possit ex hoc capite justificari, videtur tamen justificari posse, ex eo quod hujusmodi emptio venditio fuerit illicita, et nulla, quia empta, et vendita fuit res, quae Camillo post mortem ejus Patris titulo haereditatis erat obventura, sicque hujusmodi contractus nihil valuit: est enim certa et in jure fundata sententia, quod haereditas nondum delata alicujus certi testatoris adhuc viventis vendi nec valide nec licite possit, nisi testator ipse consentiat. Ita expresse statutum habetur L. 1. ff. de haered. vel action. vendita, ubi leguntur formalia = Si haereditas venierit ejus qui vivit, nihil esse actum =. Idem continet L. 3. Cod. de Pactis, ubi etiam ratio redditur, quia nempe hujusmodi emptio venditio est contra bonos mores, ac plena tristissimi et periculosi eventus, utpote inducant votum captandae mortis: et concordat L. 29. ff. de Donationibus, nec non L. 61. ff. de Verb. oblig.

X. Adjecimus verba illa = nisi testator consentiat =; quia licita et valida est haereditatis venditio, si ipse, de cujus haereditate pactum est, voluntatem suam ei accommodaverit, et in ea usque ad extremum vitae suae spiritum perseveraverit, ut per haec ipsa verba expressum habetur in cit. L. 30. ff. de Pactis, cum sic [illegible] sublata sit acerbissima spes, testatori alias gravis, ac periculosa, ut ibidem rationem addendo Lex ipsa loquitur. Caeterum si haereditas nondum delata sit de aliquo vivente in communi ac incerto, licite ac valide emi venditque potest, quia in hoc casu cessat prohibitionis ratio, cum propter incertitudinem haereditatis, de nullius morte [illegible] bonis moribus repugnans et votum captandae mortis inducens conciliatur, ut communiter tradunt Doctores.

XI. Ita=

XI Itaque videtur dicendum, quod Lucillus, spectato Foro conscientiae, juste possit a Titio repetere, tum centum Ducatos tum etiam Campum, stantibus motivis praedictis: Verum his insistentes, propositum dubium decidendo, Censemus: Lucilli repetitionem in Foro conscientiae injustam esse tam quoad centum Ducatos Titio restitutos, quam quoad Campum eidem cessum; e contra justam esse repetitionem annui foenoris quatuor de centum, quod pro integra sorte trecentorum Ducatorum ipsi Titio persolvit usque ad diem restitutae, seu persolutae ejusdem sortis.

XII Quod Lucilli repetitio injusta sit quoad centum Ducatos Titio restitutos, constat ex clara plurium Legum dispositione, et nominatim in L. Sed si pater familias § 4. ff. ad SC. Macedonianum, dicitur:
" Si tamen solutum non repetunt, qui ob poenam creditorum
" actione liberantur, quoniam exonerare eos Lex voluit. Eum
" quam autem solvendo non repetant, quia naturalis obligatio
" manet. [illegible] in L. si non sortem ff. de condictione indebiti §
loquuntur formaliter = Filiusfamilias contra Macedonianum
" mutuatus, si solverit, ex patri suo heres effectus, velit vindi-
" care nummos, exceptione submovebitur a vindicatione num-
" morum = Lex, Qui exceptionem C. eod. tit. ait sic: Qui
" exceptionem perpetuam habet, solutum per errorem repe-
" tere non potest. Sed hoc non est perpetuum. Nam si qui-
" dem ejus causa exceptio datur, cum quo agitur, solutum
" repetere potest, ut accidit in Senatusconsulto de intercessio-
" nibus. Ubi vero in odium ejus cui debetur, exceptio datur,
" perperam solutum non repetitur, veluti si filiusfamilias
" contra Macedonianum mutuam pecuniam acceperit, et pater
" familias factus solverit, non repetit =.

XIII Unde constat, Nostrum Lucillum juste, ac licite non posse repetere Ducatos centum, quos Titio restituit; quamvis enim eos, antequam restituisset, in nostro Foro teneretur restituere; facta tamen restitutione, repetitio locum non habet, nec in foro [illegible] nec in Foro Poli, ob justam praefatam Legum dispositionem. Infertur proinde stare quidem pro Regula [illegible] in Senatusconsulto Macedoniano, quod mutuantes pecuniam filiis-

filiisfamilias sub patria potestate existentibus nullam habeat [illegible] efficacem eam repetendi, [illegible] filiusfamilias [illegible] per consequens nullam efficacem [illegible] contrahant [illegible] pecuniam restituendi, quia [illegible] naturalis, et civilis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], infirmiter [illegible] et [illegible] exceptione [illegible] [illegible] Senatusconsulto.

XIV. Verum, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] excepitiones. Jam enim diximus [illegible] pecunia mutuata [illegible] pecuniam numeratam, [illegible] Senatusconsultum [illegible] [illegible] in casibus quibus [illegible] [illegible] [illegible] adhiberetur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] habere in aliis contractibus [illegible] mutua [illegible] [illegible] pecunia habeatur [illegible] [illegible] contracti; [illegible] autem [illegible] tractibus, ut emptio, [illegible] vero mutuo, in quo intervenit pecunia numerata, [illegible] exceptio est ea, quam per [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] filiusfamilias factus [illegible].

XV. Item etiam [illegible] si filiusfamilias se patremfamilias simulaverit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] si [illegible] [illegible] [illegible] patrimonii [illegible] patremfamilias [illegible] [illegible] mutuam [illegible] [illegible] [illegible]; [illegible] creditorem [illegible] [illegible] [illegible] eidem filio mercaturam exercent [illegible] [illegible] [illegible] commercia [illegible] [illegible] [illegible] exercere [illegible]: item si filius [illegible] [illegible] commercium [illegible] pecuniam mutuam in rem patris vertit, quamvis [illegible] [illegible] pecuniam [illegible] [illegible] in rem patris [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pecuniam [illegible] filii [illegible] [illegible] vel [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quas pater pro filio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] filiusfamilias [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quarum tenorem omittimus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pro [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] contraxerit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] videretur aut patris [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

acceptu

" a [illegible] quo mentis numeret [illegible] sed suo potestati con-
" [illegible] novatione facta [illegible] obligare [illegible]
" [illegible] debitam non esse locum Decreto amplissimi [illegible]
" [illegible] est.

XVI. Quod si filiusfamilias mutuam pecuniam accipiens habeat pe-
culium castrense vel quasi, pariter non prodesset [illegible] de
castrense tenetur enim usque ad quantitatem hujusmo-
di peculii efficaciter esset obligatus ex mutuo, cum filius
miles in castrensi peculio vice patrum familiarum fun-
gantur, ut ait jurisconsultus in l. 1. ff. ad Senat. Macedo-
nianum: et hoc demum locum non habet in casu
quo filiusfamilias sit miles, ut [illegible] in l. si filiusfami-
lias [illegible] [illegible] hac allata ratione [illegible] in quibus enim
" [illegible] filiifamilias milites non [illegible] videntur
" [illegible] qui [illegible] ex praesumptione omnes
" miles non creditur in aliud quicquam pecuniam accipere
" et expendere nisi in causas [illegible].

XVII. Uno verbo si bona fide mutuam pecuniam dederit creditor XIX
filiofamilias sub patris potestate constituto, [illegible]
vel filius emancipatus, [illegible] [illegible] solvere debitum [illegible]
obligatio naturali jure contracta est. Adversus creditori mu-
tuanti [illegible] [illegible], nemo ex praedictis tenetur
ad solvendum, aut restituendam pecuniam mutuo datam
quia lex in poenam creditorum [illegible] nullam ex hu-
jusmodi mutuo contracto efficacem obligationem voluit
ut parentibus, filiis, et familiis, [illegible] [illegible]
contractam. Cum autem in nostro casu [illegible] agatur
de restituendis Titio ducatis centum [illegible] ratione
mutui, quia jam [illegible] [illegible] restituti, et [illegible]
[illegible] [illegible] obligationem licet infirmam, et inef-
[illegible] [illegible] allegatam legem quae
[illegible] [illegible] repetitionem, [illegible] [illegible] nostro [illegible]
[illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] diximus [illegible]
repetitionem [illegible] contrahenti [illegible] esse [illegible]
[illegible] ducatos Titio restitutos.

XVIII. [illegible] [illegible] [illegible] injustam [illegible] repetitionem [illegible]
camerum [illegible], [illegible] ex eo, quod tempore [illegible] [illegible] X.X

facta hujusmodi [illegible] tioni [illegible] fuit causa ob quam ipsa partitate cessio erat nulla; ideoque res ad talem statum devenit, in quo Speciltus licite, ac valide potuit Titio cedere dictum campum. Itaque cum revera illum cesserit, cessio hac validitatem et firmitatem suam accepit ab accedente novo consensu non obstante praecedente nullitate. Itaque non obstat opponere illam juris Regulam = Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit = quia locum habet, quod nullus actus, qui dum perficitur, ipso jure invalidus et nullus est, solo tractu, et lapsu temporis, sine alio adminiculo convalescit, ut vim et effectum actus ab initio valide gesti habeat; cum igitur dicta conventioni de campo cedendo, qua dum fuit inita, irrita extitit, accesserit adminiculum novi expressi consensus, quo Speciltus effective ipsum campum cessit Titio; talis cessio fuit omnino licita, legitima, et valida; ac per consequens idem Speciltus injuste ac illicite egit in foro interno dictum campum repetendo sub praetextu praecedentis [illegible] conventionis nulliter initae de eodem campo cedendo.

XIX. Quamvis enim nulla fuerit hujusmodi conventio, dum Speciltus a Titio accepit Ducatos trecentos, et quamvis solus tractus, seu lapsus temporis non potuerit actum ab initio nullum revalidare, cum tempus ex se solo sit insufficiens ad ponendam, vel tollendam obligationem; quam tamen accepit validitatem a novo superveniente adminiculo, videlicet ab accedente novo consensu Specilli, quod omnino sufficit pro actus validitate, ut pluribus probat Glossa verbo = non firmatur = ad allegatam juris Regulam in 6°; Unde infertur actum ab initio nullum per novi adminiculi accessionem non firmari ex tunc, quando actus nulliter est gestus, ut fit in casu ratihabitionis, de qua loquitur Regula illa juris in 6°, Ratihabitionem retrotrahi et mandato non est dubium comparari; sed firmari duntaxat ex nunc, quando nempe ex accedenti tacito, vel expresso consensu actus valere incipit, nisi jus in particulari aliud disponat. Igitur cum in nostro casu jus non resistat, cessio campi a Specillo facta Titio valida extitit et legitima, contra quam omnis repetitio est illicita, et injusta.

X.XX. Quod juste a contra sit repetitio annui fenoris quatuor de centum, quod pro integra sorte trecentorum Ducatorum Specillus persolvit Titio usque ad diem restituta, seu persoluta ejusdem sortis,

patet

patet ex eo quod hujusmodi fœnus fuerit omnino illicitum injustum, et usuratitium, ac tale pariter si Titius sic contraxisset etiam cum Patrefamilias; quia ratione periculi, quod concessioni sortis est intrinsecum, nihil licet accipere ultra sortem; nullo enim respectu alicui credito dari quin exponatur sors alicui periculo; igitur si ob periculum, quod hujusmodi concessioni est intrinsecum, posset lucrum exigi, magnum ostium esset apertum usuris, et sicut periculum possit esse minus, majus ac maximum, respective sic etiam usuræ minores, majores ac maximæ possent exigi, ideoque longe majores usuræ exigi possent a debitoribus pauperibus, quam a divitibus, quod ipsi naturali rationi directe repugnat: immo si pro periculo amittendi sortem liceret exigere v.g. fœnus quatuor de cento etiam pro periculo harum quatuor aliud fœnus posset exigi, et aliud pro isto alio, sicque in usuris daretur processus in infinitum.

XXI Debet igitur inferri, quod sicut periculum amittendi sortem videlicet concessam non est separabile ab ipsa sorte, et per restitutionem sortis satisfit etiam cuicumque periculo; sic non solum ipsa concessio sortis debet esse gratuita, sed gratuito etiam debet incurri periculum eidem concessioni intrinsecum, aliter quodcumque lucrum ultra sortem exactum foret injustum et usuratitium, idque definitum est in jure (canonico per textum in Cap. Naviganti, de usuris, et communiter docent tam Canonistæ, quam Theologi inter quos Fagnan. in dictum Cap. Naviganti num. 8. Menochius de Præsumptionibus lib. 3. præsumpt. 123 num. 5 Cotardus de Usuris quæst. 2 titul. 17 et num. 27 Sotus de justitia et jure lib. 6 quæst. 1. art. 1. Reginaldus lib. 25 num. 270 etc.

XXII Cum itaque manifestam usuram contineat fœnus illud quatuor pro centum, quod Quillus persolvit Titio juxta conventionem inter illos secutam, ejus repetitio est omnino justa, non solum in foro externo, sed etiam in interno, et pariter in utroque foro Titius tenetur ad illius restitutionem, quamvis etiam supponeretur quod Quillus se jurejurando obstrinxisset ad solvendum hujusmodi fœnus usuratitium, et ad illud solutum non amplius repetendum; est enim communis ac certa Doctorum

senten

sententia, eum qui non simplici promissione, pactove, aut contractu, sed etiam sub juramento se obligavit ad solvendas injustas usuras, teneri quidem illas solvere, nisi Creditor hujusmodi juramentum remittat, nihilominus posse Creditorem adigi, ut juramentum, et per consequens etiam usurarum solutionem remittat.

XXIII. Usuras autem, quas vi juramenti eas jam solvisset debitor, potest illas tuta conscientia in judicio repetere, debetque Creditor ad eas debitori denuo restituendas compelli, jure sic disponente quoad utramque partem hujus assertionis. Siquidem de remissione juramenti loquitur Cap. 1. de jurejurando, ubi sequuntur formalia = Mandamus, quatenus Creditores ad juramenta super usuris sibi praestita, relaxanda, ecclesiastica districtione cogatis =: quod vero vi juramenti jam solutae usurae iterum restitui debeant, clare fuit dispositum in Cap. Debitores, de jurejurando, his verbis = Debitores ad solvendas usuras, in quibus se obligaverant, cogi non debeant; si vero de ipsarum solutione juraverint, cogendi sunt Domino reddere juramentum. Et cum usurae solutae fuerint, Creditores ad eas restituendas sunt ecclesiastica severitate (: si necesse fuerit :) compellendi =

XXIV. Pariter communis ac certa est Doctorum sententia, quod si debitor etiam jurasset, se non repetiturum usuras solutas, nihilominus Creditor compelli possit, ut vel juramentum remittat, vel ab usurarum exactione desistat, vel potius, non obstante hujusmodi juramento, per Judicem ex Officio compelli ad restituendas usuras jam solutas; et ita statutum habetur in Cap. Tuas dudum, de Usuris, ubi etiam ratio redditur his verbis = Ne dolo, et fraude contingat eos (: creditores scilicet :) commodum reportare =: Ex quibus juris Canonici dispositionibus, ex Doctorum communi sententia, et ex naturali ratione, ac aequitate manifeste infertur, quod noster Quillus licite, ac juste [illegible] repetere possit a Titio [illegible] quatuor de centum quod ei persolvit ad sortem Ducatorum [illegible] usque ad diem restitutionis, seu persolutionis ejusdem sortis; e contra vero, ut ab initio jam ostendimus, juste repetere non potest eidem Titio restitutos Ducatos viginti, nec censum [illegible] valentem Ducatis ducentis.

I Nunc procedendo ad resolutionem dubii, quod super altero casu proposuimus, nobis est praeliminariter advertendum, quod, quamvis certum sit, usuram lucratoriam ex mutuo expresso, aut tacito provenientem, esse illicitam, ac omni jure, videlicet tam naturali, quam divino, et humano esse prohibitam; nihilominus dantur aliqui tituli, ex quibus recte aliquid ultra sortem mutuo datam accipitur. Sic licite, ac juste potest aliquid mutuator exigere a mutuatario ultra sortem, quando non vi mutui illud plus exigit, sed in poenam morae, quam mutuatarius committit in restituenda sorte tempore debito: hujusmodi autem poena potest esse vel legalis, idest à Lege, vel Statuto imposita, vel judicialis, idest à judice ad instantiam Creditoris dictata; vel conventionalis, idest mutua conventione mutuatoris, et mutuatarii statuta.

II Nequit dubitari de justitia usurae moratoriae legalis, et judicialis; cum enim hujusmodi constitutio poenae nihil contineat contra bonos mores, sed ad contractus debitam observantiam serviat, ut quae licite, ac valide potest imponi, tam à Supremo Legislatore per Legem, quam à Judice ad rationabilem partis instantiam. Ut autem licita, et justa sit etiam usura moratoria, seu poena moratoria conventionalis, aliquae requiruntur conditiones; videlicet requiritur primo, ut hujusmodi conventio non fiat in fraudem usurarum, sive ad has pallio illius tegendas, quod tunc contingeret fieri, si creditor vellet potius diem transiri, quam pecuniam ipso die solvi. Secundo requiritur, ut debitor vere sit culpabiliter in mora solvendi: unde si mutuatarius revera sit factus impotens, vel alias à solvendo sine sua culpa impediatur, non potest exigi talis poena conventionalis: quia ubi culpa non adest, poena exigi non potest, et qui culpa caret, in damnum vocari non debet. Tertio requiritur, ut mora non solum sit culpabilis, sed etiam notabilis, et poena culpae proportionata: si enim esset immoderata, esset etiam injusta. Denique requiritur, ut sub poena conventionis ad solvendum non praefigatur terminus nimis brevis, sive talis, intra quem creditor sciat, debitorem solvere non posse: tunc enim poena lucrum potius, quam solutionem quis intendere praesumeretur.

III Si singulas nostri casus circumstantias perpendamus, nullam talem reperiemus, ob quam credere possimus intercedere aliquam usuram moratoriam seu punitoriam, bene vero existere usuram ab aliquo alio titulo provenientem, qui compensato-

rij

nis seu restaurationis solet nuncupari, et ideo talis usura pro:
veniens ab hujusmodi titulo compensatoria, seu restauratoria appel:
latur: quo tunc intervenit cum ultra sortem mutuo datam
aliquid exigitur, non vi solius mutui, sed ratione interesse
ex triplici praecipue titulo, videlicet lucri cessantis, damni
emergentis, et periculi perdendae sortis.

IV. Quod mutuator aliquid ultra sortem juste possit exigere, ob periculum
non quidem intrinsecum, sed extrinsecum, videlicet
ob illud periculum perdendae sortis, quod in se suscipit, et vere
subest, non autem est fictum, seu ideale, tum Theologi, quam
Canonistae satis communiter docent, [illegible]
[illegible]: sic autem ma:
[illegible] sortis perdendae periculum in se suscipere, ut
mutuator [illegible] sortis periculum nihil a mutuatario, ejusve
haeredibus possit praetendere: in hoc enim casu fiunt duo distrac-
tus: unus est contractus mutui, et pro hoc nihil exigitur, nec
exigi potest absque usura illicita, quamvis possit esse periculum per:
dendae sortis: alter est contractus assecurationis, quam ideo
[illegible] liberet praestare mutuatori; igitur si mutuator
ita paciscatur cum mutuatario, ut, si pecunia mutuata in mari,
in [illegible], vel in via pereat, sibi pereat, et mutuatarius, ejusque
haeredes, nihil restituere teneantur, utique aliquid ultra sortem
potest licite ac juste exigere ob periculum quod taliter in se
assumpsit.

V. Cavendum tamen est procedendum cum intentione in hujusmodi casu, quia
[illegible] pro foro conscientiae, et in ordine ad Deum, si mutuans
recipiat aliquid ultra sortem ratione mutui, seu ea intentio:
ne mutuet, ut lucretur ex mutuo, quamvis periculum in se
suscipiat, absque dubio erit usura, quia usura sola voluntate
committitur: si vero non intendit lucrari ex mutuo, sed
tantummodo accipere mercedem pretium periculi in se
suscepti, talis in foro interno, et quoad Deum non est usurarius.

VI. Pariter, quod ob damnum emergens aliquid ultra sortem possit mutu:
ans a mutuatario petere, ac exigere, communis est Doctorum
sententia, quam etiam tradidit S. Thomas 2. 2. q. 78. art. 2.
ad 1. et ratio est, quia non est aequum ut ratione beneficii gra:
tis in favorem alterius collati, quis teneatur subire in suis
detrimentum onera pretio aestimabilia: ut autem hujusmodi
usura

usura compensatoria licita sit, et justa, tres conditiones sunt servandæ. Prima, ut damnum emergat vere et proprie causa mutui; ideo qui poterat alia pecunia, vel alio modo impedire illud damnum non potest illud repetere a mutuatario. Secunda ut nihil ultra exigatur, quam vere sit damnum ipsum. Tertia, ut de hoc fiat pactum ab initio cum ipso Mutuatario, cujus consensus est necessarius, nam alioquin posset ipse nolle mutuum recipere cum hoc onere. Omnes tres istæ conditiones verificantur in hoc casu, quo ex. gr. Petrus haberet Ducatos mille jacentes, quibus iret velles se affrancare Censu ac liberare livello sub salvo capitalis ejusdem summa: Paulus dictos mille ducatos ad annum petit sibi dari mutuos, eosque a Petro obtinet, sed inito pacto, ut tantum correspondeat Paulus eidem Petro titulo usuræ compensatoriæ, quantum importat damnum, quod Petro emergit intra annum ob non affrancatum dictum livellum.

VII Nec solum ob damnum vere emergens, sed etiam ob lucrum cessans, ac exigi potest usura compensatoria: ex. gr. habet quis paratam pecuniam ad merces emendas, et ex negotio illo esset lucraturus; ideoque si eam pecuniam dat alteri mutuam insurgit ei lucrum cessans, ob quod, pecuniam illam mutuando usuram talis lucri cessantis compensatoriam potest exigere, juxta communem Doctorum sententiam, huic innixam rationi, quod mutuans in tali casu quod id, quod exigit ultra sortem, non exigat tanquam veram usuram, sed tanquam interesse arg. §. unde de sententiis, quæ pro eo, et §. si commissa ff. Nam ratum haberi, ubi legitur sic = in tantum competit, in quantum mea interfuit, idest, quantum mihi obest, quantumque lucrari potui: et revera spes lucri, qua mutuator se privat in gratiam mutuatarii, est pretio æstimabilis; igitur licite in ejus recompensationem aliquid exigitur.

VIII Ac recte in hujusmodi statu videtur esse constitutus noster Sulpicius qui Ducatos mille, quos cogitaverat impendere in emendis pannis, ex quibus verosimiliter esset percepturus lucrum decem de centum, Cajo tradidit mutuos ea sub conditione, ut, ultra sortem restituendam post annum, ipsi his rependeret octoginta Ducatos, pro compensatione illius lucri, quod ex prædicta sua pecunia consequeretur, si emeret pannos, quos navi de longinqua regione intra paucos dies advehenda, sperabat perpetrandos; igitur non apparet posse dubitari, quin licite ac jus

justè possit [illegible] recipere conventos octuaginta Ducatos.

IX Nihilotamen minus si propositum dubium decidere volumus cohæ-
renter ad prædictas [illegible] circumstantias, censere debemus,
prout censemus, Caium non posse justè recipere X
[illegible] Ducatos octuaginta [illegible] item mille
Ducatorum; quia in hoc nostro casu non concurrunt omnes
illæ conditiones, quæ a Theologis, et Canonistis communi-
ter requiruntur ad hoc, ut ex titulo lucri cessantis aliquid
ultra sortem exigatur in mutuo: [illegible] nunc dictas tres
conditiones, dein videbimus, an omnes, [illegible] verificentur
de conventione inita [illegible] cum Caio.

X Prima conditio est, quod mutuum vere [illegible] lucri cessantis; igitur
requiritur, ut pecunia, vel res, quæ mutuo datur, revera sit
destinata ad negotiandum, vel lucrandum, et non otiosa domi
[illegible] a mutuante; ideoque si mutuans non absolute
[illegible] ad negotiationem, sed anceps extitit, an
negotium fuerit, vel non, sic dando pecuniam mutuam, nullum
lucrum cessans potest petere; [illegible] illa probabilitas futura
destinationis non est certo pecunia pretio æstimabilis, et per
[illegible] vendi non potest, ut in [illegible] sancta intelligendus est
S. Thomas cum [illegible] q. [illegible] 2. ad 1. [illegible] Recompen-
sationem vero damni, quod consideratur in hoc, quod de pecu-
nia lucratur, non potest in pactum deducere, quia non debet ven-
dere id, quod nondum habet, et potest impediri multipliciter
[illegible]

XI Secunda conditio est, ut [illegible] non exigatur ultra sortem, nisi quantum valere
potest illud lucrum cessans, et de [illegible] admoneatur
vel conditionaliter, hoc est, ut ipse solvat quantum experientia
ostenderit mutuantem fuisse lucraturum in tali negotiatione
[illegible] expensis; vel absolute [illegible] pacta nempe hic, et nunc
quantum spes illa probabilis, seu moraliter certa, valere potest
attento periculo, [illegible] circumstantiis, [illegible]
[illegible] futuri [illegible] vel minus.

XII [illegible] conditio est, ut id quod pro lucro solvitur [illegible]
[illegible] mutuatario tempore mutui accepti, sed primum postea.
Hinc si quis mutuet alteri mille Ducatos [illegible], ut ratio-
ne interesse, seu lucri cessantis solvat quinquaginta, et
[illegible] detrahat, nonnisi nongentos et quin-
quaginta numerando, [illegible]; quia

ex quinquaginta illis detractis mutuans non potest illum lucrum capere, siquidem sub hoc praetextu exigens interesse manifestam committit injustitiam per usuram saltem palliatam.

XIII Si omnes istae tres conditiones concurrissent in nostro casu, profecto non decisio non subsisteret, subsistet tamen, si vel una ex eisdem conditionibus deficit. Deficit autem prima, et secunda; tertia duae non verificantur, nisi aliquid plus supponatur, quod in facti specie non est expressum. Deficit prima; quia Lucius cogitaverat tantum impendere ducatos mille in emendis pannis, non vero absolute deliberaverat, ideoque lucrum, quod potest considerari in hoc casu, non est probabile, ac moraliter certum, sed tantummodo possibile incertum, ac remotum: igitur ipse Lucius nequaquam potuit sine usura illicita deducere in pactum ducatos quinquaginta exigendos ultra sortem.

XIV Deficit quoque secunda conditio in hoc, quod, ut infertur etiam ex defectu primae conditionis, deduxit Lucius in pactum exigere ultra sortem quantum non valebat lucrum cessans; quia revera in nostro casu nullum interesse verum cessans, quod esset probabile, ac moraliter certum lucrum: non solum enim Lucius nondum plene deliberaverat impendere ducatos mille in emendis pannis, cum dicatur cogitasse, seque animum adhuc fluctuantem habuisse, sed nequidem advenerat occasio emendi pannos, utpote qui sperabantur perferendi a navi de longinqua regione intra paucos dies adventura; sicut igitur ipsa navis fortasse non erat adventura, et antequam advenisset, naufragium pati potuisset, nequis dicat lucrum cessans, de quo loquitur in nostro casu tunc probabile, ac moraliter certum, cum potius fuerit duntaxat possibile remotum, ac omnino incertum: supposito semper, quod Lucius non destinasset emere alias merces in casu, quo non advenisset navis cum pannis.

XV Et igitur contendentium pro veritate nostrae decisionis; quia nostro [illegible] pro tempore, quo concessit mutuo ducatos mille, non fuit animus deliberatus eos impendendi in emendis pannis, nec via erat aperta ad emendos pannos; ideoque ob mutuum concessum non fuit impeditus a capiendo lucro, quod esset probabile, ac moraliter certum, cum fuerit duntaxat possibile, remotum, ac omnino incertum: et aliunde ex nostri facti circumstantiis non potest supponi, quod Lucius si mutuum non concessisset, infallibiliter pecuniam mutuatam in emendis mercibus impendisset.

Pro Congregatione diei 14 Julij 1752.

Casus I.

Lucius, nolens domi retinere otiosos ducatos bismille, Cajo lanioni eos ad annum concessit pro emendis bobus in extera regione, quos educere studeat sine gabellarum solutione, et in fine anni hac inter eos sit ineunda ratio, ut quoad boves, qui ob non solutas gabellas confiscarentur, vel casu fortuito perirent, totum damnum pretij soluti spectet ad Lucium, expensarum verò ad Cajum; quoad boves conductos autem, totum pretium in iisdem emendis solutum, Lucio restituatur, et lucrum deductis expensis, sic inter eos dividatur, ut tertia pars pertineat ad Cajum, reliquum verò ad Lucium. Unde oritur

Dubium: an hujusmodi contractus sit licitus, ac justus?

Casus II.

Titius Sempronio mutuos dedit ad unius anni tempus ducatos centum, in quorum cautionem non solum pignoris loco plura supellectilia capita ab eodem accepit, quibus, consentiente ipso Sempronio, fuit usus sine aliqua deteneratione, sed etiam voluit habere chirographum, in quo idem Sempronius se obligavit, ut, si constituto tempore non redderet dictos ducatos centum, mulctae nomine solvere deberet annuatim ducatos sex. Unde oritur

Dubium: an usus supellectilium sit deducendus ex sorte, et justa sit adjecta mulcta?

I. Utraque facti species, super quibus fuere proposita dubia, in hodierna Congregatione diluenda, et decidenda, versantur in materia contractuum,

qua

quæ, sicut ferè nihil est in humano commercio frequentius; ita nihil in utroque Foro solet esse ad resolvendum difficilius illis quæstionibus, quæ ob varias circumstantias, et per ipsos Legislatores non gravibus conditiones, a contrahentibus appositas plerumque dubitantur.

II Priusquam animi nostri sensum aperiamus super dubio primum casum respiciente, advertimus, in hoc agi de duplici interesse, videlicet de publico, pendente a gabellarum solutione, ac de privato, utrumque contrahentem directè afficiente: ideoque præliminariter ad ipsius dubii decisionem videtur esse cumprimis disquirendum, an Lucius, et Caius licitè, ac justè convenerint educere sine gabellarum solutione boves in exteram regionem emendos; hujusmodi tamen disquisitio

III fieri nequit, nisi, quæ ac qualis sit obligatio solvendi gabellas, perpenderimus.

Hæc quæstio non solum est summe practica, quia vix non quotidiana; sed etiam est valde delicata, et difficilis, quia multas, graves continet inspectiones, quas inter est ea, quod idem videatur ferendum esse judicium de cæteris publicis exactionibus, quæ supremæ Authoritate Principum imponuntur, et sunt Tributa, Vectigalia, Pedagia, Guidagia, et alia idgenus a subditis præstanda.

IV Omnes Theologi, ac Canonistæ in eo conveniunt, quod soli Principes in temporalibus superiorem non agnoscentes possint imponere, ac exigere ejusmodi contributiones, easque augere, aliasque de novo præscribere, non quidem pro libitu, sed tunc solum, quando adest justa causa, et servatur debitus modus. Adest justa causa si prælatæ exactiones impositæ, auctæve fuerint ob Principis decentem sustentationem, habito respectu ad ejus statum, dignitatem, et merita; si ob magnam Reipu

Reipublicae utilitatem, aut necessitatem, qualis contingit tempore belli; si etiam ad expungenda debita pro eadem communi utilitate, seu necessitate contracta.

V Cum has, aliasque justas causas examinant, et perpendunt Doctores, inde inferunt, et concludunt, non posse licite, ac juste per Principes, nequidem Supremos, imponi, vel augeri aut nova praescribi tributa, vectigalia, gabellas, aliasque exactiones in sequentibus casibus; videlicet, si publica justa causa revera non subsistat, sed ea pro forma assumatur, et sub praetextu; si plus exigatur, quam causa publica requirat, et ad alium finem, quam causa publica usum applicetur; si, causa justa cessante, contineant exactiones, nisi nova emergat.

VI Circa haec, inquam, tam Canonistae, quam Theologi communiter conveniunt, non sic vero circa obligationem solvendi; sunt enim graves Authores, ut Navarrus, Angelus, Durandus, Gesius, Bonacina, et alii, qui putant, Leges solvendi Tributa, Vectigalia, Gabellas, aliasque publicas contributiones esse duntaxat mere poenales, idest obligantes solummodo sub poena, non vero in conscientia.

VII Id autem probant hoc ratiocinio: Lex Tributa, vectigalia, et Gabellas etiam justas, seu antiquas, seu novas imponens, non aliter obligat, quam eo modo, quo obligare vult Legislator humanus ea onera imponens: quamvis enim (Deus) universaliter praecipiat, ut Regibus, et Principibus exhibeatur subjectio, et obedientia; nihilominus hoc praeceptum Divinum aliter non obligat, quam ut obediamus Superioribus eo modo, quo praecipiunt. Sicut igitur Superior humanus sub sola poena aliqua praecipere potest, et de facto Principes supremi sub sola poena censeantur praecipere solutionem Tributorum, vectigalium, et gabellarum, sequitur, quod obligatio hujusmodi contributiones solvendi non sit in conscientia, et sub peccato, sed duntaxat sub poena, itaut, qui non solverit, adjectam poenam subire debeat.

VIII Quod supremi Principes imponentes Tributa, Gabellas, et vectigalia

vectigalia non in conscientia, et sub peccato, sed sub sola pœna obligare intendant, citati Authores dicunt id manifeste probari vel ex ipsa sola consuetudine, quæ ut habet cap. cum dilectus, de consuetudine, est optima Legum interpres; extat autem universalis consuetudo, qua declaratur, Leges Tributorum, Gabellarum et Vectigalium esse mere pœnales; quia homines absque ullo scrupulo, aut timore Deum vel leviter offendendi, passim, et ferme quotidie, ubi possunt Vectigalia, Tributa, et Gabellas defraudant, id solum attendentes, ne in foro externo deprehendantur: igitur signum est, quod ejusmodi Leges ex communi hominum sensu non obligent in conscientia, et sub peccato, seu mortali, seu veniali, sed duntaxat sub pœna, sintque per consequens mere pœnales.

IX Nos tamen tenemus, Leges, quibus juste sunt imposita Tributa, Gabellæ, et Vectigalia etiam nova, obligare in conscientia, ita ut ea defraudans pro materiæ quantitate graviter, vel leviter peccet et ad restitutionem teneatur: hæc enim est communissima Theologorum et Canonistarum sententia, adeo ut Alphonsus de Castro lib. 1. de Lege Pœnali cap. 9. et 11. dicat, hanc sententiam esse certam, contrariamque doctrinam appellet errorem: nec immerito.

X Nam obligatio solvendi Tributa, Gabellas, et Vectigalia justa est de jure divino, et naturali; de jure divino, ut constat ex ep. ad Romanos cap. 13. ubi Apostolus ait = Ideo enim et Tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc servientes. Reddite ergo omnibus debita: cui Tributum, Tributum: cui Vectigal, vectigal = Immo Christus ipse Matthæi cap. 22. quæstione facta de hac materia, et numismate sibi ostenso dixit = Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris, et quæ sunt Dei Deo = ; nec tantum verbo, sed etiam

etiam exemplo docuit, justa Tributa esse solvenda dum apud eundem Matth. cap. 17 pro se, et Petro Tributum solvit.

XI Quod etiam de jure naturali justa sit ejusmodi obligatio, patet ex eo, quod Tributa, Gabella, et Vectigalia exiguntur, vel tanquam justa merces Principi debita pro ejus sustentatione, vel pro communi Reipublicae utilitate procuranda, aut malo avertendo; atqui utrumque obligat de jure naturae: quando enim Tributa exiguntur pro sustentatione Principis, ea sunt justa merces pro laboribus, et oneribus, quae Princeps sustinet in gubernanda, et conservanda Republica: de jure autem naturae dignus est operarius mercede sua: et quando ea exiguntur pro communi Reipublicae utilitate procuranda, aut malo avertendo, sunt justae contributiones, quas subditi, tanquam membra Reipublicae, exigente naturali ratione, tenentur praestare, etiam cum privato aliquo eorum proportionato damno; cum bonum publicum praevalere debeat bono privatorum: si igitur, ut supponitur, Reipublicae bonum procurari, ejusque damnum vitari nequeat nisi a subditis seu membris Tributa, Gabella, ac Vectigalia contribuantur, necessario sequitur, quod haec per illos de jure naturae sint praestanda.

XII. Profecto quandocunque quis ab alio ex justitia aliquid praetendit, et exigit, ille a quo praetenditur, ex justitia praetendent tenetur praestare; quia correlativorum eadem ratio, et disciplina: atqui Principes ex justa causa petent Tributa, Gabellas, et Vectigalia, ex justitia illa exigit: igitur subditi pariter ex justitia tenentur eadem contribuere, aliter Divinae resistunt ordinationi, et damnationem sibi acquirunt, juxta illud Apostol. ad Rom. cap. 13 = Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas, nisi a

Deo

Deo; quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt: itaque qui resistit Potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, sibi ipsi damnationem acquirunt.

XIII Non igitur veritati cohaeret fundamentum illud contrariae sententiae assertorum, quod, videlicet Leges imponentes Tributa, Gabellas, et Vectigalia, non obligent in conscientia, sed sint mere poenales, idque communi comprobari consuetudine: Nam ex eo, quod Leges aliquae sub poena ferantur, sicut feruntur illae Tributorum, et Gabellarum, non bene infertur, eas esse poenales, et ideo obligantes sub sola poena; alias Leges humanae non furandi, non occidendi, et alia ejusmodi, essent mere poenales, ad solam nempe poenam sine culpa obligantes.

XIV Concludendum est itaque, Leges Tributorum, Gabellarum, et Vectigalium non esse mere poenales, sed mixtas, quia, ut jam ostendimus, obligant de jure divino, et naturali, cujus obligatio minime tollitur per poenam, quae ei per istas Leges humanas de novo adjicitur: sicut universaliter per hoc, quod aliquid de novo sub poena prohibeatur, non tollitur obligatio sub culpa, sub qua prius jam idem vi Legis divinae naturalis, aut canonicae erat prohibitum.

XV Proinde negandum est absolute, quod Principes imponentes Tributa, Gabellas, et Vectigalia aperte justa et moderata, de quibus nos semper loqui intelleximus, non intendant obligare in conscientia: praesertim, cum ad hoc faciendum a Lege naturali, ac divina dirigantur, cui derogare cum Regnorum successionem et Reipublicae praejudicio velle non sunt praesumendi; pariterque negandum est, quod universim quoties Lex Tributa, Gabellas, et Vectigalia etiam justa imponens, habeatur vi consuetudinis pro mere poenali, et passim sine scrupulo violetur.

XVI Quamvis enim id fiat in Tributis, Gabellis, et Vectigalibus, quae communi hominum doctorum, ac prudentum aestimatione videntur

videntur excessiva, vel de quorum justitia rationabiliter dubitatur: tamen de aperte justis ... videmus fieri, siquidem habentes bonam conscientiam, et timentes Deum ea exacte solvunt, vel non soluta confessioni subjiciunt: si autem homines mali, et non timentes Deum, contrarium observant, nequaquam sunt pro exemplo adducendi, sed potius improbandi, ac contemnandi.

XVII. Caeterum plurimi communissima, ac certa sententia Auctores docent, quod dum certo, aut saltem probabiliter constat Tributa, Gabellas, et Vectigalia, ex toto, vel ex parte injuste esse imposita, quia nempe vel sine justa causa, vel in majori quantitate exiguntur, quam publica requirat necessitas, possint subditi ea vel ex toto, vel ex parte, non tantum tuta conscientia subterfugere, ac declinare, sed insuper occulta compensatione uti, si casu quo in foro externo, ut ordinarie fit, ad dandum cogerentur: et jure merito, quia nemo tenetur dare id, quod ab eo injuste petitur, et, si eidem auferatur, vel ad dandum quovis modo cogatur, occulta compensatione indemnem se potest reddere.

XVIII. Docent quoque iidem Auctores, quod, dum est dubium, sive positivum ratione pro et contra stante, sive negativum de justitia Tributi, Gabellae, aut Vectigalis, de novo impositorum, non detur in conscientia obligatio ea solvendi: quia melior est conditio subditi bona fide possidentis libertatem, quae nondum jure certo Principis potest tolli: ideoque quando dubium est de justitia legis, seu praecepti, non semper stat praesumptio pro Superiore; fallit enim hoc principium quando agitur de proprio legislatoris interesse, ut fit in casu, de quo agimus. Diximus autem de novo impositorum; quia quando dubitatur de antiquis Tributis, Gabellis et Vectigalibus, de quorum initio non extat memoria, praesumendum est, ea juste, seu causa imposita esse, consequenter obligare in conscientia.

XIX. Praemissa inspectione concernente publicum interesse, dependens ab obligatione solvendi gabellas; nunc transe-

amus ~~et~~ examinandas, alias nostri casus circumstantias quia inter ea est precipua, quod lucrum, quoad boves condructos, deductis expensis, sic inter Lucium, et Cajum Canonicum dividatur, ut tertia pars pertineat ad Cajum reliquum vero ad Lucium, cui etiam omnia est restituendum totum pretium, quod in emendis bobus fuit expositum.

XX. Hoc autem reliquum lucrum, quod Lucius, tertia parte assignata Cajo, sibi reservavit, videtur esse illicitum, et injustum, velut infectum labe usuratitia, cum propter periculum fuit aliquid ultra sortem exigi, sic ultra: voluit enim Lucius, et convenit cum Cajo, ut periculum sortis similitae ducatorum ad se omnino pertineret, quia pactus fuit, quod boves, qui ob non solutas gabellas confiscarentur, vel casu fortuito perirent, ipsi Lucio perirent, sicque ex pecunia Cajo concessa tanquam mutua, vult consequi lucrum, non immediate, sed mediante susceptione periculi: hoc autem videtur esse usurarium, ut constat ex Cap. Naviganti. De Usuris, in quo Gregorius I.X. sic ait = Naviganti, vel eunti ad nundinas, certam mutuans pecuniae quantitatem pro eo, quod suscipit in se periculum, recepturus aliquid ultra sortem, usurarius est censendus =

XXI. Circa sensum hujus Canonicae dispositionis multum variarunt Pontificij juris Interpretes: quidam enim voluere, textum illum loqui, quando praetextu periculi ab accipiente aliquis peteretur, ibi damnari solum usuras centesimas. Nonnulli vero dixere, ibi prohiberi quidpiam exigere ultra sortem ratione mutui, non ratione periculi. Verum hae omnes expositiones passim fuere rejectae a gravioribus Doctoribus, quia vel pugnant cum verbis ipsius Textus, vel saltem nullum in ipsis verbis habent fundamentum, sed potius divinare convincuntur.

XXII. Non

XXII Non defuere, qui suspicati sunt, in eum Textum irrepsisse mendum per omissionem particulae Non, atque esse legendum: usurarius non est censendus: hanc enim suspicionem fundarunt in immediate sequentibus illis verbis: illa quoque dat = et paulo post = non debet ex hoc usurarius reputari = ratiocinantur enim sic; si ille quoque usurarius reputari non debet, igitur neque prior: alioquin Pontifex non recte posuisset particulam illam copulativam, sed debuisset ponere distinctionem adversativam, ille autem vel aliam hujusmodi. Verum haec suspicio licet subtiliter adinventa, est contra fidem omnium Codicum, atque exemplarium, ~~[illegible]~~ in quibus legitur affirmative ut notat Zypaeus citato titulo num. 7.

XXIII Cardinalis de Lugo, Diringh, et alii volunt, eum Textum procedere duntaxat in foro externo, et quantum ad judicium Ecclesiae; quia, cum haec non judicet de occultis, censetur in tali contractu lucrum quaeri ex mutuo, non vero ratione periculi. Sed communior ~~[illegible]~~ opinio est, in dicto Textu sermonem esse de eo, qui non aliter vult pecuniam mutuare, nisi cum tali pacto susceptionis periculi in se, sed sub spe lucri ultra sortem recipiendi: talis enim gravat debitorem in aliquid plus perdendo ex mutuo, et ideo merito in foro externo Ecclesiae, quae de occultis non judicat usurarius est censendus; ~~[illegible]~~ in tali enim casu censetur lucrum directe quaeri ex mutuo, non autem praecise ob susceptionem periculum.

XXIV His vero nunc factis inspectionibus, nos devenire volentes ad propositi dubii decisionem, censemus contractum inter Sulpicium, et Cajum lanionem initum, ratione pacti boves educendi sine gabellarum solutione, esse illicitum, et injustum si ~~supponatur~~ gabellae supponantur esse ex justa causa impositae: secus vero, si de gabellarum injustitia constet aut rationabiliter dubitetur dubio positivo, seu etiam dubitetur dubio negativo: licitum autem, ac justum esse eundem contractum quoad reliqua pacta, et conditiones

nes, quas involvit.

XXV. Prima pars hujus nostræ decisionis est ita certa, et evi-
dens attentis iis, quæ jam diximus de obligatione solven-
di gabellas, tributa et vectigalia, ut superfluam existime-
mus omnem aliam probationem: ideoque id solum
putamus esse adjiciendum, quod nostri contrahentes ne-
queant justificare defraudationem gabellarum sub eo
prætextu duntaxat, quod in extera regione emendi sunt
boves, et pro eis solvenda gabella; quia non tantum
subditi, sed etiam exteri tenentur solvere gabellas juste
impositas, vel auctas, ut docent Suarez, Vasquez, Azorius
et alij quos citat, et sequitur Sanchez; siquidem consuetudine universali est introductum, ut
obligatione solvendi justas gabellas ligentur etiam exte-
ri; quam quidem consuetudinem tanquam legitime præ-
scriptam rationabilem, ac justam præfati Authores reco-
gnoscunt, et approbant, teste Cardinali de Lugo disp.
36, sect. 4, numero 9.

XXVI. Ad sternendam autem viam pro probatione secundæ partis nostræ
decisionis, juvat cognoscere discrimen, quod Theologi, atque
Canonistæ constituunt inter sortem, quæ nude, ac simpliciter
mutuo traditur, et pecuniam, quæ collocatur in aliqua
Societate: siquidem sors in priori casu fit prorsus illius propria,
qui eam mutuam accipit; in Societate vero pecunia re-
manet illius propria, qui eandem contulit.

XXVII. Unde sequitur, omne periculum, cui summa pecuniæ mutuatæ
obnoxia est, in mutuatarium recidere: ideoque foret iniquum
ab eo pecuniæ interesse persolvi: æqualitas enim, sine qua
non potest contractus aliquis esse justus, violaretur. Non
eadem est conditio principalis alicujus sortis, quæ in aliqua Soci-
etate collocata est: proprietas namque illius ei semper ser-
vatur, qui eandem contulit: idcirco debet venire in omnia peri-
cula, quibus eadem obnoxia fit: et quoniam in Societate
reperitur quædam communicatio, et compensatio tum lucri
tum damni, lucrum, quod accipitur a sorte principali, eo
magis æquitati consonat, quod proprietarius illud idem
non

non sibi vindicet, nisi tanquam fructum proprio suae rei.
XXVIII Neque vero quidquam in eo cautum est, cur consocius pecuniae colla=
torem arguat ullius injustitiae; quia hic, quidem consocij tum
laborem, tum industriam, seu etiam expensas sua compen=
sat pecunia: ideoque sicuti iis in periculum incurrat ~~[illegible]~~ suum
laborem, industriam, et expensas perdendi; alter veniat in
dubium de proprio sua pecunia amittenda: et haec qui=
dem ipsi naturali aequitati cohaerent, ac velut talia com=
probantur expresso Textu §. 2. Instit. de Societate, ubi
sic legitur = Ita coiri posse societatem non dubitatur, ut
alter pecuniam conferat, et tamen lucrum inter eos commune
sit: quia saepe opera alicujus pro pecunia valet =
XXIX Quo discrimine mutuum inter, et Societatem sic semel constituto
facile advertitur ratio, ob quam Lucius potuit sine ullo,
nec usura, nec injustitiae periculo pacisci cum Cajo lanione
quod respectu boum conductorum, totum pretium, in
iis emendis solutum, ipsi Lucio restituatur, et lucrum
deductis expensis sic inter eos dividatur, ut tertia
pars pertineat ad Cajum lanionem, reliquum vero ad
eundem Lucium: nam sic reliquum illud lucrum, non
sibi vendicat tanquam interesse bismille ducatorum, quos
Cajo concessisset mutuos, sed percipit tanquam fru=
ctum proprio suae rei.
XXX Et haec est sententia S. Thomae, qui 2. 2. quaest. 78 art. 2.
ad 5. cum dixisset = Ille qui mutuat pecuniam, transfert
dominium in eum, cui mutuat; unde ille, cui pecunia mu=
tuatur, sub suo periculo tenet eam = ibi in corpore sic
se expressit = Unde non debet amplius exigere ille, qui
mutuavit =, loquendo deinde de casu Societatis sic ait =
Ille, qui committit pecuniam suam mercatori, vel artifici per
modum Societatis cujusdam, non transfert dominium pecuniae
suae in illum, sed remanet ejus, ita quod cum periculo ipsius
mercator de ea mercatur, vel artifex operatur: et ideo
sic licite potest partem lucri inde provenientis expetere
tanquam de re sua = et idem habet Glossa in Canonem

Aliique

Denique Can. 14. q. 3. versu Negotiator.

XXXI In uberiorem decisionis nostrae confirmationem facit Cap. Per vestras, de donationibus inter virum, et uxorem, ubi Innocentius III. consultus, cum dos uxoris cujusdam in potestate mariti relinquenda esset, in cujus manibus periclitabatur propter infelicem rerum ipsius conditionem, respondit his verbis = Mandamus, quatenus dotem eidem (videlicet Marito) sub ea, qua potest, cautione praestare, vel saltem alicui mercatori committi, ut de parte honesti lucri dictus vir onera possit matrimonii portare =: hac autem ultima verba rectius explicari, et intelligi non possunt, quam de contractu societatis ineundae cum mercatore, a quo maritus partem lucri esset percepturus.

XXXII Hujus autem Decretalis sensus nullatenus contrariatur allegatae Decretali Navigant. de Usuris, quia in hac Gregorius IX. non de alio intendit loqui, quam de eo, qui pecuniam suam vere dat mutuam mercatori cum obligatione consentiendi alteri contractui, vi cujus sub praetextu, quod periculum in se recipiat, idem mercator ipsi afferret lucrum certum loco incerti, quod sperare posset: quo quidem casu occurrit manifesta usura cujus Sylvius in 2.2. q. 77. ar. 1. q. 4. in fine reddit istam rationem, quia taliter mutuans imponit onus mutuatario quod est pretio aestimabile, cum deinceps ei relinquere libertatem assecurandi ipsum per pignus, vel fidejussorem, quemcunque modo sufficientem =: et revera is, qui pecuniam alicui mercatori commodare non vult, nisi accedente hujusmodi conditione, videtur principaliter intendere lucrari praecise propter mutuum suum.

XXXIII Unde constat, quod in ipsa Decretali Navigant. nota usurae non inuratur ei, qui in ejusmodi casu suam pecuniam commodans, percipit de eadem aliquod interesse tantummodo propter periculum, in quod venit ipsa pecunia sors principalis, quodque in semetipsum suscipit, dummodo pecuniam suam mutuam dando, relinquat mercatori plenam, ac integram libertatem, quam, quae sibi mutua committitur, pecuniam, accedente

ejusmodi

ejusmodi conditione, vel acceptandi, vel rejiciendi.

XXXIV Ex his, quae hucusque proposuimus, et demonstravimus, infertur, ~~...~~ nostram decisionem quoad utramque partem esse justitia, et veritate suffultam, ideoque vere licitus, ac justus fuit contractus, quo Sixius convenit cum Cajo Canione, quod respectu boum conductionem, totum pretium in ijs emendis solutum de pecunia bismille ducatorum a Sixio concessorum, huic restituatur, et lucrum, detractis expensis a Cajo factis eidemque bonificandis, sic inter ipsos dividatur, ut tertia pars pertineat ad Cajum, habita nempe debita proportione illius industriae, reliquum vero lucrum spectet ad Sixium, cum sors ab ipso collata possit considerari pro bina tertia parte superior industria Caji Canionis.

XXXV Omnis idem contractus undequaque justus, et licitus censeri potest, idest, etiam quoad pactum de educendis bobus sine gabellarum solutione, si absolute supponi possit, quod illa regio, in qua essent solvendae gabellae, sit de illis, respectu quarum communiter docent Theologi, illas solvendi nullam esse obligationem in conscientia; quia de ipsarum injustitia constat, aut saltem rationabiliter dubitatur.

I Nunc nobis transeundum est ad decidendum dubium super altera facti specie propositum, quod duplicem continet difficultatem, videlicet, an usus suppellectilis sit deducendus ex sorte, et an ~~...~~ justa sit adjecta mulcta. Nos, utramque difficultatem resolventes, censemus, usum suppellectilis esse deducendum ex sorte, et injustam esse adjectam mulctam.

II Primam hujus nostrae decisionis partem probamus per Cap. Plures, de Usuris, in quo Alexander III. sic ~~...~~ loquitur: "Generalis Concilij decrevit auctoritas, ut: si quis alicujus possessionem, data pecunia, sub hac specie, vel conditione in pignus ~~...~~, si sortem suam (deductis expensis) de fructibus jam percepit, absolute possessionem restituat debitori: sin autem aliquid minus habet eo recepto, possessio libere ad Dominum revertatur." Idemque Summus Pontifex in Cap.

in Cap. Quoniam cit. tit. de usuris, ipsum declaravit his verbis = Auctoritate praesentium duximus injungendum ut eos, qui de possessionibus, vel arboribus, quas tenere in pignore noscuntur, sortem (: deductis expensis:) receperunt ad eadem pignora restituenda sine usurarum exactione ecclesiastica districtione compellas = sic enim declarando scripserat Pontifex Epo' Cantuariensi.

III Nec dictis duabus Decretalibus adversatur Cap. 1. de Feudis in quo Innocentius III. videtur contrarium disposuisse his verbis = Ita videlicet, ut quamdiu fructus illos perceperit in sortem minime computandos = Nam Textus ille procedit in casu Feudi, exceptioni obnoxio; siquidem est communis, ac certa sententia, quod, quando Dominus à vassallo recipit Feudum in pignus, fructus illius percipere possit quin eos deducat ex sorte mutuo concessa, dummodo tamen vassallus interim sit immunis ab obsequio, et servitio et ideo in mox citato capitulo post ea verba = minime computandos = immediate fuere adjecta haec = idem sit penitus à servitio, in quo tibi, et Ecclesiae tuae pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis =, quae verba in suo commentario interpretans Innoc. IV. ait = Hic vocat Feudatarios rusticos, qui tenent aliquas possessiones sub tali ratione, debent aliqua servitia exhibere, et non excedunt multum fructus valorem servitii = [illegible]

IV Unde Doctores communiter inferunt, quod, si valor fructuum Feudi Domino per vassallum oppignorati in rei veritate multum excedat obsequiorum, operarumque, servitutes, quae debentur, tunc Dominus obligetur ex conscientia ad valoris praedicti superabundantis in solutionis rationem referendum, deducendo de sorte principali, quae sibi debetur, illud, quod praeditas servitutes pretio suo excedit: quod autem Doctores tradunt de casu Feudi oppignorati à vassallo, extendunt ob rationis identitatem ad casum rei emphyteuticae oppignoratae Domino directo per emphyteutam.

V Quod si excipiatur dicendo, allegatas canonicas declarationes

procedere

procedere in casibus pignoratanum possessionum, ideoque nihil probare contra casum, de quo agitur, cum Sempronius stetter in cautionem Ducatorum centum, quos mutuos accepit a Titio, non oppignoraverit possessionem aliquam, fundum aut arbores, sed aliqua suppellectilis capita:

VI Si, inquam sic excipiatur, respondemus, quatenus ad eam rem, de qua hic principaliter agitur, eodem modo se habere suppellectilia, quo fundus agrorum aliquis, cum fructus suppellectilium omnino reponantur in ipso earumdem usu, qui non minus ac fructus alicujus agri, pretio pecuniae potest aestimari. Unde sequitur, quod in nostro casu Titius, qui Sempronii suppellectili oppignorata est usus, et quidem cum deterioratione illius, non minus ulterius censeri debeat quam si in rei veritate certam pecuniae summam recepisset ultra, loco usus suppellectilis oppignoratae.

VII Siquidem ut dicitur in Can. final. Cap. 14 quaest. 3 = Usura est, ubi amplius requiritur, quam datur, v. g. si dederis solidos decem, et amplius quaesieris, vel dederis frumenti modium unum, et super aliquid exegeris =; ideoque in nulla est habenda consideratione illa differentia, quae statuitur ab adverso possessiones inter, et suppellectilem, cujus potest esse fructus per usum. Merito itaque S. Thomas 2.2. quaest. 78. art. 2 ad 6, nulla facta tali differentia, loquitur sic = Si quis pro pecunia sibi mutuata, obliget rem aliquam, cujus usus pretio aestimari potest, debet usum illius rei ille, qui mutuavit computare in restitutionem ejus, quod mutuavit; alioquin, si usum illius rei quasi gratis superaddi velit, idem est, ac si pecuniam acciperet pro mutuo, quod est usurarium: nisi forte esset talis res, cujus usus sine pretio soleat concedi, sicut patet de libro accommodato =

VIII Igitur, cum supponendum videatur, quod suppellectilis capita, quae a Sempronio fuerunt pignori pro concesso Titio mutuo, fuisse de genere illorum, quorum usus, praesertim cum deterioratione, non soleat concedi sine pretio, est omnino concludendum pro veritate nostrae decisionis quoad primam

ejus

ejus partem; videlicet, ~~eum~~ suppellectilis a Sempronio oppignoratae usum, quem cum aliqua ejus deterioratione fecit Titius, ex sorte mutuatoria Ducatorum centum esse omnino deducendum, quamvis ejusmodi usus, consentiente Sempronio, fuerit perceptus: quia talis consensus non censetur processisse a liberalitate, sed a coactione, in qua reperiebatur Sempronius petendi a Titio mutuos dictos centum Ducatos.

IX. Alteram nostrae decisionis partem satis veritate fulcitam esse probamus ex eo, quod adjecta mulcta Ducatorum sex annuatim persolvendorum a Sempronio, si constituto tempore non reddiderit Titio Ducatos centum mutuo acceptos, contineat usuram palliatam, seu coopertam velo justae poenae conventionalis. Nos quidem non negamus, sed ultro fatemur, licitum ac justum esse posse contractum in mutuatarius, si ex sua culpa tempore statuto non restituerit mutuum, teneatur certum aliquid in poenam solvere ultra sortem; quia imprimis talis poena juste imponitur, ac exigitur, ut mutuatarius sit quasi constrictus statuto tempore reddere sortem, et ne hanc culpa sua impune fallat: deinde quia talis poena, quae ultra sortem exigitur, non solvitur vi mutui, sed ob moram, seu culpam non solvendi mutuum; siquidem debitor, qui est in mora culpabili, peccat contra justitiam, retinendo alienum invito domino, unde juste imponi potest poena conventionalis.

X. Verum justum habemus fundamentum judicandi, quod, attentis nostri casus circumstantiis, mulcta sex ducatorum annuatim persolvendorum fuerit apposita in fraudem usurarum sub hoc pallio illius tegendas: id enim suadet praesumptio injustus, et avaratitius usus, quem Titius de suppellectili oppignorata fecit cum illius deterioratione: ac certo demonstrat constitutio mulctae annuatim pendendae, non vero semel tantum, quae circumstantia evidenter persuasionis convincit Titium de animo, ac desiderio, ut potius transeat dies constitutus pro restitutione mutui quam ut pecunia mutuata eo die restituatur; quia, ob non factam restitutionem, mulctam idest in rei veritate ~~[illegible]~~ usuram propriae talem, sed palliatam erat percepturus; quam ipsam vere esse illicitam cum communi tradit Lessius lib. 2. cap. 20. dub. 15.: igitur constat, quod omnino injusta mulcta ducatorum sex, quos annuatim solvere deberet Sempronius, si constituto tempore non restituit Titio centum Ducatos mutuo acceptos.

Pro Congregatione diei 22. Mensis Augusti 1752.

Casus I.

Titio, qui de viginti peccatis mortalibus valde gravibus in Confessione Sacramentali se accusavit, fuit per Confessarium imposita pœnitentia ter recitandi Litanias Lauretanas, quas prima vice persolvit, dum odio mortali aestuabat contra proximum, secunda vice dum in eo adhuc reperiebatur affectus ad peccatum grave, et tertia vice, postquam rite, sine tamen contritione perfecta, se disposuerat ad confitenda peccata per ipsum commissa post novissimam Confessionem. Unde oritur

Dubium: an imposita pœnitentiae debite fuerit satisfactum?

Casus II.

Cajo, ob gravissima peccata fuit à Confessario indicta pœnitentia recitandi quinque Pater, et Ave qualibet feria sexta per annos tres proxime futuros; cum autem ratus esset, eam esse nimis levem, et Confessarius, à quo desiderabat obtinere commutationem, abiisset in regionem ignotam, de suo arbitrio iisdem trium annorum ferijs, loco praescriptae recitationis, levenem observavit jejunium, ac septem Psalmos pœnitentiales persolvit. Unde oritur

Dubium: an indicta sibi à Confessario pœnitentia coram Deo se liberaverit?

I Nos omnes scimus, fatemurque tanquam certum, tertiam Sacrament. Pœnitentiae partem esse Satisfactionem, idest, opus illud bonum pœnale, quod in eodem Sacra=

mento

mento pœnitenti a Confessario imponitur in compensa-
tionem pœnæ temporalis pro peccatis confessis debitæ
cum enim duo sint, quæ peccatum consequuntur, ma-
cula scilicet, et pœna, ac etsi semper, remissâ macu-
lâ, simul etiam mortis æternæ supplicium condonetur: tamen
non semper contingit, ut Deus pœnam temporalem
quæ pro peccatis est debita, remittat.

II. Hujus rei perspicua sunt exempla in Sacris Literis, sed præ-
teris illustre est illud Davidis, cui dixerat quidem Nathan
Propheta = Dominus quoque transtulit peccatum tuum
non morieris = ; gravissimas tamen pœnas subiit; Dei mi-
sericordiam dies noctesque implorans, ut non solum crimen
sed etiam pœna peccato debita ei condonaretur, mulcta-
tus fuit nihilominus tum filii ex adulterio suscepti mor-
te, Absalonis defectione, aliisque domesticis ac publicis
calamitatibus. Pepercerat etiam Deus Populo Hebræo
culpam idololatriæ, Moyses tamen, cujus precibus fuerat
exoratus, testatus est fore, ut peccatum illud Dominus severissime
in tertiam et quartam usque generationem ulcisceretur

III. Hinc est, quod non humana potestate usurpatum, sed divina
authoritate institutum sit, ut satisfactio in Sacramento
Pœnitentiæ a Sacerdotibus imponatur: ea enim potestas
quam Christus apud Matthæum cap. 18. ligandi, ac solvendi
tradidit Apostolis, eorumque Successoribus, non solum
ad remissionem et retentionem peccatorum pertinet, sed
etiam ad satisfactionum impositionem, uti S. Leo in
epist. 91. scribens ad Theodorum Forojuliensem Episcopum
testatur his verbis = Mediator Dei et hominum homo
" Christus Jesus hanc Præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem,
" ut et confitentibus actionem pœnitentiæ darent, et
" eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem
" Sacramentorum per januam reconciliationis admitterent.

IV. Recte circa hanc Sacramentalem satisfactionem versantur
ea facti species, super quibus proposita
fuere dubia in hodierna Congregatione deci-
denda

denda, quorum primum quod attinet, priusquam super eo animi nostri sententiam exponamus, ~~[struck]~~ ab re ducimus esse advertendum, quod Sacrosancta Tridentina Synodus sess. 14 cap. 8. disposuit his verbis =

" Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum Spiritus, et prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, et poenitentium facultate, salutares, et convenientes satisfactiones injungere: ne, si forte peccatis conniveant, et indulgentius cum poenitentibus agant, levissima quaedam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem prae oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novae vitae custodiam, et infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam, et castigationem ==

V. Horum autem hae sunt rationes, quod non solum ad Divinam pertineat justitiam, ut aliter a Deo in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint, et aliter, qui semel a peccato, et daemonis servitute liberati, et accepto Spiritus Sancti dono, scienter templum Dei violare, eundemque Spiritum Sanctum contristare non formidaverint; sed Divinam quoque deceat Clementiam, ne ita nobis absque congrua satisfactione peccata dimittantur, ut, occasione accepta, peccata leviora putantes, velut injurii, et contumeliosi Divinae bonitati in graviores culpas labamur.

VI. Procul dubio enim magnopere a peccato revocant, et quasi freno quodam coercent hae satisfactoriae poenae, cautioresque, et vigilantiores in futurum poenitentes efficiunt: medentur quoque peccatorum reliquiis, et vitiosos habitus, male vivendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt. Ideoque in Eccle-

sia

-sia Dei ulla via fuit unquam existimata secu-
rior, ad amovendam imminentem, à Divina justitia
poenam; quam ut homines poenitentiae opera cum
vero animi dolore peragant; dum enim satisfacien-
do patimur pro peccatis, Christo Jesu, qui pro
peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra suffi-
cientia est, conformes efficimur, certissimam inde
arrham habentes, quod si compatimur, et conglo-
rificabimur.

VII Ex allegata Concilii Tridentini declaratione, pluriumque aliorum
Conciliorum praescriptionibus, sanctorumque Patrum
communi doctrina, ~~[illegible]~~ et sana fulcita
merito infertur, Confessarium, de quo loquitur noster
casus, peccasse, non aliam poenitentiam, quam per
recitandi Litanias Lauretanas, imponens Titio, qui de
viginti peccatis mortalibus valde gravibus, in confes-
sione Sacramentali se accusavit, nisi talis circum-
stantia concurrerit, ob quam S. Th. in 4. Sententia-
rum, dis. 20. q. 1. art. 2. quaestiuncula 2. ad 3. do-
cet = Sacerdos minorem condigno poenitentiam injun-
" gens, non semper peccat = et paulo post = quia quan-
" doque etiam ex industria minorem poenitentiam imponens
" plus prodest poenitenti, quam noceat, qui forte ma-
" gnitudine poenae posset à poenitentia peragenda impe-
" diri propter debilitatem virtutis adhuc in eo de novo
" recuperatae: et ideo negligit minus damnum, ut majus
" evitet: et iterum paulatim confortatus in eo divinus
" amor ad plura poenitentiae opera peragenda ipsum
" incitabit propria sponte =

VIII Caeterum est semper pro Regula tenendum, Confessarios ten-
imponere poenitentibus satisfactiones gravitati crimi-
num, et poenitentium facultati seu viribus respon-
dentes: alioquin alienorum peccatorum participes efficien-
tur, ut monet Concilium Tridentinum. Ego vero, qui
peccatis gravibus leves poenitentias imponunt, pulvillos
consuunt sub omni cubito manus, et faciunt cervical-
sub

sub capite universo statis ad capiendas animas,
ut legitur apud Ezechielem cap. 13, quem textum
citat S. Carolus Borromaeus loquens ad Confessarios
in suis Instructionibus poenitentiae.

IX. Deinde sic ibi concludit = Faciat, ut imposita poenitentia pecca-
" tis respondeat. Ita pro peccatis luxuriae imponantur jejunia,
" vigiliae, peregrinationes, cilicii usus, aliaque hujusmodi corpori
" macerando propria. Pro avaritiae peccato, praeter debitas
" restitutiones, eleemosynae pro cujusque facultatibus im-
" ponantur. Sanandae superbiae, aliisque peccatis spiritu-
" alibus oratio adhibeatur, quae coram Deo vires, et vigor
" acquiruntur, quibus his peccatis obsistatur. Pro negligen-
" tia rerum Christianarum, quas ignorans, conciones audiant,
" et per aliquod tempus Doctrinae Christianae scholas frequen-
" tent. Indevotis, et tepidis juvabit imponere, ut Ecclesias,
" Divinaque Officia crebrius/saepius adeant =

X. Unde constat satisfactionum sacramentalium impositionem non
ita esse in arbitrio Confessariorum, ut in iis praetermittendis
delictorum numerum, gravitatemque nec non perso-
narum conditionem, statumque spectare non teneantur:
immo quilibet Confessarius Canones poenitentiales nosse
debet, et juxta eos poenitentiam imponere, servatis
prudentiae regulis, habitaque ratione conditionis, et diver-
sitatis personarum, aliarumque circumstantiarum, et
maxime contritionis poenitentium: in eorumdem autem
poenitentialium Canonum moderatione, justitiam, pruden-
tiam, pietatem, charitatem singularem sic adhibere
debet Confessarius, ut nimiam severitatem aeque ac nimi-
am lenitatem devitet.

XI. Sic a Confessario satisfactoria opera in sacramentali Confessione
sibi imposita tenetur poenitens suscipere, ac implere,
aliter peccati lethalis reus foret, qui poenitentiam pro le-
thalibus peccatis sibi praescriptam peragere negligeret,
ut communiter docent Theologi cum S. Antonino, qui
tit. 14. cap. 18. § 19 haec habet = Poenitentiam, seu
" satisfactionem, quae sibi imponitur a Confessore, facere
" debet: nam si ex negligentia omittit, cum proposito

non

" non faciendo id, quod sibi est injunctum pro mortalibus,
" mortaliter peccat =: Et ratio est, quia pœnitens
recipiendo Sacramentum Pœnitentiæ, tenetur ad
ponendum quidquid ex parte sua est necessarium
tam ad substantiam, quam ad integritatem ipsius
Sacramenti; cum autem Satisfactio sit pars inte-
gralis, utique ad eam præstandam habet obligatio-
nem, cui contraveniendo peccat.

XII Et quidem tenetur pœnitens per seipsum implere pœ-
nitentiam Sacramentalem, et non potest eam implere
per alium, quem sibi propria authoritate vellet substi-
tuere: quia juxta Concilium Tridentinum soli actus
pœnitentis sunt materia Sacramenti pœnitentiæ, ipsi-
tur debet satisfactio fieri per ipsummet pœnitentem;
idque clare constat etiam ex Cap. Omnis utriusque
sexus, de Pœnitentiis, et remiss. in quo cuilibet confi-
tenti expresse præcipitur, quod injunctam sibi pœnitentiam
propriis viribus studeat adimplere: ideoque Alexan-
der VII. sequentem ordine 15. propositionem dam-
navit = Pœnitens propria authoritate substituere
sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.

XIII Præterea in hoc etiam conveniunt fere omnes Theologi,
quod Pœnitens, cui leviores pœnæ pro gravibus pecca-
tis sunt impositæ à Confessario, alia satisfactionis opera
exercere ac implere debeat, quam sententiam S.
Thomas Quodlibeto 3. quæst. 13. art. 1. docuit his
verbis = Peccator est debitor alicujus satisfactionis du-
" pliciter: uno modo ex injunctione Sacerdotis; alio modo
" ex peccato commisso: unde si contingat, quod Sa-
" cerdos minorem satisfactionem imponat pœnitenti,
" quam sit illa, ad quam obligatur ex quantitate pec-
" cati, subtracto eo, quod remittitur virtute Clavium
" et Contritionis præcedentis, nihilominus pœnitens ad
" aliquid ulterius obligatur, quod si in hac vita non
" perficiet, in Purgatorio exsolvet =

XIV Infertur proinde, quod cum in nostro casu Confessarius
Titius

Titio suo pœnitenti, qui de viginti peccatis mortalibus valde gravibus se accusavit, levissimam imposuerit satisfactionem, eum obligando, ut diceret ad ter recitandas litanias Lauretanas, ipse Titius praeter hujusmodi pœnitentiam tenetur alia satisfactoria opera peragere, alioquin divinum illud praeceptum non impleret ore sanctissimi Tridentini promulgatum = Facite fructus dignos pœnitentiae.

XV. Qui autem pœnitentiis, quarum debitum superest, nequit pœnitens tuta conscientia in Purgatorio luendas reservare: quia enim ipsa natura praecipit, ut propositis duobus malis minus eligatur: sic, si quis sanari possit a morbo aut apertione venae, aut abscissione brachii, tenetur eligere apertionem venae, et graviter peccaret, si brachium abscindi permitteret. Cum igitur pœnitens duobus modis justitiae divinae pro peccatis satisfacere possit, aut in hac vita seipsum puniendo, et mortificando: vel in Purgatorio manum Dei vindicis patiendo, Purgatorii pœnam eligere non licet, ac pœnitentiae in hoc mundo peragendae labores longe leviores declinare.

XVI. Sed ut jam propius accedamus ad ea, ex quibus dubium a nobis propositum venit resolvendum, observare oportet, aliquem triplici ratione diversa subjici peccato, seu esse in peccato; vel enim reperitur in actu peccati: vel in affectu peccati, vel in reatu peccati. Est autem ille in actu peccati, qui ipsum actum peccati admittit; qualis est v.g. qui actualiter fornicatur. Est in affectu peccati, qui studio peccati ardet, quamquam in ipsomet instanti peccatum non committat; qualis est, qui libidini deditus, primam occasionem allicientem arripit, ut sese in crimen immergat, in quod ipsius voluntas semper propensior est, quam continere, nulla ne minima quidem ratione ... quitur.

XVII. Tandem in reatu peccati dicitur esse ille, qui cogitans, et animo sincero proponens ad meliorem frugem se recipere, peccatorum nondum sibi condonationem a Deo obtinuit, neque conte=

consequenter pœnam æternam remisit; propterea quod dolore nonnihil imperfecto moveri incipiens, nec sufficienti amore in Deum feratur, quo possit justitiæ statum adipisci; et talis erat Publicanus pro tempore, quo Templum ingressus est. Peccatum namque, per [illegible], et quo antea ardere consueverat, penitus exuerat [illegible]. Itidem siquidem divinam misericordiam implorationes illius acceperat, recte tamen ipsius peccati adhuc tenebatur, quia non prius cæpit justificari, nisi ex fervidiori deprecatione, quam fudit in Templo, et ex concepto acerbiori, et omnino vehementi de peccatis suis dolore.

XVIII. His præmissis notitiis, ut propositum dubium decidamus, sentimus impositæ pœnitentiæ debito non fuisse satisfactum: in hac enim sumus sententia, quod Titius per primam, et secundam recitationem Litaniarum, nec Deo pro pœna, nec Ecclesiæ pro præcepto satisfecerit, ideoque teneatur denuo bis recitare Litanias Lauretanas: respectu vero tertiæ recitationis, judicamus, quod Titius per eam satisfecerit respective præcepto Ecclesiæ, atque iterare non debeat ipsam tertiam recitationem; ad pœna autem Deo debita nonnihil tunc fuerit (debita pro proportionaliter) soluta, dum Titius redivit ad statum gratiæ cum ipso Deo.

XIX. Sententiam nostram quoad primam ejus partem planis Scripturæ locis comprobamus. Proverbiorum cap. 28. dicitur = Qui declinat aures suas, ne audiat Legem, oratio ejus erit execrabilis = In Ecclesiastico cap. 34. legitur = Qui baptizatur a mortuo, et
" iterum tangit eum, quid proficit lavatio illius? Sic
" homo, qui jejunat in peccatis suis, et iterum eadem
" faciens, quid proficit humiliando se? Orationem
" enim illius quis exaudiet? = Huc spectat illud Isajæ

Isaja cap. 58. = Quare jejunavimus, et non aspexisti:
" humiliavimus animas nostras, et nescisti? Ecce in die
" jejunii vestri invenitur voluntas vestra, et omnes debitores
" vestros repetitis. Ecce ad lites, et contentiones jejunatis,
" et percutitis pugno impie =

XX. Ex his autem, ac aliis similibus scripturae locis constat,
hominem actualiter peccantem, aut perseverantem
in affectu peccati lethalis, non posse dignos poenitentiae
fructus facere, sed ejus opera satisfactoria esse
omnino inania, et invalida: cum autem noster Titius
Litanias Lauretanas prima vice persolvit, dum odio
mortali aestuabat contra proximum, et secunda vice
dum in eo adhuc reperiebatur affectus ad peccatum
grave, hujusmodi recitationes nec valuerunt coram
Deo ad satisfaciendum pro poena peccatorum, nec
ad satisfaciendum praecepto Ecclesiae imponentis
poenitentiam pro peccatis.

XXI Siquidem dum Confessarius Ecclesiae nomine peccatori poe-
nitentiam praecipit, intendit praecipere, ac praecipit
opus salutare, et meritorium, opus pium, et satisfacto-
rium; tale autem opus non est poenitentia quae persolvitur
ab eo, qui reperitur in actu peccati, vel in affectu pecca-
ti lethalis, sed est poenitentia inanis. nam, ut
ait S. Augustinus relatus in Can. 12. dist. 3. de Poeni-
tentia = inanis est poenitentia, quam sequens culpa
coinquinat =, quod confirmat in nonnullis Enchiridii
locis, ubi docet, infanda illa crimina, qualia qui agunt,
Regnum Dei non possidebunt, eleemosynis non redimi
nisi vita mutetur = In melius quippe est vita mutanda (
inquit S. Doctor) et per eleemosynas de peccatis praete-
" ritis est propitiandus Deus, non ad hoc emendus quodam mo-
" do, ut ea semper liceat impune committere. Nemini
" enim dedit laxamentum peccandi: quamvis miserando
" deleat jam facta peccata, si non satisfactio congrua
" negligatur =

XXII. Confirmatur authoritate S. Thomae, qui in 4. Sententiarum,

Sive

sive supplement. quaest. 14 art. 1. inquit = Cum per
" satisfactionem tolli debeat offensa praecedens, oportet
" quod talis sit modus satisfactionis, qui competat ad
" tollendam offensam: offensa autem ablatio est ami-
" citiae restitutio. Et ideo si aliquid sit, quod amicitiae
" restitutionem impediat, etiam apud homines satisfactio
" esse non poterit. Cum ergo quodlibet peccatum ami-
" citiam charitatis impediat, quae est hominis ad Deum,
" impossibile est, ut homo de uno peccato satisfaciat,
" alio retento; sicut nec homini satisfaceret, qui
" pro alapa ei data se ei prosterneret, et aliam similem
" daret =.

XXIII " Itaque naturalis ratio dictat, nullam posse esse veram satisfactionem, nullum ejus vera poenitentiae nisi procedat ex animo sincero placandi divinam justitiam, cui offensa ex commissis peccatis irrogata est: dici autem non potest, in eo, qui etiamnum afficitur voluntate rursum peccandi, aut qui toto affectu intendit in peccata, quae admisit, residere sincerum animum justitiae divinae satisfaciendi siquidem animo prorsus opposito totus agitur; unde sequitur, nullum peccatorem posse satisfacere Deo nec adimplere poenitentiam sibi a Confessario prae scriptam, quamdiu peccato mortali est irretitus sive quoad actum, sive quoad affectum. Vera igitur est nostra sententia quoad primam ejus partem: videlicet, nostrum Titium per primam, et secundam recitationem Litaniarum, nec Deo pro poena, nec Ecclesiae pro praecepto satisfecisse, ideo que teneri denuo bis recitare Litanias praefatas; quia prima vice erat peccato lethali irretitus quoad actum, et secunda vice quoad affectum. Ita que utraque vice ipsas Litanias recitando nullam veram satisfactionem, nullumque opus poenitentiae peregit, quod Deo esset acceptabile pro poena luenda, aut esset sufficiens pro adimplendo praecepto Ecclesiae, cujus nomine Confessarius eidem Titio praedictam imposuit satisfactionem.

XXIV. Quod

XXIV Quoad alteram etiam partem veritate innixam credimus esse illam nostram sententiam; quia etsi opera satisfactoria facta in statu actualis, vel habitualis ~~[illegible]~~ peccat. lethalis nullius sint momenti ad placandum Deum, et ad remissionem poenae peccato debitae promerendam, cum Deo grata, et accepta non sint, nec esse possint; dum tamen homo affectum peccati penitus deposuit, ab amore creaturae, cujus in fruitione sibi finem ultimum constituerat, voluntatem suam expedivit, et ad Deum amore poenitente, et pravis cupiditatibus dominante conversus est, opera ejus Deo grata sunt, et probata, quamvis homo ipse poenitens nondum sit plene gratus, utpote cum illo non reconciliatus mediante perfecta contritione aut Sacramento poenitentiae, sed peccati macula adhuc inquinatus, et damnationis aeternae reatu obstrictus.

XXV. Tandem satisfactionem illam, ut Deus acceptam, ratamque habeat, illiusque intuitu poenam temporalem peccato debitam minuat, et condonet, statim atque peccator justificatus fuerit, divinam bonitatem maxime decet; ~~[illegible]~~ et ideo S. Thomas in cit. quaest. 14 art. 3 in responsione ad 1. ait = Satisfactionis, et bonae conversationis fructus homini computari a tempore, quo peccare cessavit (: idest affectum peccati deposuit :) et paulo post = et quanto aliquis plura bona facit in peccato existens (: idest in statu non in affectu peccati :) magis se ad gratiam contritionis (: utique perfectae :) disponit =.

XXVI Quapropter ea ipsius S. Thomae assertio, quae legitur in art. 2 ejusdem quaestionis 14 expressa his verbis =
" oportet, quod opera satisfactoria sint Deo accepta: quod
" dat eis charitas; et ideo sine charitate opera facta
" non sunt satisfactoria =; non est intelligenda de sola illa charitate, quae diffusa in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, propria est justorum, in iisque habitu permanet; sed est etiam intelligenda

de illo

I de illo affectu, quo quis gratia Spiritus Sancti mo:
ventis adjutus, ad Deum animo pœnitente converti:
tur, ejusque amicitiam pia sollicitudine quærit; ali:
quin dum Apostolus dixerat = Si distribuero in cibos
pauperum omnes facultates meas = non recte subju:
nxisset = charitatem autem non habuero, nihil mi:
hi prodest = ; cum totius S. Matris Ecclesiæ sensus
sit, pœnitentium orationes, gemitus, jejunia, elee:
mosynas multum eis prodesse, etiamsi nondum sint ju:
stificati, et charitate perfecta cum Deo conjuncti:
et ideo satisfactio sacramentalis secundum veterem
Ecclesiæ disciplinam Absolutioni præmittebatur: hunc
autem usum Ecclesia profecto non instituisset, nec
habuisset, si satisfactiones inutiles fuissent pœniten: II
tibus nondum cum Deo charitate perfecta conjunc:

XXVII Igitur præfatis ita se se habentibus, constat, quod Titius
noster per recitationem Litaniarum, quam tertia
vice persolvit, videlicet postquam rite, sine tamen
contritione perfecta, se disposuerat ad confitenda
peccata per ipsum commissa post novissimam Confes:
sionem, satisfecerit respective præcepto Ecclesiæ
sicque iterare non debeat ipsam tertiam recitatio:
nem, utpote quæ fuit opus vere pium, ac satisfa:
ctorium, et aptum natum ad reviviscendum, statim
atque ipse Titius fuerit cum Deo charitate perfecta III
et amicitia conjunctus; neque enim Confessarius Titio
pœnitentiam imponens intenderit, ut eam in statu
grato perageret, siquidem modus præcepti non
cadit sub præcepto, ut loquuntur Scholæ; sed inten
derit, ut eam perageret in statu, qui non esset dire:
cte oppositus naturæ, ac qualitati operis pii, et
satisfactorii: ac demum etiam constat, quod pœna
Deo debita nonnisi tunc fuerit proportionaliter ha: IV.
bita pro soluta, dum Titius redivit ad statum gra:
tiæ cum Deo; quia tunc solum sublatus fuit obex
propter quem prius solutio non fuerat a Deo accep
ta.

I. Sic ha

I Sic decisio dubio unius, manet decidendum illud alterius casus, quod Poenitentiae Sacramentalis commutationem concernit. Si Cajus, cui valde levis visa fuit poenitentia recitandi quinque Pater, et Ave qualibet feria sexta per annos tres proxime futuros, sibi a Confessario indicta ob gravissima peccata, eundem Confessarium adire potuisset, atque ab ipso obtinuisset desideratam commutationem, quin haec fuisset legitima et valida, nemo est, qui possit ambigere; nam si Confessarius poenitenti ob rationabilem causam petenti potest, ac debet poenitentiam gravem in mitiorem commutare; multo magis poterit, sic desiderante poenitente, levem poenitentiam in graviorem convertere.

II Immo etiam poenitentia ab uno Confessario imposita, potest ab alio ex rationabili causa commutari in aliam poenitentiam, non solum aequalem, aut meliorem, sed et in mitiorem; ut communiter docent Theologi post S. Raymundum de Pennafort, qui in Summam lib. 3. tit. 34. §. 66. haec habet = Ad illud, quod quaerebatur, „scilicet, utrum sacerdotes possint facere commutationes „jejuniorum vel alterius satisfactionis ad petitiones ip„sorum poenitentium? credo breviter, quod sic, dum „tamen discrete, et propter causam, et circa subditos „suos; alias non =

III Atque sententia procedit etiam respectu Confessarii inferioris eo, qui poenitentiam commutandam irrogavit, ut cum aliis docet Navarrus lib. 5. Consiliorum 25. num. 2., hac tamen adjecta exceptione, videlicet, quod aliud sit dicendum de poenitentia imposita a Superiore pro absolutione a casu reservato; et aliud de onere imposito a Superiore per viam commutationis, vel dispensationis voti.

IV. Caeterum poenitentia ab uno Confessario imposita nonnisi causa cognita, et graves ob causas potest ab altero commutari; constat enim (: ut ait Concilium Trid. Sess. 14 cap. 5. de

Reform

Reform.] Sacerdotes judicium hoc incognita causa exer-
" cere non posse, neque æquitatem quidem illos
" in pœnis injungendis servare posse, si in genere dun-
" taxat, et non potius in specie, ac sigillatim sua illi
" peccata declarassent =: necesse est igitur, ut ratione
aliqua saltem generali constet alteri Confessario de
motivo commutandi jam impositam pœnitentiam
V Debet itaque Confessarius, à quo petitur pœnitentiæ commu-
tatio, inquirere, ac perpendere causam, propter
quam pœnitens cupiat pœnitentiam sibi inflictam
in novam aliam commutari. Si enim pœnitens com-
mutationem sibi fieri eo fine petens, ut remissior
minusque stricta pœna sibi imponatur, nullam
rationem prætendat, aliundeque satisfactio ab altero VIII
Confessario irrogata, neque vires ipsius pœnitentis excedat,
neque ejusmodi sit, quæ non valeat adimpleri, simul
que sit peccatis proportionata; nedum debet, sed po-
test satisfactionem istam commutare; quinimo, cum
justa sit conveniens, atque ipsius pœnitentis peccatis
accommodata debet ipsum commonere, et adhortari
ut pro officio suo non detrectet eam adimplere.
VI At vero si ipsi Confessario perspectum fuerit, pœnitentis
petito legitimam aliquam subesse causam: ex. gra.
si servanda jejunia, eidem pœnitenti injuncta, si eum
aliquo incommodo corripuerint, ut ipsius ingravescente
in dies valetudine non posset absque evidenti periculo
ullum agere jejunium; quin etiam, si pro certo habeat
futurum, ut ipsi valeat nova quædam alia pœnitentia
plus utilitatis conferre, quam quæ primum injuncta fuerit
potest in hujusmodi casibus aliam ipsi pœnitenti
absque ullo negotio satisfactionem indicere; dummo-
do caveat, ipsam, pro mensura ac ratione peccato- IX
rum, propter quæ pœnitentia præcedens indicenda
fuerat, convenire.
VII Verum autem ad hoc, ut posterior Confessarius possit commu-
tare pœnitentiam prius ab alio impositam, necesse est
quod ipsi rursus explicentur à pœnitente peccata illa

pro quibus prior pœnitentia fuit imposita, Doctores inter se non conveniunt. Probabilior quidem ac securior esse videtur sententia Suarezij, et plurium aliorum Theologorum, asserentium, id fieri debere: nequit tamen negari, probabilem etiam esse oppositam sententiam, quæ est Navarri cap. 26. Manualis n. 22. Laymani, Soleti, et aliorum. In praxi optimum erit consilium, interrogare pœnitentem vel de peccatis gravioribus, propter quæ altera pœnitentia prius ipsi fuit imposita, vel saltem, an prius habuerit similia peccata iis, de quibus nunc se accusavit: sic enim saltem aliqualiter cognoscetur status pœnitentis, ac proinde poterit alia convenientior pœnitentia eidem imponi.

VIII Ex his constat, potiorem difficultatem esse, dum agitur de commutanda pœnitentia gravi; ne enim fiat commutatio in pœnitentiam ita levem, ut non sit proportionata peccatis, præmissa opus est circumspectione: ideoque facilis videtur esse solutio dubij à nobis propositi, quo quæritur, an Cajus indicta sibi à Confessario pœnitentiâ recitandi quinque Psalmos et sua qualibet feria sexta per annos tres proxime futuros, coram Deo se liberaverit per longe leviorem pœnitentiam quam peregit, rigorosum jejunium observando, ac septem Psalmos pœnitentiales persolvendo singulis ferijs sextis dictorum trium annorum. Nam si penes eum est, qui emittit votum aliquod, ut ipsum possit quibusdam in casibus in aliud immutare, quod tanquam quid excellentius dignum præmio à Deo acceptetur, etiam apud pœnitentem erit, leviorem pœnitentiam à Confessario impositam posse in aliam leviorem commutare, ut fecit noster Cajus.

IX Nihilotamen minus propositum dubium decidendo, sentimus, Cajum indicta sibi à Confessario pœnitentia coram Deo se non liberasse. Neque enim pœnitens is est, ut inflictam sibi à Confessario pœnitentiam sua privata authoritate valeat

valeat unquam commutare: siquidem omnino tenetur coram Deo ad eam pœnitentiam perficiendam, quæ sibi à Confessario est irrogata, nemo enim, igitur nec pœnitens, in causa sua potest esse judex, arg. Can. 8. cau. 12. quæst. 5. Cap. 3. de appellationibus et Cap. 8. de excessibus Prælatorum: id autem contingeret in nostro casu, si Cajus impositam sibi pœnitentiam in aliam potuisset commutare, et hac peracta se liberare ab illa, quam Confessarius ei imposuerat, quod nequit fieri.

X. Quippe, postquam Cajus seipsius accusator extiterat in aperienda suorum peccatorum confessione, id sibi [illegible]rer, ut à semetipso proprius judex constitutus, latum à Confessario adversus se judicium, propria authoritate perverteret. Verum sicut non liceret nocenti, juxta constitutas à jure formulas, ad pœnam aliquam damnato, eam pronunciatam adversus seipsum sententiam, privata mutare authoritate, remanente tamen ipsi perfugio appellandi: ita nostro Cajo incumbit, ut judicium à suo Confessario latum, subeat, et absque ulla tergiversatione exequatur, hoc est adimpleat pœnitentiam, quæ sibi de peccatis suis satisfaciendi causa fuit inflicta, salvo ei perfugio recurrendi ad alium Confessarium, cum ad priorem non pateat accessus, qui possit ipsius vices supplere in facienda commutatione.

XI. Multoque magis decisio nostra est pro vera habenda, si consideretur, quod satisfactio sacramentalis habeat virtutem specialem ex opere operato remittendi aliquam partem pœnæ temporalis peccatis debitæ, quam non haberet, si illud ipsum opus esset voluntarie assumptum: et ideo S. Thomas Quodlibeto 3. q. 13. art. 1. inquit = Opus quod quis facit ex injunctione Sacerdotis, dupliciter valet pœnitenti: uno modo ex natura operis: alio modo ex vi clavium: cum enim satisfactio à Sacerdote absolvente injuncta sit pars pœnitentiæ, manifestum est, quod in ea operatur vis clavium, ita quod amplius valet ad expiandum peccatum, quam si proprio arbitrio homo faceret idem opus = Inter votum itaque, et pœnitentiam magnum est discrimen, ideoque diversum est ferendum judicium. Illud privata fit authoritate; pœnitentia judicialiter imponitur: illud respicit gloriam Dei, quæ majori bono potest melius obtineri: pœnitentia respicit pœnitentis mortificationem, Confessarii, et non pœnitentis judicio determinanda.

L XII

Pro Congregatione diei 23 Februarij 1758.

Casus I.

Lambertus Parochus aggressus est opus aliquod rectum, quod ei, ad promovendam spiritualem suorum parochianorum salutem, visum fuit valde utile, coepitque praetendere quosdam annuos sui Beneficij proventus, quos nonnulli ejus antecessores exigere neglexerant; sed utraque de causa plures parochiani, partim ex propria infirmitate, partim ex malitia, gravis scandali occasionem sumpserunt; cum jam per annum integrum judicia temeraria committere, injustasque conquestiones, detractiones et imprecationes etiam in publico, effutire perseverent. Unde oritur

Dubium: an Lambertus Parochus ob ejusmodi scandalum esset ab incepto recto opere, et a praetensione dictorum proventuum teneatur abstinere?

Casus II.

Titius est omnino paratus ad gravissimum crimen perpetrandum, ex quo ingens, ac publicum scandalum necessario erumperet cum plurimorum spirituali jactura: Cajus itaque, ad tam enorme malum, et innumera propemodum inde secutura peccata mortalia praevertenda, nullo alio suppetente remedio, utitur ope simplicis mendacij officiosi quo audito ipse Titius cessavit a suo iniquo proposito, impeditumque fuit dictum scandalum. Unde oritur

Dubium: an Cajus id licite fecerit?

I Dubia in hodierna Congregatione decidenda concernunt scandalum: scandalum Theologi definiunt esse offendiculum spirituale, quo quis offendit, et in peccatum ruit; quia vero aut est oblatum aut acceptum, communiter dispescitur in scandalum activum, et passivum.

II Activum est dictum, vel factum minus rectum proximo praebens occasionem ruinae spiritualis quidem in definitione interponenda sunt ista verba = omissio dicti, vel facti recti = : quamquam enim ex natura sua non habeat conditionem peccati, quod aliquid praetermittitur, aut tacetur potest tamen contingere propter quasdam circumstantias in eo peccatum aliquod intercedere si nimirum urgeat obligatio, vel aliquid loquendi vel aliquid faciendi, ne proximo praebeatur locus offensionis.

III Hoc ipsum scandalum activum duplex est; aliud enim est proprium, seu per se tale, dum scilicet quis expressa intentione dat alteri occasionem peccandi hortando, inducendo, vel faciendo aliquid, quod per se est inductivum ad peccatum, ideoque habet peccatum speciale scandali: aliud vero est improprie activum, et contingit, dum quis ejusmodi exercet actionem, quae secundum se apta est alteri occasionem peccati praebere, etsi hoc non intendat:

IV Fundata est haec scandali activi distinctio in doctrina S. Thomae, qui 2.2. q. 43. a. 1. in resp. ad 4. objectionem ait: „Dictum vel factum alterius potest esse alteri causa peccandi per se, quando aliquis suo malo „verbo, vel facto intendit alium ad peccandum

inducere

„ inducere: vel etiam, si ipse hoc non intendat, ipsum
„ factum est tale, quod de sui ratione habet, quod sit
„ inductivum ad peccandum: puta, cum aliquis publicè
„ facit peccatum = et in articulo 3. sic docet – Quando
„ est præter intentionem agentis, ut puta, cum aliquis
„ facto suo, vel verbo inordinato non intendit alteri
„ dare occasionem ruinæ, sed solum suæ satisfacere
„ voluntati [illegible] scandalum intendebatur, tunc scan.

V. Itaque, si dedita [illegible] scandalum [illegible] vementque, sui omnibus prorsus
talem [illegible], [illegible] animo expresso, se directe
absolutum: [illegible] proximus incidat: At verò
agitur et [illegible] ejusmodi, nisi interpretativus,
si animus non [illegible] erit omnis ex parte perfectum
eo in casu scandalum [illegible] quo nempe nihil
sed interpretativum [illegible] modo implicito intenditur, hoc est
proximi [illegible] modo [illegible] directus, atque expressus
quamquam non adsit [illegible] proximus,
quod in peccatum [illegible] potest induci,
impiciat, in illud [illegible] aut dicitur
quoniam, quod sub oculis [illegible]
est ejusmodi, quod possit occasionem ei præbere
aliquo modo peccandi [illegible] scandali committi, [illegible]

VI. Unde constat, peccatum speciale [illegible] occasionem
ties quis dat, seu dare intendit [illegible] intentione aliquid
ruinæ spiritualis, ut nempe ille peccet: et talis, qui
dicendo vel faciendo [illegible] intendens illius damnum
alium inducit ad peccatum [illegible] duplici peccato videlicet peccato
spirituali [illegible] peccat duplici, quod opponitur Charitati, et
speciali scandali, quod [illegible] correctioni fraternæ: simulque eo peccato, quod
ab altero committitur, seu ad quod induxit alterum;
qui enim ex intentione est causa peccati alterius,
hoc ipso vult illud peccatum, et consequenter ejusdem
ipsius est reus, et non solius peccati scandali: utrumque
igitur in Confessione tenetur exponere, dicendo

se ulterius ad peccatum induxisse, et quidem ad
peccatum hujus vel illius speciei, utpote ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ in sua causa volitum a
scandalizante: eademque confessionis obligatio existit,

VII Committitur quoque speciale peccatum scandali quoties
quis omittit, vel committit actionem, quae vere est
vel probabiliter censetur esse occasio spiritualis ruinae
proximi, quamvis in spiritualem hujusmodi ruinam
agentis intentio et voluntas expresse non feratur,
ut constat ex allegatis illis S. Thomae verbis = vel
„ cum si ipse hoc non intendat, ipsum factum est tale,
„ quod de sui ratione habet, quod sit inductivum ad
„ peccandum: puta, cum aliquis publice facit peccatum =
idque confirmatur authoritate S. Antonini, qui P. 2. tit.
cap. 4. affirmat de hoc scandalo intelligenda esse
verba illa Christi apud Matthaeum cap. 18. = Vae illi
„ per quem scandalum venit = vae autem = adjungit idem
„ Sanctus = importat damnationem aeternam et signanter
„ dicit, venit, quasi dicat, etiamsi hoc non intenderet
„ dicere scandalizare, tamen ejus opus tale est, quod inde
„ venit scandalum =

VIII Deoque paulo post sic concludit = Blasphemia, perjuria
„ maledictiones, fraudes, non audire Divina et non frequentare
„ Sacramenta, quae vident filij in Parentibus,
„ nonne sunt nisi magna scandala eis, et similiter
„ subditi operati de mala vita manifesta Rectorum
„ et Praelatorum Ecclesiae, ambitio, avaritia, simonia
„ pompa vestium, exquisita epula, species variae luxuriae
„ nonne sunt magnum scandalum totius Populi
„ Christiani? Unde Dominus Malachiae cap. 2 ait scan-
„ dalizatis plurimos in Lege = scilicet propter exempla
„ malae vitae vestrae =

IX. Haec itaque vera sunt de scandalo activo, tam expresso,
quam interpretativo. Sequendo autem nunc de scan-
dalo passivo, hoc generatim sumptum aliud non est
quam ipsa spiritualis ruina proximi, in quam quis
[illegible]

labitur occasione ab alterius dicto, vel facto accepta.
si quis in ruinam spiritualem labitur occasione accepta
ab alterius dicto, vel facto, quod habet conditionem
scandali activi expressi, aut interpretativi, tunc verifi:
catur scandalum acceptum, datumque simul: si quis
vero praeter intentionem operantis, et praeter naturam,
seu conditionem operis, ex eo peccandi occasionem acci:
pit, ruitque in peccatum spirituale, tunc intercedit
simpliciter scandalum acceptum, seu scandalum mere
passivum, quod vere distinguitur à scandalo
activo. scandalum mere passivum duplex est; alte:

X rum ipsum provenit ex infirmitate, atque judicij
defectu, nulla oblata ex aliis occasione legitima
vocaturque ideo scandalum passivum infirmorum,
seu pusillorum, qui propria duntaxat ignorantia,
vel fragilitate, occasione alterius facti, vel dicti
recti, incidunt in ruinam spiritualem:
alterum ex mera malitia alterius ortum habet. sic
Pharisaei propria malitia et invidia erga Christum
excaecati ex optimis ejus actionibus miraculis,
et doctrinis scandalizabantur; ac etiam ideo hujus:
modi scandalum Pharisaeorum appellatur, quod
utinam frequens non esset.

XI Utrumque dictum scandalum mere passivum, acceptum
videlicet ex alterius dicto, vel facto, quod neque in
se, neque in specie externa illicitum est, interdum
permitti potest, interdum non: quia praeceptum
impediendi spiritualem ruinam proximi, non
permittendo scandalum passivum seu pusillorum
seu Pharisaeorum, est affirmativum praeceptum,
autem affirmativum non semper obligat, sed
concurrentibus certis conditionibus.

XII Circa itemista quidem omnia concordant Theologorum
placita; ex ipsis tamen non videtur satis constare

qualis

qualis esse debeat nostrorum dubiorum resolutio. Ex circumstantiis, quas praefert prior ex duplici proposita facti specie, clare quidem desumitur, scandalum illorum parochianorum, qui ex propria infirmitate ruinae spiritualis occasionem sumpserunt ex opere eo, quod Lambertus eorum Parochus est aggressus ex praetentione parochialium proventuum, ab ipsis antecessoribus neglectorum, esse mere passivum pusillorum; e contra passivum pharisaeorum esse illud, quod alii parochiani ob utramque dictam causam ex propria malitia incurrerunt: ex iisdem tamen circumstantiis non constat, ad quid idem Parochus teneatur, ut utrumque dictum scandalum de medio tollatur.

XIII Verum si charitatis praeceptum perpenderimus, apparet esse concludendum, quod noster Parochus ab incepto recte opere, et a praetentione memoratorum proventuum teneatur abstinere, ut impediantur tot alia judicia temeraria, totque alia injustae conquestiones, ac imprecationes privatae, publicaeque, quae committerentur cum ingenti spirituali ruina suorum parochianorum.

XIV. Ea enim est Christianae charitatis lex, ut nos obliget ad impedienda peccata proximi, non minus ac alia ipsius damna, si facile possumus, cujus rei exemplum nobis Christus dedit, dum, ut legimus apud Matth. cap. 17. voluit solvere tributum, ad vitandum scandalum, quod ex ejusdem detrectatione fuisset obortum. Apostolus autem in sua Epist. I. ad Corinth. cap. 8. testificatus fuit fidelibus Urbis Corinthi, potius futurum, ut in aeternum a comedendis carnibus abstineret, quam ipsas vescendo, suis fratribus esset offensioni, et scandalo: et in Epist. ad Romanos ait, praestare, nec carnem comedere, nec vinum bibere, nec quidquam aliud facere, quo proximus offen-

possit offensionis, ac ruinae spiritualis afferre occasionem.

XV Idipsum videtur posse confirmari per Textum in Cap. 4 de Statu Monachorum, ubi Clemens III. consultus de Canonico Regulari, qui post suam mortem deprehensus fuerat alicujus peculioli manifeste proprietarius, fueratque in [illegible] Templo sepulturae traditus, declarat, indignum prorsus fuisse Religiosum ejusmodi, qui sepultura ecclesiastica decoraretur honoribus, jubetque cadaver ipsius defossum terrâ erui, ac de loco sancto projici, modo nulla suboriatur inde offensio; alioquin si periculum immineat scandali, in loco sacro relinquendum esse: "Respondemus" = sunt verba Pontificis = "Respondemus quod ille Canonicus non tantum fuit Christianâ sepultura privandus, verum etiam, si sine majori scandalo potuit fieri, de ipsa projici dignus erat Ecclesia" =

XVI Praemissis tamen non obstantibus, propositum dubium decidendo Certemans, Lambertum Parochum, in facti specie relatum esse, ab injusto scandalo in casu certo [illegible] pretensione sui Beneficii annidorum proventuum, quos nonnulli ejus antecessores exigere neglexerunt, non teneri abstinere. Ut autem hujus nostrae decisionis veritas elucescat nobiscum velut certum est supponendum communem esse Doctorum sententiam, non peccare illum, qui opus ex se indifferens facit, justa intercedente causa, quamvis ex eo alios videat sumpturos occasionem peccandi; dummodo hoc nullatenus intendat; quia taliter operans non censetur cooperari, neque velle alienum peccatum sed, [illegible] illud duntaxat permittit.

XVII Justa autem causa faciendi aliquod opus indifferens, quamvis alii credantur eo abuti, non solum est grave damnum, quod quis pateretur abstinendo a tali opere, verum etiam quaevis alia causa, quae judicio viri prudentis

justa

justa censetur: non enim semper aequalis causa erit proportionata ad excusandam ministrationem indifferentium cuipiam abusuro factam: sed quandoque major, vel minor requiritur causa, prout ex illa indifferentia remotius, aut propinquius ad illum abusum propinquant, vel etiam gravior, aut minor gravis est obligatio illius virtutis, cui peccatum illud proxime hac occasione committendum opponitur, ut notat Sanchez lib. 1 in Decal. cap. 7 num. 12.

XVIII. Hinc potest inferri, venditores ornamenta, vel fucos, quibus mulieres paratae abutentur, excusari posse a peccato, ipso non vendente alter venderet: quia vendere talia ex se est indifferens, ac remote solum dat ansam peccato, simulque subest proportionata causa vendendi; alioquin enim mercator sequeretur damnum notabile, cum negando talia passim, amitteret emptores.

XIX. Quinimo patet, ob justam causam non tantum necessitatis, sed etiam utilitatis, petere ab altero talia, quae recte et sine peccato fieri possunt, tametsi alter male, et non sine peccato hoc sit praestiturus. Sic licite ab usurario in casu indigentiae petitur mutuum, quamvis ille sciatur usuras exacturus, et sic peccaturus. Similiter, si id necessitas postulet, potest ab Infideli juramentum exigi, licet sciatur, ipsum juraturum per falsos deos. Insuper Parochianus potest a Parocho habituali peccatore exigere, et recipere Sacramenta, quamvis timeat, hunc nonnisi cum peccato ministraturum. Ratio est: quia talia opera possunt licite praestari: nam potest Sacerdos, praemissa, si velit, confessione, vel saltem contritione, absque ullo peccato ministrare Sacramenta; potest infidelis jurare per Deum verum, si hunc, ut debet, agnoscere velit; et mutuans potest, ac debet dare gratis mutuum; unde qui habet justam causam exigendi, non peccat talia exigendo, ac permittendo eorum peccata.

XX. Praeterea interveniente necessitate, aut utilitate potest quis facere etiam, quod mali speciem praebet.

Dum

dummodo caveatur, quantum fieri potest, ut, qui operis conscij sunt, illud ex recta intentione, et ex causa legitima fieri, neque revera malum esse noverint; qui enim sic operatur, nullius est scandali reus, nec tenetur ab eo opere abstinere, quia utitur jure suo: quod autem aliquis ex eo offendatur, non ex ipso provenit opere, sed ex illius malitia, et nec amplius ex sola infirmitate, supposita praedicta admonitione.

XXI. Sic Eliseus Naaman Syro permisit, ut Regi Syriae Domino suo Idolum adoranti obsequium praestaret, corpusque ad illum sustentandum incurvaret, quod male quidem peccare praeferebat. Sed tamen cum Naaman unius veri Dei cultum palam profiteretur, perspectum satis et explanatum erat, illum se flectendum Regem pro ratione, et necessitate officij sui, non ad cultum Idoli genuflectere.

XXII. Sic Judith composuit se, et ornata Holofernem adijt, non eo animo, ut ipsum ad amorem illicitum pelliceret; nam illi etiam Dominus, ut ait sacer textus, contulit splendorem, quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat, et ideo Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili decore omnium oculis appareret. Sed ut ad honestam familiaritatem induceret eundem Holofernem, quem etsi liquido scandalum sumere posse sibi non ignoraret, jure tamen usurpavit, sciens ejus peccatum imputandum sibi non fore.

XXIII. A praefatis autem verissimis principijs, et assertionibus, necessaria infertur veritas nostrae decisionis, videlicet nostrum Sacerdotem non teneri abstinere a recto illo opere, quod aggressus est, nec a praetensione innocentem illorum sui Beneficij proventuum, quos nonnulli ejus antecessores exigere neglexerant, ut scandalum in facti specie descriptum: si enim scandalum quis, justa intercedente causa non tenetur abstinere ab opere indifferenti, quamvis inde alterius scandalum sequatur, id etiam potest petere ab alio

talia

salia, quia recte, et sine peccato fieri possunt, tametsi alter
male, et non sine peccato id praestiterit credat; et tamen
potest etiam facere, quod speciem mali praefert, servan-
dis tamen servandis; profecto multo magis tuta
conscientia noster Parochus poterit prosequi opus rectum
a se inceptum, suamque praetentionem proventuum
ab antecessoribus neglectorum, non obstante, quod plures
ex suis parochianis utraque ea de causa graviter scanda-
li occasionem temere persumerent, [illegible] partim ex
propria infirmitate, et partim ex propria eorum
malitia.

XXIV Quamodo tamen respectu eorum, qui ex propria infirmitate
scandalizantur, ea fuerit adhibita cautela, ut utriusque
operis rectitudo patefacta existeret rationibus sufficientibus
ad illorum intellectum convincendum de veritate,
ad quam si non attenderint, [illegible] amplius ex infir-
mitate, sed ex malitia propria scandalizarentur,
sicque totum scandalum oriretur pharisaicum, quod
est contemnendum; quae doctrina est S. Thomae in
IV. sententiarum, dist. 38. q. 2. art. [illegible],
et 2.2. q. 43. art. 7. ubi sic ait: In spiritualibus
bonis, quae non sunt de necessitate salutis, videtur distin-
guendum; quia scandalum, quod ex eis oritur, quandoque
ex malitia procedit, cum scilicet aliqui volunt impedire
hujusmodi bona scandala concitando; et hoc est scandalum
pharisaeorum, quod esse contemnendum Dominus docet.
Quandoque vero scandalum procedit ex ignorantia vel
infirmitate, et hujusmodi est scandalum pusillorum, prop-
ter quod sunt spiritualia bona vel occultanda, vel etiam
interdum differenda, ubi periculum non imminet, quousque
reddita ratione hujusmodi scandalum cesset. Si autem
post redditam rationem hujusmodi scandalum duret,
jam videtur ex malitia esse; et sic propter ipsum non
sunt hujusmodi spiritualia opera dimittenda.

XXV Constat igitur usque ad evidentiam, [illegible]
nostrum Parochum non teneri abstinere ab incepto
recto opere, quod ea ad promovendam spiritualem suorum
parochianorum salutem, visum fuit valde utile, sed
tutissima conscientia posse illud prosequi, quamvis
plures

plures ex parochianis, partim ex propria infirmitate, et partim ex malitia, perseverent scandalizari; qui enim ex propria malitia scandalizantur, sunt de illis, qui turbantur, et alios turbant propter opera lucis, quasi filii tenebrarum, ob quorum scandalum nullum opus bonum est dimittendum; quia sic daretur locus iniquis impediendi quaecunque opera recta, et bona, quae vellent; ideoque Christus de Pharisaeis, qui propria eorum malitia scandalizabantur ex factis, et dictis ejus, ait = Sinite illos, caeci sunt, et duces caecorum =

XXVI Si vero ex infirmitate propria scandalizentur, jam diximus, adhibendam esse cautelam, ut eis operis rectitudo sufficientibus rationibus demonstretur, quo facto, si perseveraverint scandalizari, non amplius ex infirmitate, sed ex malitia scandalizarentur; sicque eorum scandalum, tanquam pharisaicum, esset, ut dictum est contemnendum; et magis, magisque satagere noster Parochus suum inceptum opus promovere, velut pastorali suo muneri conveniens, et redundans in spiritualem utilitatem tot aliorum [illegible], plurimorumque hominum.

XXVII Quid ad evidentiam pariter constat, eundem nostrum Parochum nec teneri abstinere ab instituta praestatione dictorum proventuum parochialium; etsi praefatum dictum scandalum perseveret, quin potius, eo non obstante, potest, ac debet praestationem suam per debita juris media prosequi, [illegible] incumbebat ex debito ipsi Beneficio; et in hoc tantum intelligi debet S. Thomas [illegible] 2. 2. q. 43 art. 8. in O ait = Circa temporalia
" bona distinguendum est; quaedam enim sunt nostra, quae
" sunt nobis ad conservandum pro aliis commissa: sicut
" bona Ecclesiae committuntur Praelatis, et bona communia
" quibuscunque Reipublicae Rectoribus; et talium con-
" servatio, sicut et depositorum, imminet his, quibus
" sunt commissa ex necessitate.

XXVIII Sicut igitur S. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, Ecclesiasticae libertatis vindex, et Martyr, Ecclesiae bona, juraque repetiit posthabito Henrici Angliae Regis, Procerumque scandalo, ita noster Parochus poterit,

poterit, ac debebit suam, seu potius Ecclesiae
suae praetentionem promovere, inattento suorum
parochianorum scandalo mere passivo, adhibita ali-
quoties dicta cautela respectu pusillorum; nam quod
attinet eos, qui phariseice pergunt scandalizari, etiamsi
ageretur de propriis bonis, et juribus patrimonialibus
Parochi, hic posset tutissima conscientia eorum scandalum
contemnere, jura omnia sua legitime prosequendo,
ideoque idem S. Thomas in citato art. 8. loquendo de propriis
cujusque bonis et juribus addit = propter eos, qui scan-
dala concitant (idest phariseice) non sunt tempo-
ralia dimittenda: quia hoc et noceret bono communi,
daretur enim malis rapiendi occasio; et noceret ipsis rapi-
entibus, qui, retinendo aliena, in peccato remanerent.

XXIX. In contrarium praeadducta motiva huic nostrae decisi-
oni obstant. Nam scandalum passivum in casu Christi
solvi jubentis pro se tributum, et S. Pauli proponentis
non comedere carnes, erat vitandum ob quasdam parti-
culares justas causas concurrentes, et facile vitari pote-
rat; sicut pariter poterat facile vitari illud, quod orie-
bat praevideri in casu, quo defunctus Canonicus Ecclesiae
fuisset expulsus et de Ecclesia projectus. E contra vero
circumstantiae nostri casus sunt tales, ob quas merito
judicare potuimus, et judicavimus, nostrum Parochum
non teneri abstinere ab incoepto recto opere, nec a per-
cipiendis proventibus sui Beneficij, utut exinde
a pluribus parochianis sumatur occasio scandali passivi.

XXX. Profecto si Parochi, animarumque curati, ad vitandum
quodvis scandalum passivum suorum parochianorum
abstinere deberent ab ijs omnibus factis, ac dictis, unde
ejusmodi scandalum oriretur, non solum gravissima,
et prorsus intolerabilis foret Curatorum conditio, sed
multa etiam deberent omittere, quae maxi-
me conducunt ad Dei gloriam, animarumque salutem
promovendam. Sic igitur unusquisque se gerat
ut possit dicere cum Apostolo = Quapropter contestor
vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine
omnium (idest a ruina spirituali omnium) Non enim
subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium
Dei vobis = ut legitur Actorum cap. 20.

XXXI. Veni

XXXII. Nemo itaque ex animarum Curatis sit de numero illorum qui à rectis pastoralibus operibus, et doctrinis supersedent, ne displiceant parochianis suis, eorumque odium incurrant: Tales enim Curati sunt canes muti non valentes latrare, ut eos nominat Isajas cap. 56.; quin potius constanti zelo annuntient et demonstrent quicquid ad virtutes inferendas, vitiaque evellenda, ad aedificandum corpus Christi, ad reformandam perficiendamque imaginem Dei, pertinet. Publicorum peccatorum illecebras quas homines depravata consuetudinis errore decepti pro nihilo putant, perpetuò reprehendant atque in odium adducere contendant: scandalosas bacchanalisticas libertates, choreas, saltationes, ludos aleatorios, immoderatas commessationes, omnis intemperantiae ac libidinis, aliorumque vitiorum occasiones graviter insectari nunquam omittant.

I. Nihil videtur esse facilius resolutione dubii, quod super altera parte specie proposuimus; est enim pro regula certissima tenendum non esse facienda mala, ut eveniant bona, ut docet Apostolus ad Romanos cap. 3.; siquidem homo, spectato charitatis ordine, plus debet suum bonum spirituale diligere quam alterius; unde infertur nequidem peccatum veniale posse committi ad vitandum mortale alterius; ideoque S. Th. in 4. dist. 38. q. 2. art. 1. ad 3. ait: "Homo aliquod peccatum veniale committere, ne alius peccet mortaliter, non tenetur, nec benefacit committendo" — et paulo post — "Nullus autem debet Deum offendere, quantumcumque alius offendat multum" — et rationem hanc subdit — "quia homo debet in infinitum diligere Deum quam proximum" —

II. Inde que infert — Et ideo nullus debet facere peccatum veniale ad vitandum scandalum: dummodo actus ex tali causa factus peccatum veniale

veniale remaneat = atque hujus addita contritionis contrarium ~~[illegible]~~
exemplum affert his verbis = Contingit tamen, aliquem
actum ex tali causa factum, non esse peccatum
veniale, quod alias veniale esset: sicut dicere verbum
otiosum, jam enim non esset otiosum, cum non
careret causa pia utilitatis =; haec autem Angelici
Doctoris sententia est irrefragabilis; si namque, quod
rationem habet venialis peccati, veniale esse desinit
ob circumstantiam vitandi grave scandalum, jam
prorsus liceret, quin etiam virtutis actus exerceretur
ex ratione occurrendi scandalo, quod certo certius im-
minere cognosceretur.

III Igitur si pro certo supponeretur mendacium officiosum
quod ajus commisit, fuisse peccatum veniale, non
obstante, quod ab eo commissum fuerit duntaxat ex
causa praevertendi gravissimum a Titio perpetrandum
facinus, ac ingens, publicumque inde necessario
erupturum scandalum; indubitanter concluden-
dum foret, casum in circumstantiis nostri casus illicitum
fuisse esse simplicis mendacij officiosi.

IV Verum ex paulo ante allegata doctrina, et exemplo adducto
a S. Thoma videtur posse supponi, mendacium a
nostro casu commissum ex mox dicta causa, non
remansisse peccatum veniale, sicut verbum otiosum
quod alias esset peccatum veniale, tale non remanet
si proferatur ex causa vitandi grave scandalum;
ideoque in tali suppositione judicandum foret ter-
certum, fuisse nostrum casum,
non modo licitum, quin etiam meritorium usum esse
simplicis mendacij officiosi: utpote quod in circum-
stantiis, de quibus agitur, extitisset actus licitus
ac bonus.

V. Profecto vulgare ac certum est illud adagium, e duobus
malis, quod levius est, eligendum esse, ut gravius
devitetur; hanc enim Regulam in moralibus ser-
vandam

vandem esse agnovit Concilium Toletanum octavum celebratum anno 653, fuitque à Gratiano relatū in Cap. i. Dist. 13; cum autem tales fuerint noster casus circumstantiæ, ut vel esset à Cajo dicendum simplex mendacium officiosum, vel infallibiliter esset a Titio committendum gravissimum crimen, indeque ingens ac publicum scandalum esset secuturum; videtur inferendum, quod ad vitanda tam enormia mala spiritualia, ipsi Cajo licitum fuerit ad ope dicti mendacij officiosi, sicque in hoc ... actu cujuslibet culpæ malum ... caruerit.

VI Rectitudo præfatæ regulæ, quod è duobus malis semper minus sit eligendum, quando alterutrum est prorsus inevitabile, demonstratur exemplis passim adductis à Moralistis, quæ referre plus satietatis moveret, quam utilitatis.

VII Verum Nos, decidendo propositum dubium, sentimus, Cajum illicitè fecisse, etiamsi ope simplicis mendacij officiosi aut praeverteret gravissimum crimen à Titio perpetrandum et innumera propemodum illa peccata mortalia quæ inde affluxissent secutura: quia mendacium illud officiosum non mutavit naturam mendacij ob bonum finem, propter quod fuit commissum, ideoque semper continuavit esse intrinsecè malum, semper involvit culpam theologicam, utut venialem, ac levem.

VIII Quandoquidem os, quod mentitur, occidit animam, ut ait Spiritus S. in Lib. Sapientiæ cap. 1. quem textum citans S. Augustinus in Psal. 5. inquit = Nec immerito scriptum est, os, quod mentitur occidit animam, ne quis arbitretur, perfectum, et spiritualem hominem pro ista temporali vita, in cujus morte non occiditur anima sive sua, sive alterius, debere mentiri =; idemque S. Doctor in Lib. de mendacio Cap. 20. non licere proximi saluti æternæ consulere ope mendacij expresse docet his verbis = ad sempiternam vero salutem nullus ducendus est opitulante mendacio = et Cap. 17. ait = men:

mentiri nunquam licet: ergo nec occultare mentem

IX. S. Augustini Doctrinae cohaeret illa S. Thomae, qui in 4. Sent.
Dist. 38. q. 2. art. 4. haec habet = Cum homo ex
" ordine charitatis se plus, quam proximum in spiritua-
" libus bonis diligere teneatur, nullo modo aliquis pecca-
" re debet, ut peccatum alterius vitet. Quicumque autem
" veritatem relinquit, peccat [illegible] paullo post = Ter-
" tio dicitur aliquis veritatem dimittere, quando o-
" mittit, vel facit aliquid, quo mediante falso vera
" nis [illegible], quod sine peccato esse non potest.
" Et ideo nullo modo veritas propter scandalum pas-
" sivum alterius dimittenda est =. Certa igitur, et
firma manet nostra decisio, quae casus omnino
stricte egerit, utendo ope simplicis mendacii officiosi
ut impediret gravissimum crimen [illegible] perpe-
trandum, et propemodum innumera illa peccata morta-
lia quae, ob ingens, ac publicum scandalum, facil-
lime inde secutura.

X. Nihil itaque nostrae decisionis refert officit [illegible]
paritas de verbo otioso; quia hoc prolatum ob
causam piae utilitatis, cessaret esse otiosum, fieret-
que utile; e contra mendacium officiosum, ex sup-
posito, quod vere sit tale, semper manet tale, sem-
per intrinsece malum. Minusque obstat Regula
desumpta ex Doctrina, citat. Concilii Toletani 8.i, cujus Patres inquiunt = Duo mala licet sint omnino
cautissime praecavenda, tamen si periculi necessitas
ex his unum perpetrare compulerit, id debemus resol-
vere, quod minori nexu noscitur obligare = I. Them.
Haec Regula justificat electionem illius, qui cum non
potest duo mala vitare, vitat quod est majus ex
his: cata enim minus malum cessat esse malum. Verum
in nostro casu (cujus in nulla tali necessitate est con-
stitutus) tam omnino libere eligit uti mendacio offi-
cioso, ad vitandum aliorum malum spiritua-
le, quod certe non licet, ut satis superque demonstra-
vimus.

Pro Congregatione diei 17. Maii 1753.

Casus I

Cajus ob gravem injuriam verbalem sibi à Titio illatam incontinenti ei alapam intulit, ... fugam arripuit: illum tamen evaginato ense insecutus est Titius: cui Cajus ... resistit ... Titius ... minus pertum in ... dignoscit ... obtulit, quem Titius ... Cajus proinde qui se ... in imminenti mortis periculo constitutum ... Titio vulnus lethale impegit eumque occidit. Unde oritur

Dubium: An Cajus ... Titio eumque occidendo graviter peccaverit et irregularitatem incurrerit?

Casus II

Quidam homo dives quem itinerantem quidam vagabundus aggreditur non ei vim inferendo in vitam sed ... tentando abducere, ... quo in itinere utebatur ... vagabundum occidit, ne sibi ab eo equus ... crediderit ... cum id non aliter impedire ... crediderit. Hinc oritur

Dubium: An Maevius sit reus homicidii, et evaserit irregularis?

I Dubia in hac Congregatione, ... injuriae repulsionem principaliter concernunt. Certum autem est jure naturali, divino et humano permissum esse injustam vim vi repellere, ut ... dicitur in cap. significasti ... de homicidio voluntario et casuali ... Vim vi repellere omnes leges et omnia jura permittunt. ... ipsa natura id comparatum esse videmus. Simul enim atque natum est animal suam appetit conservationem, ea repellendo quae interitum videntur afferre. Siquidem in ... ut ait ... Animali ... natura robustum thoracem brachiaque ... homini, ut illatam injuriam manu defendendo: caeteris

vero

verò animalia sua [illegible] cornua ~~in~~ eundem [illegible]

[illegible] et [illegible] ipso bovi cornua, equo ungulam).

II [illegible] autem homo licite ac honeste se defendere, neque

si [illegible] ad instar [illegible] à recta tamen ratione

potest non abhorrere, quod se injuriantem repellat,

ac etiam occidat ~~siqui~~ nempe recta cum ~~[illegible]~~ moderatione

fiat. Divina [illegible] fuit lex illa Exodi Cap. 22,

ubi sic legimus = si effringens fur domum, sive suf-

fodiens, inventus fuerit et accepto vulnere mortuus

fuerit, percussor non erit reus sanguinis = : ideo au-

tem reus sanguinis non dicitur esse [illegible] percussor

quia recto cum rationis dictamine percutit, et occi- VI.

III Ejusdem naturalis rationis declarativa est dispositio illa

quam in fragmentis legum ~~[illegible]~~ antiquissimarum Roma-

norum (Duodecim Tabularum) per Jacobum Gothofre-

dum collectis, ~~[illegible]~~ invenimus expressam vetustis

Latinis verbis = si nox furtum faxit, sim aliquis

occisit, jure caesus esto = , idest = si noctu furtum

quis fecerit eumque aliquis occiderit, impune caesus

esto = . De fure vero diurno lex illa sic loquitur = VII

si luci furtum faxit, sim alsus endo ipso capit

verberator, ~~[illegible]~~ illique, cui furtum factum esset,

addictor = , idest = si interdiu furtum quis fecerit cum-

que aliquis in ipso furto deprehenderit verberator, illi-

que cui furtum factum erit noxa addicitur:

IV Inde mirum non est, quod in Digestorum legibus passim

affirmetur jure facere, quod quisque facit ob tutelam

corporis sui, injuria non occidere eum, qui ferro se

petentem occidit: naturalem rationem permittere

[illegible] [illegible] et similia, ut videre licet

in [illegible] de vi et vi armata, ut vim, de justitia

et jure, injuriarum de injuriis, [illegible]

itaque [illegible] legem Aquiliam [illegible] major, et

[illegible] cum [illegible] [illegible], [illegible]

fur, et in pluribus aliis ejusmodi legibus.

V [illegible] autem ~~[illegible]~~ injuria sed jure facit repellendo injuriam in-

illatam sufficit quidem, ut diximus, si cum recto IX

rationis dictamine operetur; verum hoc opus, [illegible]

Labor. Omnes Canonistæ ac Theologi, qui in citato Can.° significasti, de homicidio & legerunt illa verba vim vi repellere omnes leges et omnia jura permittunt ibi itaque sane observationem legerint sufficientem tamen id fieri posse cum moderamine inculpatæ tutelæ non ad sumendam vindictam, sed ad injuriam propulsandam: ideoque Doctores omnes Moralistæ ac Canonistæ [struck] nihil habent in ore frequentius illis verbis cum moderamine inculpatæ tutelæ.

VI Porro vero nemo eorum fuerit qui hanc regulam tanquam certam non agnoverit. [struck] extitere tamen nonnulli, qui eam non recte intellexerunt ac certis rem singularibus quorundam casuum circumstantiis applicuerunt, sicque deviando à vera, et sana Doctrina, quasdam sibi Theorias adoptarunt propositiones, quæ Authoritate Apostolica fuêre damnatæ.

VII. Alexander VII. in Speciali Decreto die 24. Septembris 1665. emanato, inter alias damnavit etiam sequentes propositiones = Est licitum Religioso, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non suppetit: uti suppetere non videtur si calumniator sit paratus vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publice, vel coram gravi viris prædicta impingere nisi occidatur =; quæ propositio est ordine [struck] 17.ma in Decreto.

VIII Ordine 18.a est hæc = licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam judicem, à quo iniqua certo imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare. Quæ immediate sequitur, est hujus tenoris. Non peccat maritus occidens propria authoritate uxorem in adulterio deprehensam =.

IX Innocentius XI. in Decreto edito die 2. Martii ac anno 1679. damnavit pariter inter alias nonnullas, etiam

pertinens propositione; videlicet hanc ordine 30.am licitum est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hac ignominia vitari nequit. Idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, et post impactam alapam vel ictum fustis fugiat. — Ordine 31.a est haec = Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei. 32.a sic sonat. = Non solum licitum est defendere defensione occisiva, quae actu possidemus, sed etiam ad quae jus inchoatum habemus, et quae nos possessuros speramus. — Hanc excipit ordine 33.a his verbis concepta = licitum est tam haeredi quam legatario contra injuste impedientem, ne vel haereditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter (scilicet defensione occisiva) defendere: sicut et jus habenti in cathedram vel praebendam contra eorum possessionem injuste impedientem. =

X Omnes igitur praefatae propositiones merito fuerunt damnatae tanquam scandalosae et in praxi perniciosae, quippe non accepissent si vero, et non ficto moderamine inculpatae tutelae, tamquam certo praesidio fuissent vallatae. Proinde caute sunt legendi authores illi, in quibus hujusmodi vitiosa doctrina occurrit; et magna semper cum circumspectione procedere debent confessarii dum agitur de internoscenda differentia veri moderaminis inculpatae tutelae ab imaginario, et ideali.

XI Ad constituendum verum moderamen inculpatae tutelae doctores fere omnes tria requirunt, videlicet causam, modum, tempus. Primo itaque requirunt ut occisionem praecedat causa, injusta nempe alterius invasio; ita ut qui ante hanc occidit, jam non sui defensio, sed potius aggressio erit: ut autem injusta alterius invasio dicatur praecedere intelligatur, satis est, si certo sit imminens; non enim est necesse exspectare, sed licet praevenire occidere volentem. Siquidem aliquando potest contingere ut nisi quis praeveniat aggressorem, deinde...

non pos'sit; et hujusmodi praeventio non potest appellari sed justa defensio contra paratum ad mox occidendum.

XII. Secundo requirunt debitum defensionis modum qui in eo consistit, ut defensio injustae invasioni aut offensioni sit proportionata et nullatenus excedat necessariam defensionem ut in cap. 25. de senten. excomm. innuitur his verbis: „Dum tamen non amplius eorum violentia se extendat „quam defensio exigat". Inde a Theologis communiter infertur moderamen inculpatae tutelae graviter excedi ab eo qui se nudis pedibus armata manu repellit, mutilat, aut occidit; ab illis quoque dictum moderamen valde excedi qui occidunt eos quos vulnerando vel mutilando repellere proximamque vitam et membra tueri possunt; quique occidunt injustos aggressores, quos pugno vel baculo vel exarmando abigere ac vincere possunt; multoque magis ejusmodi modum transgredientes illi qui sine gravi suo incommodo aut periculo fugere aut clamare et auxilium implorando salvare se possunt et tamen occidunt.

XIII. Tertio requirunt ut defensio incontinenter fiat, dum quis injustam vim vel aggressionem occisivam aut mutilationem patitur, non vero postea seu ex intervallo, cum nempe aggressor jam abiit aut nocere et aggredi destitit nullumque amplius periculum est. Nam si ex intervallo adversarium quis occidit dum videlicet amplius nocere non vult, vel non potest, non ex necessaria sui defensione id facit, sed ex vindicta et consequenter peccat.

XIV. His principiis quasi in succum et sanguinem conversis, ut nos aliquid cum dispositione academus ad circumspectam, rectamque decisionem proferendam super dubiis utramque a nobis propositam partem inquirentibus. Non enim hic triplex est dubium, quod ex priori parte facie deducitur; videlicet, an Cajus graviter peccaverit, inferendo plagam Titio? an graviter quoque ...

occiderit? et an irregularitatem incurrerit ob tale homicidium?

XV. In mori nostro insistentes, vellemus vel praecipuas illas indicare dubitandi rationes, quae animi nostri sententiae [illegible] videri possent adversari, nimiam prolixitatem declinare non possemus; ideoque mox mentem nostram super eodem casu explicabimus, censendo uti censemus Cajum inflicto Titio gravissime vulnere graviter peccasse, nullatenus vero peccasse eundem, Titium occidendo, nec irregularitatem incurrisse ob hujusmodi homicidium. XVIII.

XVI. Primam hujus nostrae decisionis partem probat monitum Apostoli, qui in Epist. ad Romanos Cap. 12. ait: Non vosmetipsos ulciscentes, carissimi, sed date locum irae. Scriptum est enim: Mihi vindicta, ego retribuam. XIX

Et Ecclesiastici capite 28. legimus: Qui vindicari vult, a Domino inveniet vindictam. Ideoque, sub praetextu honoris tuendi contra graves alterius injurias verbales, non licet ei injuriam inferre in corpore, quia id pergit in vindictam, quae lege Evangelica est omnino prohibita, si fiat authoritate privata injuriati; atqui certum est nostrum Cajum graviter peccasse inflicto Titio ob gravem injuriam verbalem sibi a eodem illatam; id enim fecit animo vindictae privatae, et injuria quam intulit Titio in corpore per alapam, inflicta non fuit gravis, cum pro tali omnium prudentum judicio alapa inflictio consideretur, si facta non sit cum magno et enormi [illegible] supraemine. XX.

XVII. Hieronymus lib. 3. adversus Rufinum, loquens de se ipso ait: Si vero fugis, ut tantam contumeliam [illegible] de [illegible] de Scorto Meretrix, [illegible] de Mimo qui Nostra mihi contumeliam et gladios nos detigas in [illegible] neque tanto ante [illegible] exacui... Tantum autem abfuit, ut S. Doctor amorem suum aliqua vindicta contra inimicum defendere sibi licitum existimaverit, ut potius sic se expresserit: Noli, ut imitetur [illegible] XXI

. . . im et tibi in te reprehendo, ut faciam . . . . rior . . . quo potest . . . committere . . . . contra . . . . ter.

XVIII. . . . ergo . . . Hieronymus, nefas . . . avit mutuis calumnijs vim . . . calumniantem . . . . intendens . . . . verba . . . Proverb. cap. 26. — Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam: ne ei similis efficiaris. . . multo magis . . . est, nostrum . . . nefas committere . . . . ob sibi ab eo illatam gravem in . . . . verbalem, quia in authoritate privata . . . in . . . . semper est illicita.

XIX. . . . vindictam . . . . injuriam verbalem sibi . . . . . . illatam . . . . enim . . . ob gravem injuriam . . . licite . . . inferre, quia . . . . existimationem . . . . honorem . . . . sicut . . . est homini spoliato re sua illam . . . . manibus . . . etiam . . . . furem, si id fiat cum moderamine inculpatae tutelae: . . . . . . hominum existimatio advertetur . . . . est enim lex . . . . ut, si quis . . . . . . fuerit ab alio . . . . injurianti retribuat ad . . . . honorem, qui putatur amissus.

XX. Non igitur verum sed fallax est hoc ratiocinium: honor vitae . . . . . . est . . . licet pro honoris ut pro vita, defensione . . . .

[illegible] nostri [illegible] concludit, hac doctrina non [illegible]
stiana [illegible] gentilitatem sapere videtur: premium enim [illegible]
peretur [illegible] minorem reddet [illegible] inimicum, [illegible]
est [illegible] quod ex munere [illegible] tuendi [illegible]
rem requirit: et si alium [illegible] potest statim
inferri percussorem et illum occidere, quia [illegible]
potest honori satisfacere: vel denique poterit [illegible]
malum statim illi inferre in retributionem, quod est [illegible]
Evangelicam immo et [illegible] [illegible] 3?
Hoc [illegible] Et [illegible] opinionem [illegible] et
moreat etiam sceleratissimi [illegible]
[illegible] patiens bene tamen sentent
et patenter se peccare graviter —

XXII Cum itaque [illegible] (cujus intelligendo [illegible]) excessit moderamen inculpatae tutelae quia praeter invaditum vineritam id fecit non autem ut legitime [illegible] suum honorem) indubitanter peccavit graviter. Non inquam, id fecit ad tuendum suum honorem, etenim enim percussio injurianti est solo mundanos homines restauratio honoris, quatenus existimant honorem recuperari per illam injuriantis percussionem. Sed percutere injuriantem non est se defendere; siquidem injuriantis percussione non recuperatur ille honor, qui creditur ablatus, sed falsus novus honor acquiritur opinione mundanorum, qui eum attribuunt ulciscenti se de injuria illata; igitur honor, qui tutatur ablatus non defenditur, percutiendo injuriantem. igitur committitur vindicta, quae semper est peccaminosa.

XXIII Quare si percutere injuriantem esset modus [illegible] tuendi proprium honorem, idest, si esset legitima recompensatio falsus ille honor, quem ulciscens acquirit in sensu mundano, etiam esset defensio si ego comburerem segetem inimici, quia ipse combussit segetem meam. Nam si esset defensio caedere proximum in corpore, quia ipse caedit me, [illegible] eodem modo esset defensio reddere malum in quovis genere quae omnia absurda sunt, et a lege Dei longissime [illegible] Satis igitur superque constat de veritate primae partis nostrae resolutionis, scilicet de peccato gravi [illegible]

Cajus committit, Titio alapam infligendo, ob gravem injuriam verbalem, sibi ab ipso illatam.

XXII. Cajum vero nullatenus recc... occidendo Titium quod rars altera nostra decisionis declarat. eatenus judicamus ... venem quatenus ex istis facti circumstantiis licet colligere non aliam caji fuisse mentem ac intentionem, dum Titium occidit, quam ut propriè ab imminenti morte sciendo suam vitam defenderet. e quo supposito, Titij occisio praeter omnem culpam ajj fuit exsecuta, quia vim vi cum moderamine inculpatae tutelae repulit, si sine vulnere lethali, quod impegit Titio, vitam suam defendere non potuisset.

XXV. Et in hoc sensu intellecta nostra decisio cohaeret adamussim doctrinae S. Thomae, qui 2.2. q. 64. art. 7. in O. ait

„ fetus ergo hujusmodi ex hoc, quod intenditur conservatio propriae vitae non habet rationem illiciti, cum hoc sit
„ cuilibet naturale, quod se conservet in esse quantum
„ potest. Potest tamen aliquis actus ex bona intentione
„ proveniens illicitus reddi si non sit proportionatus fini. et ideo
„ si aliquis ad defendendam propriam vitam utatur ma-
„ jori violentia quam oporteat erit illicitum: si vero
„ moderatè violentiam repellat, erit licita defensio: nam
„ secundum jura, vim vi repellere licet cum moderamine
„ inculpatae tutelae =

XXVI. Quod si vero noster cajus [struck] non habuisset duntaxat intentionem se defendendi, sed mentem, ac animum habuisset Titium occidendi, profecto mortaliter peccasset ut constat ex [struck] sententia ejusdem met S. Thomae qui loco citato prosequitur sic = sed quia occidere homi-
„ nem non licet, nisi publica auctoritate propter bonum
„ commune ... illicitum est, quod homo intendat occidere
„ hominem, ut seipsum defendat, nisi ei, qui habet publi-
„ cam auctoritatem, qui intendens hominem occidere ad
„ sui defensionem, refert hoc ad publicum bonum, ut
„ patet in milite, pugnante contra hostes et in ministro
„ judicis pugnante contra latrones, quamvis etiam et isti
„ peccent, si privata libidine moveantur =

XXVII. Qua-

XXVII. Quae quidem S. Thomae doctrina innititur auctoritati prae-
cipuorum Ecclesiae Patrum, signanter S. Augustini, qui
in Epist. 154 respondens Publicolae ait = De occidendis
" hominibus ne ab eis quisque occidatur non mihi placet
consilium, nisi forte sit miles, aut publica functione
" teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis, accepta
" legitima potestate =. Excedit igitur moderamen incul-
patae tutelae, quicumque habet directam intentionem
occidendi invasorem, ne ab eo occidatur, et proinde sola
sui defensio est licita, quamvis ex ea invasoris non
intenta occisio sequatur.

XXVIII. Et in hoc sensu quorundam Patrum sententiae, quae
nostrae decisioni videntur adversari, sunt intelligendae,
praesertim illa S. Ambrosij [illegible]
[illegible]
[illegible]
" [illegible]
" [illegible]
" [illegible]
" [illegible]
" [illegible]
" [illegible]
" [illegible]
" [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Lib. 3. de Officijs Ministrorum cap. 4. expressa verbis
" Non videtur, quod vir christianus et justus, et sapiens quae-
" rere sibi vitam aliena morte debeat: utpote, qui etiam si
" in latronem armatum incidat, ferientem referire non possit (:
idest animo illum occidendi, bene tamen intentione se defen-
dendi:) ne dum salutem defendit, pietatem contaminet.
" De quo in Evangelii libro aperta, et evidens sententia est:
" Reconde gladium tuum: omnis enim, qui gladio percusse-
rit (: idest animo occidendi, et se ulciscendi:) gladio ferietur.

XXIX. Igitur in nullo casu dum quis occidit privata auctori-
tate id licite facere, si habeat animum occidendi,
quamvis

camus; occidit et se defendit, potest tamen licite se defendere contra injustum aggressorem etsi hujus mors inde sequatur si aliter vitæ suæ conservationem nequeat obtinere. Potest inquam, licite se defendere, etiam cum morte injusti aggressoris; non tamen debet, cum Evangelicum consilium extet, mortem potius pati exemplo Christi et martyrum, quam occidere aggressorem: igitur se defendere cum [illegible] morte aggressoris est licitum; et se non defendere, usque ad mortem aggressoris, erit perfectio Evangelica.

XXX. Unde idem S. Ambrosius loco citato subdit — Quis latro detestabilior quam persecutor, qui venerat, ut Christum occideret? Sed noluit se Christus persecutoris defendi vulnere, qui voluit suo vulnere omnes sanare. — Et lib. 10. in Evangelium secundum Lucam versum illum cap. 22. — qui nunc habet sacculum tollat similiter et peram: et qui non habet vendat tunicam suam, et emat sibi gladium — sic explicat = O Domine cur emere me jubes gladium qui ferire me prohibes? cur habere præcipis, quem vetas promi? Nisi forte, ut sit parata defensio non ultio necessaria, et videar potuisse vindicari, sed noluisse. Lex tamen referire non vetat, et ideo forte Petro duos gladios offerent: satis est dicit quasi licuerit usque ad Evangelium: ut sit in lege æquitatis eruditio in Evangelio bonitatis perfectio. Multis hoc iniquum videtur, sed non iniquus Dominus qui cum se posset ulcisci, maluit immolari.

XXXI. Ex iis rationes quibus comprobavimus secundum [illegible] nostram, tertium scopum [illegible] in hanc consequentiam, reverum demonstrant; posito enim quod Cajus, illicitum occidendo, nullatenus peccavit, consequitur, nec irregularitatem contraxerit, siquidem communis est [illegible] sententia, cum, qui, servato moderamine inculpatæ tutelæ, ob necessariam defensionem propriæ vitæ injustum occiderit invasorem non tantum a culpa, sed etiam ab irregularitate, omnique alia pœna immunem esse.

XXXII. Atque sententia innititur Textui claro Clementinæ unicæ

[illegible] lemni... ... ... [illegible] legitur ... illum non incurrere irregularitatem, qui mortem ... vitare non valent ... [illegible] ... [illegible]

Ratio autem est, quia talis non incurrit irregularitatem ... dicto, cum hujusmodi homicidium careat omni culpa et ... [illegible] nec eam incurrit ex defectu lenitatis, quia ... in ... [illegible] ... ex necessitate ... [illegible] non interveniet: igitur noster ... ... occidendo sicut nullatenus peccavit ita nullam quoque contraxit irregularitatem. II

XXXIII. Nec obstat, quod in ... ... dist. 50. ex ... statutum habeatur etiam illos qui pro sui defensione aliquem occidunt ab Ordine repelli, consequenter irregulares esse: nec ... ter obstat quod Concilium Trid. sess. 14 ... ... Ordinario loci committat dispensationem cum illo, qui etiam vim vi repellendo, suum occidit invasorem; unde videtur inferendum esse, quod etsi noster ... vim repellendo ... occiderit, nihilominus irregularitatem contraxerit.

XXXIV. Non inquam haec obstant sicut nec alii consimiles Canones antiqui; in iis enim sermo est de iis, qui, non servato moderamine inculpatae tutelae, occidunt, et in hoc sensu quoque est intelligenda allegata Concilii Tridentini dispositio, ... in citata ... ... homicidio, si vero ... dicto moderamine, ... occisio, procedit dispositio citata Clementinae unicae de homicidio, in qua non fuit inductum jus novum, sed potius antiquior ... declaratum, ... Concilium Tridentinum ... ... contrarium inducendo, idest novam ... irregularitatem antiquis sacris Canonibus incognitam. III

IV.

I Nunc transeundo ad discussionem dubij propositi, quaeritur, an occiderit Maevius homo dives, cum tironem quidam vagabundus ingressus esset, non animum inferendi in vitam, sed equum duntaxat tentans abducere, peccaverit peccato homicidij ipsum vagabundum occidendo, ne sibi ab eo equus abduceretur, cum id non aliter impedire posse crediderit, simulque et irregularitatem incurrerit? advertimus majorem hac de re, quam fors credi potuit, esse difficultatem.

II Magna quidem extat caterva Doctorum docentium, licitum esse occidere injustum invasorem bonorum fortunae, quae sint magni momenti, si ea aliter defendi, vel recuperari nequeant: ita enim tenent sententiam Covarruvias, Suarez, Lessius, Petrus Navarrus aliique quamplures, innixi arg. L. 1. Cod. unde vi, in qua leguntur formalia — "Recte possidenti ad defendendam
" possessionem, quam sine vitio tenebat, inculpatae tu-
" telae moderamine illatam vim propulsare licet =
unde infertur, quod etiam licet occidere, si occisio ad defensionem est necessaria. Cum permisso fine permittuntur etiam media ad finem consequendum necessaria.

III Ratio autem haec esse videtur, quod res, et bona nostra utpote ad vitam conservandam necessaria, vitae quodammodo comparentur, pro quorum defensione si non liceret occidere injustum invasorem, improbi multum moverentur ad diripiendam ~~nostram~~ nostram substantiam; ideoque S. Hieronymus in cap. 1. Jeremiae Prophetae ait = si quis fortitudinem
" latronis et piratae, et furis corrigat infirmosque
" eos reddat, prodest illis sua infirmitas, debilitata enim
" membra quibus prius non bene utebantur a malo
" opere cessabant =

IV. Sed numquid non adversatur declaratio Alexandri III. cujus in cap. Suscepimus de homicidio, haec sunt verba = cum
" lator praesentium in custodia cujusdam domus cum altero
" fratre maneret, ingredientes de nocte quidam latrones

ei

" ad eos turpiter illos in personis affligere, et benedictione
" stimentis propriis praesumpserint: in quos iste resumptis
" viribus insurgentes, ligaverunt illos et detinere usque
" ad notitiam Capituli voluerunt. Cum autem iste ven
" ad suam audientiam perlatores, ligatos eos in fratri
" sui custodia dimisisset; et fures se solvere niterentur VII.
" frater illos (ne iste ab eis interimeretur.) occidit. Verum
" quoniam expediebat potius post tunicam relinquere
" pallium et rerum sustinere jacturam, quam pro
" servandis vilibus rebus, et transitoriis tam acriter in
" alios exardescere, abstineat iste humiliter ab Altaris
" ministerio; et uterque peccatum suum ad arbitrium
V " tuum studeat expiare =
ita, inquam declaravit Alexander III. respondens Abbati Sanc
Sixtino, qui de duobus eum consuluerat Religiosis quorum
alter fures nocturnos vestes suas erepturos occidens VIII
et ambo poenitentia agenda addicuntur propter pecca
tum; alter quidem quia in vinciendis fures adju
torium praestitit, alter vero, quia occidit absente
alio. et subjungit Pontifex hunc debere etiam
ab Altaris ministerio, propter nempe irregularitatem,
abstinere, addendo rationem, quod potius expediebat
post tunicam relinquere pallium, ut habet [illegible]
quam tale admittere crimen ob res adeo spernendas et
transitorias. In quem Textum Glossa expresse dicit,
nunquam licere homicidium facere, ut bona serventur
temporalia verba enim illius sunt haec: pro amissio
ne rerum temporalium nullus debet homicidium in
currere =
VI Obstant quoque aliae Canonicae decisiones, ut illa citata Clementina IX
unica de homicidio, ubi ille duntaxat ab irregularitate
immunis declaratur, qui ob defensionem vitae occidit
si igitur ob defensionem bonorum id fecit, irregulari
tatem incurrit. In Cap. 2. cit.o tit.o ab irregularitate
excusatur qui se, suaque defendit; ergo qui non se, seu
propriam personam, et vitam sed sua tantum defendit
occidendo, irregularis est. In cap. Si perfodiens eod. tit.
habetur, furem nocturnum non item diurnum (nisi sese
se defendat) impune occidi posse, quia de die convinci

potest. furem venisse ad vulnerandum non ad occidendum venisse; unde satis indicatur, pro sola defendenda vita non item pro rebus, invasorem posse occidi. In Cap. Significasti pariter eod. tit. Clericus latronem pro defensione rerum fustetis percutiens irregularis denunciatur, si vulnus fuit lethale.

VII. Quod vita hominis bonis temporalibus est longe praestantior igitur lex, et ordo charitatis exigit, ut vita proximi rebus nostris temporalibus praeferatur. Quapropter S. Augustinus lib. 1. de libero arbitrio cap. 5. ait = Quomodo apud Deum sunt illi peccato liberi, qui pro iis rebus, quas contemni oportet, humana caede polluti sunt? =. Sed quamvis etiam pro rebus magni momenti defendendis sine delicto possit occidi injustus aggressor, non tamen id fieri posse videtur sine defectu lenitatis; ideoque si non peccatum, saltem irregularitas incurritur.

VIII. In hoc gravissimarum rationum et authoritatum conflictu quid nobis sentiendum est propositum dubium resolvamus. Si Marium asserimus esse reum homicidii et irregularitatem incurrisse, negamus vim vi licite posse repelli: si vero dicimus Marium non esse reum homicidii, nec irregularitatem incurrisse, allegatas pro secunda sententia declarationes canonicas cum adjuncta ratione, ac doctrina S. Augustini, impugnamus; simulque impingimus in gravitatem propositionis 31. ab Innocentio XI. damnatam, quae sic sonat = Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei = Nam sicut aureus respectu Marii censetur esse res levis, sic quoque res levis censetur esse equus respectu Marii hominis divitis.

IX. Tales sunt circumstantiae, in nostra facti specie expressae, quae nos inclinant ad tenendum prout tenemus, Marium esse reum homicidii, et evasisse irregularem; quia vagabundus ab eo occisus nullam vim ipsi intulit in vitam, solumque tentavit equum abducere; igitur Marius illum non occidit servato moderamine inculpatae tutelae; hoc enim si servasset, invasorem equum abducere tentantem

sine

sine ulla vi contra suam vitam, non occidisset; Nam si

[illegible]

equi abductionem impedire voluisset cum debito moderamine inculpatae tutelae, ut potuisset et debuisset, prius invasori opponere instrumentum adhibitum in ejus occisione; tunc enim si invasor destitisset, eum licite non potuisset percutere; si vero ipse invasor armata manu ac vim inferendo in vitam Mevij, equum abducere tentasset, hic, non tam ad defendendum equum, quam propriam vitam, licite potuisset debilitare, seu mutilare invasorem, ac etiam occidere si aliter equum suamque vitam tueri non valuisset.

X. Quoniam igitur noster Mevius rectum ordinem non servavit sed illico prorupit ad occisionem vagabundi in finem duntaxat impediendi abductionem equi, homicidium illud perinde fuit graviter culpabile, ac si fuisset commissum in personam vagabundi jam fugientis cum equo abducto; ideoque noster Mevius revera est reus homicidij et evasit irregularis.

XI. Non igitur obstat nostrae decisioni, quod omnia jura clament licitum esse vim vi repellere: si ergo vagabundus Maevio vim intulit tentando abducere equum, licite potuit occidi, si equus aliter defendi non potuit. Nam inter vim, quae infertur, et vim, quae repellitur, debet esse proportio, ut ipsa ratio naturalis dictat et in hoc sensu clamant omnia jura; talis autem proportio non fuit inter vim Mevij occidentis, et vim vagabundi tentantis duntaxat abducere equum.

XII. Constat proinde justissimam fuisse damnationem hujus propositionis. Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei; cum occisio nunquam possit esse licita pro defendendis, vel recuperandis bonis temporalibus levis momenti: quod si in defendenda etiam re levi juste possessa, contingat, ut invasor vim inferat in vitam domini, hic poterit eum licite occidere, quia talis occisio non erit licita ut medium tuendi leve bonum temporale, sed ut medium tuendi vitam contra injustum aggressorem.

LXIV.

Pro Congregatione diei 19 Mensis Julij 1753.

Casus I.

Titius in suis supremis Tabulis, cum quibus defunctus est, binas fundavit Capellanias laicales, cuilibet assignando annuos proventus quinquaginta Ducatorum; sed, Loquendo de fundata in Ecclesia S. Petri, praescripsit simpliciter, Capellanum fore obligatum ad hebdomadatim celebrandas tres missas; respectu verò fundatae in Ecclesia S. Pauli se expressit, quod tres Missae hebdomadatim celebrandae à Capellano, applicari debeant pro ejus anima: Unde oritur

Dubium: an uterque Capellanus Missas celebrare debeat pro anima fundatoris?

Casus II

Cajus extruxit Sacellum, in quo, intercedente Episcopi authoritate, fundavit Capellaniam cum onere, quod Sacerdos, qui pro tempore illam possidebit cum assignatis proventibus annuis Ducatorum centum, singulis diebus, quibus ipsi commodum erit, personaliter in illo celebret Missam pro sua, suorumque parentum anima. Mortuo fundatore, primus Capellanus bis, et aliquando ter in hebdomada celebravit; secundus, tertius, et quartus, per annos sexaginta nonnisi diebus festivis de praecepto celebrarunt; quintus verò, qui est Benignus Sacerdos, velut vir valde conscientiosus, capit idcirco dubitare, ideoque suo Confessario proposuit

Dubium: quid agere debeat, ut sit securus in conscientia?

I Olim quidem variæ, gravesque difficultates, et controversiæ agitabantur inter Doctores circa Missæ applicationem, quæ sublatæ fuerunt per Specialia Decreta et inde sequutas declarationes dubiorum, quæ super ipsis Decretis fuere propositæ Sacræ Congregationi Concilij, quorum editio auctoritate Urbani Papæ VIII. facta fuit, ut res Deo gratissima, charitatique, ac justitiæ maxime consentanea præstaretur, ideoque non modò utile, sed valde necessaria est pro utroque foro eorundem Decretorum, ac Declarationum notitia, hancque proinde nos omnes habere oportet, ut ab erroneis opinionibus caveamus.

II. Solâ tamen ope hujusmodi notitiæ videtur, resolvi non posse dubia illa, quæ nos proposuimus decidenda in hodierna Congregatione; sicut neque plures aliæ difficultates, quæ dependenter à varijs suppositionibus super ipsa Missæ applicatione successivè fuerunt excitatæ, ac indies excitantur à Moralistis.

III. In suppositione illa, quod Capellanus, seu Beneficiarius ex justitia sub mortali culpa sit obligatus ad illum Missarum numerum, quem Litteræ Fundationis Beneficij, ad cujus onera illud acceptans sese obligavit, advertunt Doctores, ac inter eos Navarr. lib. 2. de Restit. cap. 2. n. 210. Cardinalis de Lugo disp. 21 de Eucharistia n. 49. quod si ejusmodi Beneficiarius ad certum Missarum numerum singulis hebdomadibus personaliter celebrandarum obligatus ad breve tempus infirmetur, ut puta, unâ, alterave hebdomadâ, aut etiam uno mense, juxta sententiam Laymani ~~[illegible]~~, præsumendum sit, Fundatorem, et Ecclesiam, non intendisse tam arctam obligationem, ac proinde talem non teneri ad recompensationem: nam etiam dominus temporalis, tametsi jure detrahere posset de mercede famuli ob ejus infirmitatem, ut mult. volun

volunt arg. L. si uno §. Item cum ff. locati conduct.;
si tamen pius, et benignus est, detrahere non solet.

IV Advertunt quoque ijdem Doctores, quod si fundatio exigat quotidianum Sacrificium in certo loco peragendum, idest in determinata Ecclesia, vel Altari, sicque obligatio principaliter habeatur ratione loci, ob ejus videlicet majorem reverentiam vel commoditatem Populi: tunc tenetur Sacerdos tale onus Missarum quotidie ibi celebrandarum, et applicandarum in se habens, ibidem quotidie celebrare, vel per se, vel per alium substitutum, juxta tenorem fundationis.

V Quod si talis obligatio quotidie celebrandi, et applicandi missam revera ipsimet personae Capellani seu Beneficiarij esset imposita, tunc ijdem Doctores arbitrantur, ob reverentiam Sacrificij, majoremque devotionem in se excitandam, aut alia justa de causa, posse eundem quandoque abstinere, etiam semel in hebdomada; arg. cap. Significatum, de Praebendis, ubi de obligato ad quotidie celebrandum dicitur tenere teneri quotidie extra casum infirmitatis celebrare, salva honestate sua et debita devotione. Non raro sane ob mundanos casus contingit debitam impediri devotionem.

VI Non tamen hinc sequitur, quod is, qui titulo honestatis, majorisque devotionis, potest semel in hebdomada a Missa abstinere, possit etiam semel Missam alibi vel pro alia intentione celebrare. Nam haec sunt omnino diversa. Dicendum proinde, quod obligatus ad quotidie celebrandum, juxta certam intentionem etsi advertens se esse minus dispositum, possit quandoque ob causam honestatis, debitaeque devo:

devotionis, abstinere ad summum semel in hebdomada, tamen eo die nec pro se, nec pro alio, nec alibi celebrare valeat; aut si celebraturus esset, teneatur Missam applicare juxta praescriptam fundatoris intentionem, [struck through]

VII Beneficiatus autem ille, qui ad celebrandum in determinato loco aliquot per hebdomadam diebus obligatus est, per se loquendo, ac nisi aliud expressum fuerit in litteris fundationis, potest satisfacere, si anticipet praecedenti hebdomada ibidem celebrando: eo quod non defraudet intentionem fundatoris, utpote qui in allegata suppositione, videtur duntaxat exigere certum Missarum numerum tempestive persolvendum.

VIII Diximus per se loquendo; quia si in litteris fundationis contrarium exprimatur, specialiter statuendo, v. g. ob commoditatem, devotionemque Populi, aut reverentiam loci sacri, ut in nulla hebdomada Missa praetermittantur, non licebit eas anticipare: mens enim justa fundatorum tanquam lex specialis adimplenda est. Ideoque qui ex titulo fundationis, aut etiam ex conventione, seu pacto, ratione recepti stipendii, tenetur in certa Ecclesia, vel Altari celebrare, non potest absque peccato alibi celebrare; nisi hoc fiat ex justa et rationabili causa, ex. gr. ob profanationem Ecclesiae, inundationem aquarum, aut quia Sacerdos bona fide exiens è Sacristia invenit Altare jam occupatum ab alio celebrante.

IX. Haec, pluresque alia, suppositiones formari possunt, et formantur à Moralistis circa Missae celebrationem et applicationem, quas omnes referre non modo difficile, sed ferme impossibile foret, ideoque restringamus nos ad eas, ex quibus praesentium nostrorum dubiorum resolutio dependet.

X. Et quidem, quod attinet dubium super priori facti specie propo

propositum; an videlicet uterque Capellanus Missas
celebrare debeat pro anima fundatoris: totum ambi-
gendi fundamentum videtur dependere ex diversa
locutione, qua fundator usus fuit in instituenda
utraque Capellania. Nam si respectu utriusque
expresse statuisset, missas per respectivos Capellanos
celebrandas pro anima sua fore applicandas, nulli
dubio locus fuisset relictus.
XI Nec etiam prudenter potuisset dubitari quin uterque Capella-
nus praescriptas missas pro fundatoris anima deberet
applicare, si respectu utriusque Capellaniae talibus verbis
usus fuisset fundator, ex quibus par intentio colligi
potuisset de ejusmodi Missarum applicatione; cum
tamen respectu Capellaniae fundatae in Ecclesia S. Pauli
verbis disertis praescripserit, ut tres missae hebdomadatim
celebrandae à Capellano, applicari debeant pro ejus anima,
respectu vero Capellaniae fundatae in Ecclesia S. Petri,
praescripserit simpliciter Capellanum fore obligatum
ad hebdomadatim celebrandas tres missas, nec mini-
mam mentionem faciendo de earum missarum
applicatione pro ejus anima; profecto videtur
quod Capellaniae fundatae in Ecclesia S. Petri sit annexa
obligatio solius celebrationis trium missarum in hebdo-
mada, non autem applicationis illarum pro anima
fundatoris.
XII Hic siquidem, si intendisset ut etiam ab officiante Capella-
niam fundatam in Ecclesia S. Petri
praescriptas missas pro ipsius fundatoris anima deberet
applicare, utique expressisset, ut expressit respectu
alterius Capellaniae; maxime cum in uno, eodemque
Testamento utramque Capellaniam instituerit; quod
cum non fecerit, videtur non habuisse intentionem
dictae Capellaniae officiantem obligare ad praescriptarum
missarum applicationem: Sicque dispositio
fuit omnino diversa; à diversis autem eadem non
potest fieri illatio, quia diversorum diversum debet
esse judicium arg. l. Inter stipulantem ff. de Verb.
oblig.

XIII Sed

XIII Sed quatenus etiam idem Fundator in mente habuisset injungere obligationem applicandi missas respectu utriusque Capellaniæ, cum eam quoad unam expresserit, non sic quoad alteram; apparet esse inferendum, respectu utriusque hujusmodi obligationem non existere; est enim Regula juris, quod propositum in mente retentum nihil operatur, ut Jurisconsulti utriusque prudentes ratiocinantur ex § Quidquid adstringendæ ff. de Verb. oblig.

XIV Quentque universaliter, non esse attendendam Testatoris voluntatem, quam ipse verbis non expressit, si non explicite saltem implicite: igitur Officiant. Capellaniam fundatam in Ecclesia S. Petri videtur non posse imponi onus missas applicandi pro anima fundatoris, cum hic nec syllaba quidem se expresserit in suo Testamento circa hujusmodi onus, loquendo de ipsa Capellania.

XV Præterea graves Doctores tradunt pro regula, quod, quando Testator in ordinatione Missarum facit mentionem de Ecclesia, in qua eas voluit celebrari, et nihil dixit de applicatione Sacrificij, censetur ejus mentem fuisse de augendo cultu illius Ecclesiæ vel de commoditate Fidelium audiendi Missam in illa; ita enim docet Tambur. in Opusc. de Sacrificio Missæ lib. 3. cap. 1. §. 1. n. 22. Marchinus de Ordine ~~....~~ part. 3. cap. 27. n. 5. et alij.

XVI Demum etiam in hypotesi, qua Fundator clare locutus fuisset de obligatione celebrandi missas et verbis dubijs se expressisset circa onus eas applicandi, adhuc videretur Capellanum posse verba dubia, et obscura interpretari in suum commodum, idest, quoad libertatem pro aliis missam applicandi; siquidem extat Regula 57. in 6.° his verbis concepta = contra eum, qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio facienda =

XVII Cujus quidem Regulæ verus, et legitimus sensus est, quod quando in contractibus, et alijs actibus, pacta, conditiones vel aliæ obligationes, quæ leges ad alterum obligandum per verba obscura, dubia, vel ambigua, apponuntur, interpretatio facienda est contra eum, qui hujusmodi leges apposuit, tum quia in obscuris minimum, idest minus gravans, et obli-

obligandi et sequendum, juxta Reg. 30. Juris in 6°.;
tum quia, qui legem dixit obscuram seu dubiam
non claram, et expressam dicere potuisset, sibi ipsum
debet imputare, et nemo sine fundamento certo
obligationis est illaqueandus:

XVIII Atque in L. 39. ff. de Pactis, expressum sic legimus = Ve:
teribus placuit, actionem obscuram, vel ambiguam
venditori, et qui locavit, nocere, in quorum fuit po:
testate legem apertius conscribere = et in L. 21 ibid.
de contrahenda emptione, loquitur formaliter = Labeo
scripsit obscuritatem pacti nocere potius debere ven
ditori, qui id dixerit, quam emptori; quia potuit,
re integra, apertius dicere =

XVIIII. Unde videtur posse, ac debere inferri, officiantem Capella:
niam fundatam in Ecclesia S. Petri habere sat
probabile, ac justum fundamentum, non credendi se obli:
gatum, ad ~~[illegible]~~ applicandas pro anima fundatoris
tres missas hebdomadatim celebrandas juxta expressam
ejus intentionem: cum ipse nihil expresserit de huju:
smodi applicationis obligatione; imo exprimendo talem
obligationem respectu alterius Capellae in eodem
Testamento institutae, judicari debeat, quoad hanc
non vero quoad illam Missarum applicationem in
mente habuisse, et requisivisse: et quatenus
etiam aliquibus verbis dubiis usus fuisset, quibus
tamen non fuit usus, circa ejusmodi onus appli:
candi missas, adhuc non teneretur ex principiis
generaliter allegatis, quae procedunt in casibus dubie:
tatis, et obscuritatis.

XX Procedunt tamen, regentque ut possint, ac debeant allegata
juris principia, axiomata, et regulae, nec non caetera
memorata motiva et rationes, pro casibus illis,
quorum circumstantiis prudentum judicio vere, ac
legitime sunt applicabiles. Nos opido, iisdem mini:
me obstantibus, pro nostri dubii rationabili, ac justa
decisione censemus, utrumque Capellanum in nostra
facti specie expressum, missas celebrare debere pro
anima fundatoris, sicque non solum teneri missas pra:
scriptas

simpliciter celebrare, sed eas teneri applicare pro ejusdem fundatoris anima.

XXI De Capellania Officiante Capellaniam fundatam in Ecclesia S. Pauli decisionem nostram esse veram, est luce meridiana clarius, cum clara nimis et expressa sit idcirco intentio, et voluntas fundatoris, utpote qui in ejus institutione disertis verbis praescripsit, quod tres Missae hebdomadatim celebrandae a Capellano, applicari debeant pro ipsius fundatoris anima; cum igitur nullum sit motivum, ob quod praetendi possit excusatio de adimplenda tali expressa voluntate, haec est omnino adimplenda tanquam ex undequaque possibilis, rationabilis, et justa.

XXII Quod autem procedat et subsistat nostra decisio etiam quoad Officiantem Capellaniam fundatam in Ecclesia S. Petri constat ex eo, quod Theologi, et Canonistae communiter doceant, quemlibet dantem Stipendium pro missa censeri velle sibi applicari fructum specialem Sacrificii, nisi expresse remittat ejusmodi applicationis obligationem, dicatque petere duntaxat Missae celebrationem pro commoditate Populi, vel cultu Ecclesiae. Sic enim docet Scotus quodlib. 20. §. De secundo potest ergo dici, Sylvester in V. missa num. 1. Cardinalis de Lugo De Sacram. Eucharistia Disp. 21. n. 23 et 42., et alij.

XXIII inter quos ex insignibus recentioribus Theologis Bordonus De Legatis pijs cap. 9. num 6.7. docet sic = Quod
" petatur Missa cum applicatione Sacrificij, quando petens
" non se declarat velle solum commoditatem audiendi
" missam, probatur, quia ex duplici capite tantum peti
" potest Missa, vel pro applicatione, vel pro commoditate
" primum cum se habeat per se, sequitur petitionem
" referendam esse ad applicationem, dum Sacrificium
" per se est institutum ad propitiationem, et satisfactionem: ergo non expressa commoditate, quae
" per accidens se habet et non ex institutione missam
" audiendi, cum id pendeat a praecepto Ecclesiae, sequitur
" omissa hujus expressione, peti Sacrificij applicationem;

XXIV. Tam

XXIV. Demque Bordonus clarius quoad nostrum propositum variar. Resol. part. 1. resol. 25. n. 4. favet his verbis = Sacerdos
„ obtinens Capellaniam, et reditus pro obligatione celebrandi
„ quotidie, licet de applicatione Sacrificij sibi non constet
„ adhuc tenetur applicare pro Datore Capellaniae = et idipsum
„ repetit part. 3. resol. 140. n. 6. ratiocinaturque = hoc pacto
„ Capellae cum onere celebrandi instituuntur ad duos prae:
„ cipue fines, ad Cultum Dei, et ad utilitatem Fundatoris:
„ ergo onus Missae refertur ad dicta duo; tum quia Fun:
„ dator praesumitur sibi voluisse conferre eo meliori modo
„ quo potuit: ergo voluit sibi Missam applicari licet id for:
„ malibus verbis non expresserit: quia Testatoris mens, et
„ voluntas dicitur expressa, et evidens, quando colligitur
„ ex conjecturis = licet, Imperator ff. de Legatis, Gobbat
„ consilio 68. part. 2: Unde Testatoris voluntas conjectu:
„ rata idem operatur quod expressa: tum quia major
„ pars Fundatorum in suis dispositionibus exprimunt
„ applicationem. Ergo si ab aliquibus omittitur, praesumitur
„ id per accidens evenisse, et ex inadvertentia seu negli:
gentia scriptorum = Hucusque laudatus Bordonus.

XXV. Ante ipsum id quoque habuit celeberrimus Canonista Fagnanus, qui in Cap. Significatum num. 29. de Praebendis sic scribit = Qui dant eleemosynam
„ pro Missa, licet aliud non exprimant, communiter
„ intendunt, ut Sacrificium sibi applicetur, idemque
„ intendunt Beneficiorum Fundatores, cum hoc sit
„ ejus utilius arg. l. 3. ff. de Testam. militari = et
paulo post subdit = Itaque hic casus solum fere
„ posset verificari, ubi Benefactores exprimerent
„ se nolle Sacerdotem obligare, nisi ad solam Missae
„ celebrationem; non autem ad illius applicationem,
„ quod fere vix unquam continget =

XXVI. Infertur itaque ex allegatis, et consimilibus Theologorum Canonistarumque doctrinis, tuto solum judicari ac credi posse, non esse obligationem applicandi Missam pro eam petente, ac dante eleemosynam, seu pro Beneficij, aut Capellaniae Fundatore Missas praescribente, quando expresse requirit solam cele:

bra:

brationem, utiturque verbis excludentibus obligationem
applicationis: quod si ejusmodi verbis exclusivis non utatur,
sed simpliciter petat, praescribatve Missas celebrandas,
* semper intelligendum sit, eandem applicationem facien-
dam esse pro dante eleemosynam.

XXVII Quatenus ~~[illegible]~~ igitur dubium idcirco occurreret, illud
resolvendum esset hoc ratiocinio: petens simpliciter
Missam, nulla facta mentione de applicatione, nec
quod velit eam pro se, nec pro alio, spiritualiter vult
ipse id, quod includit Missa; non enim petit verbum
sine re, sed rem ipsam petit per eam vocem: sed
Missa includit Sacrificium, quod est potissimum in
ea, in qua intenditur: ~~[illegible]~~ ergo petit Sacrificium
sibi applicandum, aut alteri, pro quo petitur Missa:
igitur petens simpliciter Missam, ex quadam ne-
cessaria consequentia petit applicationem Sacrificij,
quod sine Missa non fit, et cum sola Missa fit;
nec potest credi, quod sit contentus sola Missa celebra-
tione, nisi utatur verbis formaliter, aut virtualiter
exclusivis applicationis ejusdem Missae.

XXVIII Necessario proinde infertur quod officians Capellaniam
a nostro fundatore institutam in Ecclesia S. [illegible]
tres Missas ab eo hebdomadatim celebrandas applicare
omnino teneatur pro anima ipsius fundatoris: hic
enim, etsi simpliciter praescripserit, Capellanum
fore obligatum ad hebdomadatim celebrandas dictas tres
Missas, quin ullam mentionem expressam fecerit
de illarum applicatione; cum tamen non dixerit, ipsum
Capellanum fore obligatum ad duntaxat celebrandas
easdem Missas, minusque adjecerit, eundem Capellanum
non esse obligatum ad illas Missas applicandas pro anima
ipsius fundatoris; evidenter consequitur, voluisse
dictum Capellanum obligare, non solum ad simplicem
Missarum celebrationem v. g. pro Populi commoditate
vel cultu Ecclesiae, sed etiam ad earundem Missa-
rum applicationem, faciendam pro anima ejusdem
fundatoris.

XXIX Immo cum idem fundator, instituendo Capellaniam in Ecclesia
S. Pau

S. Pauli, expresse voluerit ut Missæ applicari deberent pro ejus anima, idipsum censetur esse satis expressum etiam quoad Missas Capellaniæ fundatæ in Ecclesia S. Petri; [illegible] quia respectu harum nullam fecit mentionem de Populi commoditate, aut de Cultu Ecclesiæ, unde argui posset solam celebrationem, non autem applicationem requisivisse: Siquidem posterior expressa determinatio de Missarum applicatione vim habuit tam quoad Missas Capellaniæ Ecclesiæ S. Pauli, quam Capellaniæ Ecclesiæ S. Petri, ergo de jure eadem determinatio respiciens plura determinabilia, ea aequaliter determinat, Glossa hoc jure ff. de Vulg. et pupill. subst. cum concordantibus.

XXX. Non ergo subsistunt argumenta in contrarium praecedenter allegata, cum ex rationibus, et doctrinis adductis pro firmo, ac stabili fundamento nostræ decisionis, evidenter constet fundatorem in nostro casu respectu utriusque Capellaniæ requisivisse Missarum applicationem non solum ob rationem, quod qui petit Missæ celebrationem, etiam Sacrificii applicationem de jure intelligitur petere, nisi expresse ipsam applicationem excludat, quod certe non fecit noster fundator, sed etiam ideo, quia in eodem Testamento fundavit Capellaniam in Ecclesia S. Pauli expresse requirendo Missarum applicationem, quæ omnino referri debet etiam ad Capellaniam [illegible] priori locutione fundatam in Ecclesia S. Petri; unde sequitur, quod obligatio applicationis expresse in Capellania sequenti, sit intelligenda etiam de Capellania antecedenti, ex juris Regula quæ ait aequalitatem unius extremi esse referendam ad omnia praecedentia, cum quibus nulla est diversitas.

XXXI. Quamobrem inapplicabilis est hic illa Juris Regula = contra eum, qui Legem dicere potuit apertius, est interpretatio facienda = ; quamvis enim, juxta hactenus dicta in ambiguis contra proferentem interpretatio facienda sit: tamen ubi de mente illius certa, vel verisimilior

milior notitia habetur, juxta eam procedendum est; ideoque in nostro casu procedit Regula 45, juris in 6°, quae sic sonat = Inspicimus in obscuris, quod est verosimilius vel quod plerumque fieri consuevit = Cujus Regulae sensus est iste: Quandocumque vera intentio, mens, et voluntas statuentis, agentis, contrahentis, testantis, disponentis aliunde certo, vel sufficienter non apparet, illud sequendum, judicandum, ac tenendum est, quod prudenter, et aequo animo consideratis considerandis, ad cognoscendam veritatem servientibus circumstantiis, veritati magis consentaneum, seu conforme apparet: vel, quod in hujusmodi de quibus quaeritur actibus, seu dispositionibus, communiter, et ordinarie fieri solet.

XXXII Cum autem, ut jam dictum, atque probatum est, non modo sit verosimile, veritatique magis consentaneum, ac conforme appareat, sed tanquam verum, ac certum haberi debeat nostrum fundatorem intendisse, ut etiam missae praelibatae respectu Capellaniae fundatae in Ecclesia S. Petri pro ejus anima, sint applicandae, inerit a Capellano observandum ut suae satisfaciat stricta obligationi, non attentis motivis et praetextibus in contrarium praedictis, veluti inanibus, et inapplicabilibus casui, de quo agitur.

I Quod attinet dubium super altera facti specie propositum quid, nempe agere debeat Benignus Sacerdos, ut sit securus in conscientia? Videtur respondendum eum in conscientia esse securum si singulis diebus festivis de praecepto Missam personaliter celebret in Sacello Capellaniae, quam possidet, cum secundus, tertius, et quartus Capellanus per annos sexaginta nonnisi diebus festivis de praecepto celebraverint.

II Fundator enim, qui Missarum celebrandarum numerum non determinavit, sed se remisit commoditati Capellani pro tempore extituri videtur non imposuisse onus missae quotidie celebrandae; alias verba illa in facti specie

specie relata, nihil operarentur: ideoque quoad Missarum numerum ambigua, et dubia remansit ejusdem Fundatoris intentio, ac voluntas: ubi autem agitur de interpretanda dubia voluntate alicujus Testatoris, vel Fundatoris defuncti, attendenda est consuetudo, quæ sicut cujusque Legis optima, ita et ejusmodi voluntatis optima censetur esse interpres.

III Profecto quod dubia voluntas Fundatoris recipiat declarationem, et interpretationem ab usu, quam præterit Capellani servarent in celebratione Missarum docent graves Authores, id enim tradit Tamburinus de Sacrificio Missæ lib. 3. cap. 7. §. 1. Gobat in Theologia Experimentali Tract. 3. num. 514. et Pellizzarius in Manuali Regularium Tract. 5. cap. 9. n. 92.

IV Accedit communis jurisprudentium doctrina asserentium posse dari præscriptionem contrariam voluntati Testatoris, seu Fundatoris, quando præscriptio est longissimi temporis, ut ostendit Cæsar de Graminellis decis. 180. a num. 20. et seqq.; cum igitur usus, et consuetudo in nostro casu per annos sexaginta extiterit, quod Capellani festivis tantum diebus de præcepto Missam celebraverint in Sacello fundata Capellania, de qua agitur; numerus Missarum à Fundatore non determinatus, videtur satis fuisse definitus à relato usu et consuetudine, juxta quam satis erit Missam celebrare illis diebus festivis de præcepto, idque faciens Benignus Sacerdos erit securus in conscientia.

V Præfatis tamen motivis minime obstantibus, nos propositum dubium decidendo, censemus, Benignum Sacerdotem, ut sit securus in conscientia, non tantum diebus festivis de præcepto, sed teneri ad personaliter celebrandam missam pro anima fundatoris singulis illis diebus, quibus ob aliquod legitimum impedimentum non detinetur ~~[illegible]~~ ut in infirmitate ~~[illegible]~~ vel causa majoris devotionis existendæ semel in hebdomada

~~[illegible]~~

VI. Nam, cum reliquerit Fundator redditus annuos quatuor centum pro Missarum celebratione, censeri debet voluisse, ut Missa celebraretur singulis diebus pro anima sua; haec siquidem est universalis consuetudo totius Orbis Christiani, quae in similibus Capellanijs viget et quae venit observanda, ut ostendit Abbas in Cap. Certificari, de Sepulturis; Cardinalis Mantica de Conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 8. num. 7.

VII Cum igitur ipse noster Fundator expresse requisiverit, ut Capellanus Missam celebret pro anima sua singulis diebus, id erit omnino observandum a quolibet Capellano pro tempore existente, quin ab hujusmodi onere se possit excusare praetextu alicujus contrariae consuetudinis, quae abusus debet appellari, aut praetextu illorum verborum = quibus ipsi commodum erit =. haec enim verba referenda sunt dumtaxat ad casum infirmitatis aut alicujus alterius legitimi impedimenti, quo detinerentur Capellani, aut etiam ad causam majoris devotionis vel decentiae, quia in similibus casibus ex usu hominum loquendi et sensu Doctorum Capellani non dicuntur habere commodum celebrandi.

VIII Sic cum alijs ~~[illegible]~~ Menochius cons. 2. n. 10. cons. 351. n. 14 et late Barbosa de Dictionibus usufrequentibus dictione 269. num. 10. Immo est Regula a ~~[illegible]~~ recepta, quod voluntates defunctorum sint intelligendae juxta voluntatem viventium; viventes autem sentiunt, ut Capellani beneficiati, cessante legitimo impedimento infirmitatis, vel alterius gravissimae causae, teneantur celebrare quotidie, si in Beneficij institutione requisita fuit celebratio singulis diebus facienda, ut bene advertit citatus Barbosa

Barbosa, de jure Ecclesiast. Universo lib. 3. cap. 5. n. 34.
ubi unum diem excipit in quacunque hebdomada
pro honestate, et majori reverentia Sacrificij tantum.

IX Sed quamvis etiam noster Fundator numerum Missarum annuatim celebrandarum verbis dictis remisisset libero arbitrio, ac voluntati Capellanorum pro tempore existentium, tale liberum arbitrium et voluntas ad terminos juris, et ad limites justitiae foret reducenda ut insinuat Menochius cons. 226. num. 3.; jus autem, et justitia postulat, ut ubi Fundator reliquit annuos redditus correspondentes quotidianae celebrationi Missarum, haec judicanda sit quotidiana; ideoque recte infertur, quod Benignus sacerdos, ut sit tenens in conscientia, non tantum diebus festivis de praecepto teneatur Missam celebrare pro anima Fundatoris, sed etiam omnibus illis diebus, quibus aliquo legitimo impedimento non detinetur, aut quibus ob causam decentiae majorisque devotionis feriare intendit cum modulo a Doctoribus approbato.

X Constat itaque, quod etsi noster Fundator in institutione Capellaniae dixerit, quod sacerdos, qui pro tempore illam possidebit cum assignatis proventibus annuis ducatorum centum, singulis diebus, quibus ipsi commodum erit, personaliter celebret Missam pro sua suorumque parentum anima; videatur numerum Missarum celebrandarum reliquisse Capellanorum commoditati; praesumitur tamen voluisse, ut hujusmodi commoditas non esset omnino libera, et absoluta, quin potius esset regulata a jure, et prudentum judicio, et per consequens inferendum est, eundem Fundatorem intendisse, ac voluisse, ut demptis diebus, quibus Capellani aliqua infirmitate, aut alia necessitate forent impediti, singulis alijs tenerentur Missam celebrare et applicare pro anima Fundatoris, praeterquam si etiam semel in hebdomada feriarent majoris causa devotionis, aut decentiae, seu reverentiae.

XI. Non

XI. Non igitur vim habet, nec potest habere asserta contraria consue-
tudo celebrandi diebus tantum festivis de praecepto per
annos sexaginta sub tribus Capellanis, et prius celebrandi
bis et aliquando ter in hebdomada, ut observavit primus
Capellanus. Nam omnes Canonistae tradunt pro regula,
quod nulla consuetudo, nullaque praescriptio possit introduci
contra non valentem agere. Noster autem Fundator, tanquam
defunctus, contra Capellanorum suorum arbitrium male regu-
latum, sibique praejudiciale, agere non potest, ideoque contra
ejus voluntatem, juris principiis innixam, et declaratam
consuetudo introduci non potuit.

XII Nec etiam alicujus ponderis contenda est, ut jam innuimus, ratio
desumpta ex illis verbis = quibus ipsi commodum erit = per
quae Capellano pro tempore existenti videtur remissa facultas
circa numerum Missarum. Nam ex illis verbis nequit
inferri totalis Capellanorum libertas quoad numerum Missarum
ita ut ad eorum beneplacitum et non ultra sint Missae
celebrandae, siquidem ipsa verba sunt declaranda, et inter-
pretanda juxta mentem ejusdem Fundatoris, qui vere, et
proprie voluit Capellanos fore obligatos ad quotidie
celebrandum nec a celebratione unquam posse cessare,
nisi essent detenti impedimento aegritudinis, ob quod
commodum illis non esset celebrare, aut semel in
hebdomada majoris causa devotionis, reverentiae, seu
decentiae.

XIII. Quod si noster Sacerdos Benignus tam delicatae esset con-
scientiae, ut eam non satis tutam existimaret, nisi
super suo dubio audiat determinationem proprii Episcopi
ad eum poterit recurrere, suamque declarationem
audire, quam credimus debere esse conformem
nostrae decisioni.

Pro Congreg.e diei 28. Augusti 1760. X

Casus I.

Caecilia, cum qua Sivius Sponsalia contraxerat, remque carnalem habuerat, ab Eppo obtinuit sententiam favorabilem contra illum de [illegible] inire matrimonium; Sivius tamen appellavit ad Nuncium Aplicum; et quia interea tentabat matrimonium contrahere cum Formosa, ab eodem Nuncio super Caeciliae instantia fuit latum, et Sivio intimatum interdictum, ne pendente appellatione quicquam innovaret sub poena nullitatis; sed nihilominus ipse Sivius cum Formosa, Parocho falsis attestationibus decepto, matrimonium celebravit, et consumavit. Unde quaeritur

Dubium: an hoc matrimonium sit validum?

Casus II.

Silvia matrimonium contraxit cum Caio, qui bimestre post abijt, quia per annos decem fuerit in Patriam reversus, Silvia interea ex Dorio, cum hoc matrimonium contraxit, postquam falsas de morte mariti Caij probationes fecisset, remque aperit confessario. Unde quaeritur

Dubium: quomodo cum ipsa se debeat gerere Confessarius.

Mem. I

Aliqui ex hic praesentibus venerandis Viris ~~[illegible]~~ meminerint nos in Congregatione habita ~~[illegible]~~ die 9 Junii anno 1742 proposuisse casum ~~[illegible]~~ in substantialibus consimilem priori ~~[illegible]~~ ex duobus casibus propositis pro hodierna Congregatione, nostramque decisionem tunc fuisse pro invaliditate matrimonii, quod appellans contraxerat in spretum Inhibitionis a Nuncio Apostolico lati, eique appellanti intimati, continentis poenam nullitatis, seu decretum irritans matrimonium quod pendente appellatione ~~[illegible]~~ ~~contraheretur~~ contraheretur.

II Conti:

II Consimilem, inquam, casum [illegible] voluimus exponere, ut quisque noverit ex iis, quae leguntur in Cap. V. Lib. 12. De Synodo Diœcesana, opere vere aureo, paucis ab hinc annis impresso sub Nomine Summi Pontificis Benedicti XIV., non debere, nec posse prudenter inferri, nostram illam decisionem ~~fuisse~~ (aliis versantibus sive jus positivum, et non ipsa jus naturale) praecipitanter prolatam, neque pro erronea esse considerandam, sicut nec pro tali fore habendam responsionem consimilem, quam super priori ex dubiis hodiernae Congregationis proferreremus.

III Nam, quod nullum, ac invalidum sit matrimonium ab appellante in causa sponsalium contractum contra interdictum, seu inhibitionem latam ab Ecclesiastico (etiam Papa inferiore) Judice, eidemque appellanti intimatam, ne appellatione, causaque pendente audeat sub poena nullitatis matrimonium contrahere cum quacunque alia, ac, si non obstante tali interdicto contractum fuerit, nullum, ac invalidum sit, ne sponsa collitigans, si matrimonium sic contractum valeret, pateretur ~~gravissima~~ gravia damna irreparabilia, sequerenturque alia absurda, ut scandala, inimicitiae, odia ac vindictae inter respectivas collitigantium familias: quod nullum, inquam, ac invalidum sit ejusmodi matrimonium, firmiter judicarunt, ac docuerunt Doctores gravissimi.

IV Hujus enim sententiae fuit Cardinalis Paulus qui Lib. 4. Consil. 59. num. 13. [illegible] consimili nostro respondit sic = Matrimonium tunc [illegible]

secundum valet, etsi contractum pendente lite s. 12.
primo, quia nulla praecessit Inhibitio =; scili:
cet, nec pura, et Simplex, quae reddidisset ~~tan:~~
duntaxat illicitum secundum matrimonium. nec
inhibitio cum Decreto irritante, seu prohibente
sub poena nullitatis, contra quam matrimonium
contractum fuisset invalidum, et non tantum
illicitum: Igitur citatus Cardinalis senserat
quod si praecessisset Judicis inhibitio irritans,
irritum, ac invalidum fuisset secundum matri-
monium in illius spretum contractum.

V. Eximius Advocatus Hieronymus Gigas, qui Venetijs
floruit praefato saeculo ~~[illegible]~~ Consilio 41. num. 7.
loquens de secundo matrimonio, quod Nobilis
Vir Petrus Maurocenus contraxerat, pendente
lite coram Patriarcha Venetiarum super primo
quod inierat cum Nobili muliere Paula Zane
concludit, secundum matrimonium non posse dici
invalidum propter inhibitionem ejusdem Patri
archae irritantem quodcunque matrimonium,
quod idem Petrus Maurocenus, pendente lite
super primo matrimonio, cum alia contraheret,
quia ipsa inhibitio eidem Petro Mauroceno
fuerat intimata duobus diebus postquam con:
traxerat dictum secundum matrimonium.
Igitur ipse celebris Advocatus a contrario infert
quod, si praefata inhibitio praecessisset secundum
matrimonium, hoc, tanquam impedimentum
dirimens, reddidisset nullum, ac invalidum.

VI Doctissimus Caramuel in sua Theologia Fundamen
tali num. 924. loquitur sic = Cum quid pro:
„hibetur, nimirum prohibitione dirimente, et
ex nullitate, prohibentur, annullanturque omnia
quae necessario sequuntur ex illo =: et num 938.
~~[illegible]~~ loquens specialiter de prohibitione
matrimonij

matrimonij facta per competentem judicem Ecclesiasticum ita subdit = Ut rem intelligas adnota: duas dari prohibitiones, alteram interdicentem, alteram annullantem. Hanc veritatem saepius debui notare, est enim valde necessaria, cujus, ut video, ignorantia aut neglectu multi errores committuntur interdum. Contra ex actione interdicta, non semper, quod saepius fit, interdictum est. Et nulla tamen semper est nullum. Primi generis sunt multa matrimonia illicita, sed valida. Posterioris invalida, et illicita.

X Iterum iste Auctor docet, matrimonium esse irritum et nullum, quando praecessit judicis prohibitio, ne fieret sub poena nullitatis, et per consequens interdictum sub. Ecclesiastici cum clausula irritante esse impedimentum dirimens matrimonium, dummodo tale interdictum emanaverit ob causam necessariam, videlicet damnorum alit. irreparabilium, non autem duntaxat ob causam temporariam.

VII. Haec etiam fuit sententia insignis Theologi Basilij Pontij, Ordinis S. Augustini, primaria cathedra Theologica per plures annos Professoris in celeberrima Universitate Salmanticensi, qui Lib. 6. de Matrim. Cap. 7. postquam n°. 13. loquutus fuisset sic = De eo igitur, an valeat matrimonium post

X interdictum contractum, varie Doctores sentiunt et satis obscure loquuntur, a quorum opinionibus recensendis abstineo, meam breviter, et distincte proponens. Imprimis, si interdictum matrimonij ineundi simplex sit, et sine clausula, quae irritum reddat matrimonium post contractum, matrimonium initum valet. Communis hic sensus Doctorum est, expressaque decisio Benedicti Pontificis in Cap. 2. de Matrim. contr. cont. interdictum Ecclesiae, et habetur in Appendice Concilij Lateranensis sub Alexandro III. part. 1. cap. 8. 16.

ibi enim in fine haec habentur = si et enim contra
Interdictum Ecclesiae ad secunda vota transire nequa-
quam debuerit, conveniens non videtur ut ob id Aliem
sacramentum Conjugii dissolvatur. Alia enim poena
debebat eis imponi, quod contra prohibitione Ecclesiae
hoc fecerint =

VIII Postquam, inquam, sic num. 13. loquutus fuisset, deinde
num. 5. ibidem subjungit = At si eo interdicto va-
prohibitione addi beatur clausula irritans, existimo,
nullum esse matrimonium post contractum: adquod
venien[illegible] sive causa sit generalis, sive perpetua
sive clausula irritans sit generalis, qua irritum red-
datur, quidquid [illegible] fuerit attentatum, sive sit
clausula specialis mentionem faciens matrimonii.
Quamvis enim in eventibus distinguant Doctores
nonnulli, et inter eos Thomas Sanchez lib. 7. disp. 2
conclus. 13. et 4. Ego tamen nullam invenio diversi-
tatis rationem = Hucusque ~~[illegible]~~ praelaudatus

IX. Pontius Tondutus citavit, et sequutus fuit Cap.
Hunc autem Tondutus citavit, et sequutus fuit Cap.
73. de Sententiis, num 39. ita scribens = Ve-
rum quidem est, quod absque discussione validitatis
vel invaliditatis matrimonii primo loco celebrati
procedi posset ad cassationem, et annullationem
secundi in praejudicium ~~[illegible]~~ litis pendentis
* contracti quando praecessisset prohibitio cum decreto
irritante, ut probatur per textum in Cap.º Licet ra-
ternitas, de Sponsa duorum, et per alia sacra,
quae bene deducit Basilius Pontius de Matrim. lib.
6. cap. 7. num. 5. et seqq. et probat etiam [illegible]
in dictum Cap.m Licet fraternitas = [illegible] Tondutus.
X Ejusdemmet sententiae fuit Joannes Clericatus, inte
gris Canonistae tam in [illegible] quam in [illegible]
[illegible] [illegible]

qui initio hujus saeculi, tanquam Vicarius Generalis
Episcopi Patavini, eam in Suis Decisionibus pro
Clero Patavino proposuit. Nam Decis. 38. de
Sacramento matrimonii num. 2., postquam retulisset Cap. Tua Fraternitas. De Sponsa duorum, statum
quaestionis exposuit his verbis = Qua secretali
tenenta disputent Canonistae, an iudex Ecclesiasti-
" cus, coram quo pendet causa super Sponsalibus, in-
" tis per verba de futuro, quorum executionem
" unus Sponsus postulat, alter vero negat, et eam im-
" pugnat; an, inquam, ipse iudex interdicere possit
" parti neganti se sponsalia de futuro contraxisse, se
" ad ea exequenda obligatam esse, ne pendente cau-
" sa audeat cum quacunque alia persona matri-
" monium inire sub poena nullitatis: et casu, quo
" inobediens sit, et contrahat cum alia per verba de
" praesenti, matrimonium hoc sit nullum, irritum
" et inane, et tanquam tale ab eodem iudice possit
" declarari. = His terminis quaestione, quae est eadem
XI Proposita in hoc a nobis proposita, refert deinde funda- XII
menta, et rationes tam sententiae affirmativae,
quam sententiae negativae, et respectivas
X responsiones, solutionesque; ac tandem num. 21.
suam profert decisionem his verbis = Quapropter
" dicendum est, interdictum iudicis relaxatum
" cum decreto irritante, et sub poena nullitatis ...
" collitigans interim ineat conjugium cum tertia per-
" sona, esse impedimentum dirimens, habens ...
" ... irritum, ac invalidum ipsum conjugium
" quando judex illud relaxavit ob aliquam urgen-
" tissimam causam, qualis est ... defloratio
" Sponsae nobilis, cum qua ortum est litigium, ...
" cujus honor aliter ... non ...

„ in uxorem accipiat, praesertim si ex ea genuisset prolem.

XII. Quamvis autem in nostro casu exposita non sit circumstantia nobilitatis Sponsae, supponendum tamen est, quod Nuncius Apostolicus ex instantia Caeciliae, et ex Actis Dioecesis ad se in Appellatione delati, talem justam, ac urgentem causam recognoverit, propter quam merito, ac legitime devenerit ad Interdictum irritans matrimonium, quod Sponsus pendente appellatione, contrahere attentaret cum quacunque alia; hujusmodi enim justa, urgensque causa potuit esse nedum nobilitas Caeciliae Sponsae, a Sponso defloratae, sed etiam jam exorta inter utriusque Sponsi familias gravia odia, quae, nisi inter ipsos sequatur matrimonium, parere possent perpetuas inimicitias, hostilitates, et vindictas, fors etiam cum effusione sanguinis.

XIII. Hujusmodi enim urgentissima causa vel ex se sola videtur [illegible] esse fundamentum sufficiens ad judicandum, sicut judicarent pro laudati gravissimi Authores, quod in quovis competente judice Ecclesiastico, et multo magis in Episcopo, Archiepiscopo, et Nuncio Apostolico resideat potestas ferendi pro causarum exigentia, et necessitate non solum Interdictum impediens, sed etiam dirimens matrimonium pendente appellatione contrahendum; multum enim exarsit, et crevit a [illegible] [illegible].

ad pacem et tranquillitatem fidelium; ad vitanda majora scandala; ad praecavenda irreparabilia sponte destinata seu etiam praegnantis damna; nec non ad sedandasve gravissimas inimicitias, ut praefata potestas reperiatur etiam in superioribus ecclesiasticis Praelatis Papa inferioribus; cum non semper ad Papam fieri possit recursus in tempore opportuno, semperque in talibus casibus periculum sit in mora.

XIV. Nec solum validissima ista ratione, gravissimorumque praefatorum Doctorum authoritate communita est sententia, affirmans nullitatem matrimonii contracti [illegible] contra Judicis interdictum irritans in circumstantiis appellationis pendentis, et concurrentis urgentissimae causae; sed conformis est etiam toti juri Canonico, et Civili, praecipientibus, esse irritanda, et retractanda omnia attentata commissa, lite pendente contra Judicis interdictum, ut inter alia videre est in Can. Non solum. De appellationibus in 6.° in l. final. Ne quid in loco publico et in l. qui vetante ff. de re judicata.

XV. Potissimum autem contrariae sententiae fundamentum consistit in hoc, quod unum ex 4 impedimentis tantaxat impedientibus sit Vetitum, ut constat ex illo versiculo: Sacratum tempus, Vetitum, Sponsalia, Votum; videlicet votum simplex solemne; sub nomine autem Vetiti intelligitur quodcumque interdictum, quomodocumque concessum a Praelatis Papa inferioribus; nam quod Papa possit ferre etiam [illegible]

pari

particularia dirimentia matrimonium contrahen-
dum, tam in casu pendentis, quam non pendentis
appellationis super matrimonio, vel super Spon-
salibus praecedenter initis, concorditer affirmant

XVI omnes Theologi et Canonistae.

Et revera si percurrere, et bene consideramus
versiculos illos, continentes omnia impedi-
menta dirimentia jure introducta [illegible]
recepta, qui sunt sequentes

Error, Conditio, Votum (: idest solemne) Cognatio, Crimen,
Cultus Disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas,
[illegible]
[illegible] Parochi [illegible]
[illegible]

Praeterito inter haec [illegible]
non [illegible] Vetitum seu [illegible]
[illegible]
ac [illegible]
[illegible] nullus [illegible]
[illegible] aut [illegible] Apostolicus [illegible] introducere
illum [illegible]
[illegible]

[illegible] enim [illegible]
[illegible] Episcopus et [illegible]
[illegible]
postea tamen Summi [illegible] Pontifices
[illegible]
[illegible] Patriarchis [illegible]
facultas [illegible] instituere ac [illegible]
ipsa impedimenta dirimentia; quia et valde
[illegible] hoc negotium [illegible] ex quo gravissima
[illegible]; quemadmodum [illegible]
[illegible] tom. 5. in 3. part. [illegible]
n. 5. [illegible], ac [illegible] omnium Theolo-
gorum, et Canonistarum sententia.

XVII

XVII. Quamobrem Summus Pontifex Benedictus XIV de Synodo Dioecesana lib. [illegible] num. [illegible] = Neque in [illegible] potestate est novum statuere impedimentum dirimens, quod a solo summo Pontifice potest induci; et allegata doctrina Sanchez, et [illegible], adjungit [illegible] eadem Sacra Congregatio definivit [illegible] matrimonium celebratum coram Parocho cui ab [illegible] generatim interdictum ne matrimoniis [illegible]

= Congregatio [illegible] respondit valere matrimonium contractum coram Parocho cui interdictum est [illegible] ne interveniat [illegible] enim de [illegible] est vere Parochus [illegible] loquuntur.

XIX. [illegible] n.° 3. inquit sic = Aliud [illegible] de matrimonio celebrato contra interdictum [illegible] munitum Decreto irritante [illegible] maxime [illegible] prohibitio sive decreto [illegible] impediens [illegible] impedimentum [illegible] matrimonium: quamobrem Alexander III. in [illegible] Ex [illegible] de matrim. contrac. con. interdictum [illegible] matrimonium [illegible] nullo [illegible] inhibitionem [illegible] contra [illegible] vel a contrahentium [illegible] cum alia [illegible]

X

XX. Dicimus autem ex praedictis [illegible] solum Summum Pontificem [illegible] non vero [illegible] ejusdem [illegible] novum statuere [illegible] constitutionem [illegible] quod nullum sit [illegible] matrimonium celebratum contra interdictum et munitum decreto irritante; non tamen constat, quod validum fore matrimonium contractum contra interdictum [illegible] Nuncio Apostolico, [illegible] decreto irritante, matrimonium, quod [illegible] contra [illegible]

XX

[illegible] responsioni [illegible] data a [illegible]

XX

nullo

XX

contra quem esset latum.

XXI. Quin potius ex allato exemplo Alexandri III. in Cap. ex literis, contrarium videtur debere concludi;
Ideo enim Papa in eo casu pronuntiavit validum matrimonium initum contra Episcopi inhibitionem quia haec fuerat simplex, non autem continebat decretum irritans: igitur, argumento ducto a contrario, quod in jure est legitimum, si Episcopi inhibitio fuisset cum decreto irritante, Papa invaliditatem pronunciasset matrimonii contra talem inhibitionem initum. Ob eamdem rationem simplicis inhibitionis Episcopalis declarantur valida etiam matrimonia, de quibus loquuntur caetera capitula sub Rubrica De Matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiae; quia nempe interdictum fuerat simplex.

XXII. Si autem in contrarium urgendo dicatur ex illis Bened. XIV. verbis — Aliud autem de matrimonio celebrato contra interdictum Papae munitum decreto irritante —, inferri debere, Episcopos non habere nullo casu potestatem ferendi hujusmodi interdictum.
Respondemus id absolute ac simpliciter non posse inferri; dum enim affirmat Papam habere talem potestatem, Episcopis non negat; negat tantum Episcopos habere potestatem introducendi [illegible] dirimentia vigore nova impedimenta alicujus Constitutionis Synodalis, vel Edicti generalis: ex hoc autem non infertur, quod Episcopi non habeant potestatem ferendi Interdicta matrimonium dirimentia, pro causarum apud ipsos pendentium urgentissima exigentia, id est in illis suppositionibus, in quibus procedit tot Theologorum et Canonistarum doctrina.

XXIII. In hujusmodi enim suppositionibus Praelatus Papa inferior ferendo Interdictum irritans, non se gerit tanquam inductorem, et in [illegible]

alicujus [illegible]

Et tu quoque [illegible] pro illius in casu resolutionis facta a Papa [illegible]

alicujus novi impedimenti dirimentis: sed habet se tan=
quam simplicem ministrum, custodem, et executo=
rem Sacrorum Canonum. Sic loquuntur eximii Docto=
res, quorum doctrinas allegavimus; quia censent judi=
cem Ecclesiasticum ex antedictis suppositionibus,
ferendo sententiam irritans, operari vigore Can[onum]
Videtur nobis Can: 33. quaest. 6. in quo Coelestinus XXV
Papa Archiepiscopo Florentino respondit sic = Vide=
= tur nobis, quod secunda, (: idest mulier:) quam contra
prohibitionem Ecclesiae duxit, non sit uxor, etiam
si primam non haberet desponsatam. (: idest per
* verba de praesenti, sed tantum de futuro:). Nam
quod contra interdictum, (: idest irritans:) et
ordinem Ecclesiae factum est tanquam inordina=
tum, ratum non haberi tam divina, quam hu=
mana legis proclamat auctoritas. Quia igitur
ea, quam inordinate superduxit, prohibitione
renitente, (: idest renitente irritando:) uxor
non est, cogendus est eam recipere, quam jura=
vit, et desponsavit, (: idest per verba de futuro:)
et ex ea prolem genuit, ut juramenti religio XXV[I]
non vilipendatur et fides ad invicem promissa
servetur, et proles in cultu Dei nutriatur, et e=
X ducetur, et a[b]eis proxime pejerandi occasionem, et
alias decipiendi, assumendae non valeant –
XXIV. Talem potestatem in judicem Ecclesiasticum eidem
eximii Theologi et Canonistae sustinent desumendam
quoque a Cap. Sua fraternitas. De sponsa duorum
~~[illegible]~~ in quo Alexander III
Archiepiscopo Panormitano rescripsit sic – ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ quod si De his vero, qui
coram eo super desponsatione facta per consensum
mutuum [illegible] controversiam moverint, et qu[illegible]
[illegible] per [illegible] quam ante sententiam, vel litis
tionem causa ad Sedem Apostolicam [illegible]

unt alias in uxores: Hoc arbitramur generaliter, ut si in isto in tali casu duxerit aliquis [illegible], ejus [illegible] nuptias in perpetuas ipso facto irrito irritanda; ne ante desponsationem causa alium contrahant matrimonium. Et si contra interdictum Ecclesiae (videlicet irritans) publice factum, venire praesumpserint, matrimonium tam praesumptuose contractum potest irritare; ipso facto irritum [illegible].

XXV. Circa sensum tamen hujus Decretalis Benedictus XIV in citato Num. 3. Capitis V. Lib. 12 de Synodo Dioecesana, loquitur sic: "Dico: Si licet Pontifex (scilicet Alexander III, de quo ibidem paulo ante) in Cap. Ex
" fraternitas. De Sponsa duorum irritum declarat matri-
" monium antea initum, sed nondum carnali copula con-
" summatum, non ideo sequentem matrimonium irritum
" dixit, quia esset celebratum contra Episcopi interdictum,
" sed quia ei aliud obstabat matrimonium; quod licet
" tantummodo ratum adhuc tamen induxerat impedimen-
" tum dirimens alterius matrimonii postea attentati:
" quod integram decretalem legenti manifeste erit,
" ponderatque (scilicet) in cap. de muliere de Matrim.
contract. contra interd. Ecclesiae."

XXVI. Verum quamvis integram decretalem legenti non sit manifestissimo patere, quod Alexander III non ideo secundum matrimonium irritum dixerit, quia fuit celebratum contra Episcopi interdictum, sed quia ei obstabat praecedens matrimonium ratum tanquam impedimentum dirimens; cum ex illa Decretali, a nobis jam jam recitata de verbo ad verbum, profecto non videtur id posse inferri. Papa enim in parte dispositiva et conclusiva ejusdem Decretalis loquutus fuit sic: "Et si contra interdictum Ecclesiae publice factum venire praesumpserint, matrimonium tam praesumptuose contractum potest irritare; ipso facto irritum et omnes favoribus [illegible] [illegible]

declarare.
XXVI. Igitur tota vis declarandi nullum secundum matrimonium fuit reposita in Interdicto Giulelie irritante publice facto, praescindendo, prout praescindendum erat, an praecedens matrimonium ratum esset vel non esset invalidum; Papa igitur non dixit, nec potuerat determinate dicere, praecedens matrimonium ratum revera fuisse validum, et potuisse impedimentum dirimens respectu secundi matrimonii; quia de praecedenti matrimonio rato in ipsa Decretali sequuntur formalia verba hec: controversiam movent et ea actione pendente, quam ante sententiam vel cognitionem causae ad Sedem Apostolicam interposuerunt. Cum itaque in casu ipsius Decretalis non agatur de praecedenti matrimonio rato, cognito, et declarato ut valido, sed e contra de controverso, et litigioso, appellatione interposita, et pendente apud Sedem Apostolicam: debet inferri, quod secundum matrimonium fuerit declaratum irritum non ob praecedens matrimonium ratum controversum, sed praecise ob irritans Giulelie interdictum, prolatum, et publicatum pendente ut supra appellatione super primo matrimonio rato litigioso.

XXVII. Quod si [illegible] inspiciatur ipsa intelligentia eiusdem illius Decretalis Tua fraternitas, plurimum dissuadet, immo contra tenor expressus [illegible] et [illegible] textus verba adversum recitat Canonis Videtur nobis Cau. 35. quaest. 6.; ex eo enim manifestissime constat, quod verum Gloriatus [illegible] 36. de Matrimonio num. 9. ~~[illegible]~~ post relationem [illegible] totum ipsum Canonem, affirmat his verbis, [illegible] hic literae super executione sponsalium initorum sub juramento et cum desponsatione secuta [illegible] Judex sancto, D. [illegible] sibi in uxorem [illegible] [illegible]

ipse tamen spreta prohibitione duxit ... in uxorem [illegible], Papa declaravit nullum, ac irritum hoc secundum matrimonium; et ait, concordem [?] sponsum duce-re primam. Ergo interdictum, ac prohibitio [illegible] est verum impedimentum dirimens.

XXVIII. Ubi sic loquitur Capiatus, et num. 20. postquam retulisset aliquem modum concordandi Doctores contrarium sentientes, subdit: At haec concordantia est penitus inutilis, quia Papa in dicto cap. Tua fraternitas. De sponsa duorum non distinguit, sed generaliter loquitur, ideo intellexit, et voluit, quod interdictum dirimat matrimonium, etiamsi inter contrahentes in spretum illius aliud non sit impedimentum dirimens.

XXVIIII. Ad ea igitur, quae loquitur lib. 12. de Synodo Dioecesana cap. V. Num. 2. et 13. potest [...] responderi, nihil ibi extare dici, quod adverteretur directe, vel indirecte opinioni, et sententiae, cui innixa fuit nostra decisio, sed, quamvis etiam aliquid in contrarium diceretur ipso ... de inferri, non tamen erronea esset illa nostra decisio, quin imo quia ... adhuc maneret saltem valde probabilis Doctorum sententia, quam nos fuimus sequuti: Nam Benedictus XIV. in illo suo opere De Synodo Dioecesana locutus fuit, ut Doctor privatus, non vero tanquam Papa ex Cathedra, ut ipsemet se declaravit. Finem tamen imponimus praesenti huic nostrae justificationi, relinquentes quemque in sua sententia, eligendo, quod sibi magis verosimile, et visum fuerit.

Pro Brevissima resolutione ... super allegato casu, censemus, Confessario esse judicandum, quod matrimonium a Silvia contractum cum Tertio fuerit, ac sit nullum, si tempore quo illud contraxit, credidisset profecto, Petrum legitimum maritum vivere; sicutque se non posse alteri nubere, non habuisset, sicut nec potuisset habere animum nubendi, quamvis [...]

esset tunc mortuus ipse Jessius. Si vero Silvia supposuis-
set, fuisse tunc mortuum suum Virum Jessium,
ac reapse intendisset nubere Dorico, valide cum eo
contraxisset matrimonium si tunc Jessius maritus
revera fuisset mortuus.
II. Utramque partem hujus nostrae decisionis probat Cap.
2. De Sponsalibus [illegible] cujus expressum Canonem
propter temporis angustiam omittimus referre. et
cum eo concordat Cap. 44. de Sententia excomm. Sententiam
(sive tamen [illegible] primus Maritus vere fuerit mor-
tuus, sive adhuc vivat, ideoque sive matrimonium
Silviae cum Dorico sit, sive non sit validum); nihilo-
minus judicare debet Confessarius, quod si Doricus bona
fide nupsit Silviae tanquam existimato viduae, post
mortem suae legitimae mariti, nequeat quidem ipse
Silviae [illegible] reddere tamen debeat [illegible]
[illegible] conjugale, si ex ejus denegatione timere posset
[illegible] infamiae vel mortis (aliave gravia damna
[illegible] quia ad [illegible] malum
[illegible] dubitare cum [illegible] cum
[illegible] sumptione mortis Jessii, quin
aliqua probabilitate [illegible] petit ipsum ex justitia
[illegible] denegare Dorico, qui petit ipsum ex Silvia
III. Consilium autem quod Confessarius potest dare Silviae
est, ut ipsa procuret [illegible] notitiam habere
[illegible] certam notitiam de morte sui primi mariti [illegible] Silvia
ac sine scandalo fieri possit [illegible] litteris
[illegible] [illegible] in locis, ad quae
[illegible] [illegible] significando illis
[illegible] Jessius [illegible]
[illegible] informationem capiendo, [illegible]
[illegible] Silviam, ut
[illegible] misericordiam, agatque
poenitentiam de suis peccatis, [illegible] matrimonii
[illegible] crimine [illegible]
cum Dorico contrahere.

Pro Congregatione diei 15 Maij 1766.

Casus Unicus.

Livius, ignarus impedimenti, matrimonium in facie Eccle-
siae contraxit cum Agnete, cujus Amitam antea carna-
liter cognoverat. Cum autem ex taliter contracto
matrimonio quinque filij sint jam procreati, verosi-
militer gravia incommoda, et scandala orirentur, si
divortium inter illos fieret ob nullitatem matrimo-
nij, de qua certioratus ipse Livius in confessione Sacra-
mentali dispensationem impetravit à Sacra Peniten-
tiaria mediante Confessario, ad quem fuit directa, ut
matrimonium revalidetur. Unde oritur
Dubium: quomodo Confessarius debeat se gerere in exe-
quendis Literis Sacrae Penitentiariae?

I. Summa materiae gravitas, circa quam versatur Casus pro
hodierna Congregatione indictus, nos impulit, ut eum
unicum, praeter nostram consuetudinem, proposuerimus,
ne ob temporis brevitatem ommittamus, quae scitu sunt
necessaria ad legitimam et validam exequutionem
Literarum Sacrae Penitentiariae de dispensando in circum-
stantijs ejusdem nostri Casus, cui consimiles esse solent
tot alij ~~[illegible]~~, qui non infrequenter, teste etiam nostra experientia,
contingunt. Genuina autem, et secura decisio dubij:
quomodo noster Confessarius debeat se gerere in exequen-
dis Literis Sacrae Penitentiariae ad eum directis, con-
sistet in observanda instructione, quam breviter, ac
dilucidè pro possibili exponemus.

II Cumprimis advertendum est, per Bullam Innocentij XII, quam
[illegible] anno 1692 [illegible] Romanus Pontifex, in [illegible] Literis Dispensationum
[illegible] Penitentiariae, in [illegible] matrimonij fuisse [illegible] alteratum;
super impedimentis matrimonij [illegible] non interebantur nonnulla
quia juxta ~~[illegible]~~ praecedentem Stylum, ~~[illegible]~~ post introductum novum Stylum,
~~[illegible]~~ clausulae, quae [illegible] Bulla reperiuntur exp[illegible] in hujusmo-
conformem eidem Bullae [illegible] Legendi sunt, ac minime
di Dispensationibus: et ideo caute [illegible] Doctores illi qui in hac materia
sequendi circa aliqua ~~[illegible]~~ introductum novum Stylum, ut fuerunt
scripserunt ante introductum
Sanchez, Perez, et alij.

III. [illegible] Confessarius, quo mediante noster Livius obtinuit à Sacra Peniten[illegible]

Paenitentiaria literas de dispensando in calce supplicationis ...
ac transmissa ad Cardinalem Paenitentiarium, per modum ...
Scripti rogavit his verbis = Dignetur Eminentia Vra restinx...
cingere, v. g. Civitatem Fori Julij, ad me infrascriptum = Juxta
factam hanc insinuationem erit prima, seu exterior suprascriptio. ~~autem~~
~~autem~~ Suprascriptio autem signata ad tergum ejusdem oblig...
ta dispensationis, erit haec = Discreto Viro Confessori ex appro...
batis ab Ordinario =. Tales enim litterae post novum intro...
IV ductum stylum frequentius sic expediuntur, ut sine difficultate
possint illico executioni demandari.
Aliquando tamen, ut olim plerumque, talis suprascriptio fit his verbis
= Discreto viro Confessori, Magistro in Theologia, vel Decretorum D...
ctori, ex approbatis ab Ordinario =. In hoc casu nullus alius Con... VIII.
fessarius per oratorem potest eligi ad aperiendas, et exequendas
literas dispensationis, nisi revera sit Doctor approbatus, et pro...
motus in aliqua Studiorum Universitate, vel in Theologia, vel
in Decretis.
V Sed nec ipse noster Confessarius, nisi prius fuerit specialiter electus
a Livio, potest aperire, et exequi Sacra Paenitentiaria literas
vigore exterioris suprascriptionis directas; quia in eisdem literis
expresse cavetur, ut non alius Confessarius exequatur, quam specia...
liter eligendus ab oratore, qui illas impetravit. Si tamen co...
tingeret, quod Confessarius a nostro Livio electus exequi recusaret,
vel eidem Livio displiceret ob nimium rigorem in Sacramen...
tali Confessione deprehensum, posset ipse paenitens variare, et ali... IX
um eligere Confessarium executorem, qui forsan alterius et
benignioris sit opinionis; et ita saepe respondit interrogata
Sacra Paenitentiaria, teste Corrado Lib. 7. cap. 4. num. 72.
... de dispensationibus Lib. 1. cap. 8. num. 122.
VI. Ratio est, quia commissio pro foro conscientiae ejusdem fori natu...
ram sequitur, nisi aliter exprimatur: natura autem fori ...
ni non adstringit paenitentem ad opinionem, vel sententiam
unius Confessarij, sed permittit variare et alium eligere: ...
us enim ab indiscretis Confessarijs odiosum posset reddi Sacra...
mentum Paenitentiae, contra mentem piae Matris Ecclesiae, imo
contra intentionem Christi Institutoris.
VII Cum autem in nostro casu supponamus, Livium specialiter elegisse
pro executore eundem Confessarium, quo mediante, impetra...
literas de dispensando, ac etiam supponamus, Confessarium ... X.
electum aperuisse jam ipsas literas; tanquam legitimus ...
gatus debuit se ad executionem accingere, advertendo, illas con...
nere duas partes, narrativam unam, dispositivam alteram.
In priori parte nihil aliud continetur, quam expositio, et narra... XI
tio facta Cardinali Paenitentiario sub ficto nomine Livij
In posteriori vero ipse Cardinalis Confessario electo pro executore
injungit

incipit loqui sic = Discretioni tuæ committimus, quatenus si
" ita est, dictum oratorem, audita prius ejus sacramentali con
" fessione, ac sublata occasione, si quæ adhuc extat, amplius com
" vinta Amita peccandi, à quibusvis sententijs, censuris, et pœnis eccle=
" siasticis, quas propter præmissa quomodolibet incurrit, incestu
" et excessibus hujusmodi absolvas hac vice in forma Ecclesiæ
" consueta, injuncta indè ei pro tam enormis libidinis excessu
" gravi pænitentia salutari, ac Confessione sacramentali peccato-
" rum suorum singulis scilicet mensibus, ut minimum semel
" aut quoties tibi videbitur, et alijs, quæ de jure fuerint in:
jungenda =

VIII. Præfata Cardinalis Pænitentiarij verba dispositiva debebit noster Confessa:
rius membratim perpendere, ut juxta earum sensum fidelissi
executor. Verba illa = Discretioni tuæ committimus, quatenus
si ita est =, videlicet, si vera sunt, quæ in parte narrativa
continentur exposita: idest, si preces veritate nitantur; an nem
pè verum sit, matrimonium jam esse contractum, impedimen=
tum affinitatis in secundo gradu ex copula illicita esse occultum
scandala ex separatione verosimiliter esse timenda, aliamve
causam finalem expositam subsistere: ea inquam, verba =
quatenus, si ita est = important conditionem, sine qua dispen:
satio foret nulla.

IX Sed, quia in nostro casu supponitur Confessarius scivisse ex præcedenti confessio=
ne Titij preces veritate niti; scius enim ad Cardinalem
Pænitentiarium ejusdem Titij supplicationem non transmi:
sisset; ideo, ut deveniat ad dispensationem non habet opus
instituere novum examen. Aliud verò dicendum foret,
si Titius alium eligeret Confessarium; quia hic de-
beret profecto Titium super expositis examinare, ut judi=
care posset, preces veritate niti. Cæterum in utroque
casu dictis pænitentis fides adhibenda est, et sub ea potest,
ac debet procedi ad dispensandum; quia, cum dispensatio
committatur pro solo foro interno, atque ex ejusdem
fori, in quo creditur soli pænitenti etiam non juranti

X. Nihilominus tamen, si Confessarius extra confessionem certo
sciret, preces veritate non niti, tunc nec deberet, nec
validè posset exequi Literas sacræ Pænitentiariæ, quantum
vis pænitens contrarium mentiendo, vel opinando asserat,
ut Doctores communiter advertunt.

XI Post præfata verba - si ita est = sequuntur hæc = dictum oratorem, audita
prius ejus sacramentali confessione = [illegible]

ut valide dispenset cum Livio, debet necessario audire ejus confessionem sacramentalem; haec enim praescripta est tanquam conditio inevitabiliter adimplenda, cum posita sit in ablativo absoluto. Quin relevet, quod Livius jam esset alteri confessus, et absolutus ab incestu, aliisque peccatis; ac deinde nonnisi peccata venialia haberet. Nam adhuc necessario deberet confiteri sacramentaliter confessario perato ad dispensandum; quia Ecclesia ad iterum confitendum, et ad confitendum etiam venialia, potuit obligare, et obligavit in casu de quo agitur, et in aliis similibus; sicut enim Ecclesia vult ut non aliter quis lucretur Indulgentiam plenariam, nisi sacramentaliter confiteatur, etsi nullo gravetur peccato mortali; sic potuit velle, ac voluit, ut invalida sit dispensatio, nisi praecedat sacramentalis confessio, in qua facienda est dispensatio.

XII. Quia pariter in ablativo posita sunt immediate adjuncta haec verba = ac sublata occasione, si qua adhuc extat amplius cum dicta Amita peccandi =, important conditionem necessario servandam, ut valida sit dispensatio; per occasionem autem peccandi intelligitur proxima, qualis esset, si Livius cum Amita sua uxoris putativae sororis peccaret ex eo, quod in eadem domo existeret. Deberet igitur confessarius cognito periculo proximo peccandi, mandare Livio poenitenti ut illud removeat, et eousque abstinere ab absolutione et dispensatione, donec tale periculum fuerit revera sublatum; secus enim tam absolutio, quam dispensatio esset nulla.

XIII. Si autem nulla foret occasio proxima peccandi, aut jam esset sublata, confessarius [illegible] poenitentem Livium a quibusvis sententiis, censuris, et poenis Ecclesiasticis, quas propter exposita in supplicatione quomodolibet incurrit incestu et excessibus hujusmodi, absolvet pro illa vice in forma Ecclesiae consueta, ut expresse disponitur in ipsis Sacrae Poenitentiariae litteris.

XIV. Priusquam tamen confessarius sic absolvat Livium, debet promittere, quod post taliter demandatam absolutionem immediate praecipitur his verbis = injuncta inde ei pro tam „ enormis libidinis excessu gravi poenitentia salutari, et „ confessione sacramentali peccatorum suorum singulis „ scilicet mensibus, ut minimum semel, aut quoties tibi videbitur, et aliis, quae de jure fuerint injungenda =. Quia etiam poenitentia sacramentalis confessionis singulis mensibus

mentibus ut minimum semel, peragenda a Livio, posita ~~etc~~
in ablativo, importans conditionem necessario praemitt[endam]
dispensationi, hac foret nulla, si confessarius ~~eam~~ eandem
conditionem prius non exequeretur; non enim apparet, cur
minus haec conditio, quam aliae jam relatae sint necessario
observandae, antequam fiat dispensatio.

XV Olim quidem, dum observabatur Stylus antiquus, erat in arbitrio
Confessarii temperare menstruam confessionem, et loco illius
bimestrem, vel trimestrem injungere; quia tunc in [illegible]
Poenitentiariae ommittebantur, quae post introductum novum
Stylum apponuntur, illa verba = ut minimum semel =, debet
igitur noster Confessarius necessario injungere Livio poenitenti,
ut per totam vitam ad minimum semel in mense confi-
teatur, eo quod dictio = ut minimum semel = idem signifi-
cat, ac dictio = saltem semel =, quae est ~~lia~~ implicativa, non
limitativa; et ideo Livius mortaliter peccaret toties, quo-
ties in mense aliquo semel confiteri omitteret, arg. Capituli
Ne in agro, de Statu Monachorum, et a simili de praecepto
Ecclesiae singulis diebus festivis audiendi Missam.

XVI Reliqua opera gravis poenitentiae salutaris, quae a S. Poenitentia-
ria praescribuntur, sed non determinantur, prudenti arbitrio
Confessarii relicta censentur, qui proportionaliter ad delicta,
et ad personam, ~~eam~~ imponet; ita tamen, ut, consideratis
considerandis, revera gravis sit poenitentia, sive ea consistat
in oratione, sive in eleemosina, sive in jejunio, aut alia carnis
mortificatione.

XVII Contineatur dein pars dispositiva in hunc modum = Tomum
" dummodo impedimentum praefatum sit occultum, et separatio
" inter oratorem et praefatam mulierem fieri non possit absque
" scandalo, ex cohabitatione vero de incontinentia probabiliter
" timendum tibi visum fuerit, aliudque canonicum impe-
" dimentum non obstet; cum eodem oratore, et dicta mu-
" liere, de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita caute,
" ut oratoris delictum nunquam detegatur, quod matrimonium
" cum eadem, et uterque inter se de novo secrete ad vitanda
" scandala, praemissis non obstantibus, contrahere, et in eo
" postmodum remanere licite valeant, misericorditer di-
" spenses, prolem susceptam, si qua sit, et suscipiendam
exinde

" exinde legitimam decernendo in foro conscientiæ, et in ipso " actu sacramentalis confessionis tantum, et non aliter, neque " ullo alio modo = sequentia;

XVIII. Inter alia illa verba hujus partis dispositivæ = dummodo impedimentum præfatum sit occultum = significant talem conditionem, sine qua Sacra Pœnitentiaria nunquam in Manuductionum apponeret, ut testatur Navarrus in Manuductione ad Praxim executionis literarum ejusdem Sacræ Pœnitentiariæ, et cum eo concordant omnes Doctores, qui de hac materia scripserunt; quamvis inter se non parum discrepent in determinando, quid sit ita publicum, ut Sacra Pœnitentiaria non dispenset; et quid sit ita occultum, ut dispenset?

XIX. Nos amplectimur doctrinam celebris Canonistæ Fagnani, olim ejusdem Sacræ Pœnitentiariæ Correctoris, qui in Cap: Vestra, de cohabitatione Cleric. et mulier. num 118. hæc habet = dicitur " impedimentum, vel crimen occultum, licet aliquibus sit " notum, puta quatuor, vel quinque, et hanc opinionem " servat Sacra Pœnitentiaria = Hæc tamen doctrina intelligenda est de personis prudentibus, et cautis, respectu quarum non sit periculum publicationis.

XX. Quod si Sacra Pœnitentiaria utatur illa clausula = dummodo impedimentum omnino occultum sit =, ut solet facere dum agitur de impedimento criminis, idem Fagnanus ibidem num. 120. testatur, ita crimen debere esse occultum, ut nulla ratione probari possit, et solus orator reus sit conscius; secus enim ipsa Sacra Pœnitentiaria abstineret a concedendis literis de dispensando; et quatenus concesserit, essent nullæ, velut ob, et subreptitie impetratæ; ideoque nulla foret dispensatio earum prætextu secuta.

XXI Ex verbis immediate subsequentibus clausulam de occulto impedimento, intelligimus duplicem causam impellentem Sacram Pœnitentiariam ad dispensandum, videlicet timorem scandali, quod oriretur ex separatione Livij oratoris ab Agnete putativa conjuge, et periculum incontinentiæ si simul cohabitando perseverarent. Si putativi conjuges absque ullo scandalo separari possent, vel sine aliquo periculo incontinentiæ simul cohabitare possent tanquam frater, et soror, ad id eos inducere deberet Confessarius, abstinendo a dispensatione. Quoniam vero vix unquam accidit in praxi, quod scandalum timeri non possit ex separatione, et periculum non reperiatur incontinentiæ in cohabitatione; ideo semper solet

solet devenire ad dispensationem; eandem igitur exequi debet noster Confessarius, ob circumstantias, quae in nostri facti specie nec scandali timorem, nec incontinentiae periculum excludunt.

XXII. Quia nonnisi super expositis, et petitis, conceduntur a Sacra Poenitentiaria Literae de dispensando, illico adjuncta leguntur illa verba = aliudque canonicum impedimentum non obstet = Ideo, si Confessarius deprehenderit, aliud intercedere impedimentum, praeter expressum in Literis Sacrae Poenitentiariae, nequit dispensare; quamvis bona fide, et ex ignorantia invincibili illud fuerit reticitum a Livio.

XXIII. Quicquam legatur facultas misericorditer dispensandi cum oratore, invenitur expressa haec clausula = et dicta muliere de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita caute, ut oratoris delictum nusquam detegatur = Certioratio hujusmodi profecto fieri non debet, nec potest a Confessario, sed ab oratore Livio juxta instructionem, quam ei dare debet ipse Confessarius, ut matrimonium revalidetur. Sed quam dabit Livio instructionem Confessarius, ut Agnetem reddat certiorem de nullitate matrimonii prius contracti, eliciatque ab ea consensum necessarium ad contrahendum matrimonium; et tamen ipsi Agneti nusquam detegat delictum, unde ortum fuit impedimentum dirimens, propter quod nullum fuit matrimonium in facie Ecclesiae inter ipsos contractum?

XXIV. Difficultatem hanc considerans Vanespen part. 2. tit. 14. cap. 7. num. 9. ait -- Magna hic prudentia, ac circumspectione opus est:
„ unde merito executor hic non tantum humana, sed vel maxime
„ divina consilia, et auxilia adhibebit, recurrendo ad Patrem lu-
„ minum, ut eum lumine suo illuminet, quid in casu adeo per-
„ plexo agere debeat = Cevicatus decis. 40. de Sacramento matrimonii num. 31. de se inquit ita = Ego certe non semel
„ juvavi, et alii in expediendis literis sacrae Poenitentiariae ac
„ revalidando matrimonio nullo =

XXV. Ut noster Confessarius caute, ac circumspecte se gerat in instruendo Livio circa modum certiorandi Agnetem de nullitate matrimonii inter eos secuti, et eliciendi ab ea novum consensum necessarium ad revalidandum ipsum matrimonium; abstineat se a sequenda opinione quorundam Moralistarum, qui putarunt satis esse, si pars conscia nullitatis matrimonii, post obtentam dispensationem super impedimento, partem nullitatis matrimonii ignaram, nacta opportuna occasione, sic alloquatur:
„ Suspicor, matrimonium inter nos initum ob aliquem [illegible]

fuisse

" fuisse invalidum; ideo rogo te, ut pro quiete meae conscientiae
novum praestes assensum =. Si Agnes responderit = novum praesto
assensum = putant praefati Moralistae, matrimonium esse reva-
lidatum.
XXVI. Sed errant; non enim dici potest, fuisse Agnetem certioratam cer-
tioratione à Sacra Poenitentiaria intellecta; quia adhuc ma-
net ignara nullitatis matrimonij; igitur, dicendo = novum praesto
assensum =, revera novum assensum non praestat, sed refert
se ad priorem nullum, quem renovare intendit. Quamobrem
Marcus Paulus Leo, qui ~~[illegible]~~ fuit minister ~~[illegible]~~ Sacrae
Poenitentiariae, postquam part. 2. pag. 174. clausulam certio-
rationis considerasset esse substantialem, et magni momenti
subjunxit sic = Mulier inscia est certioranda de nullita-
" te prioris consensus, hoc est, certa efficienda: non fit au-
" tem certa per verbum suspicor, sed solum titubans: nam
" certitudo dubitationem omnem excludit =
XXVII Multo magis errant Authores illi, qui autumant sufficere ad
revalidandum matrimonium, si pars conscia nullitatis post
matrimonij, post sequutam in foro interno dispensationem,
accedat ad partem ignaram ejusdem nullitatis, et cum ista
habeat copulam affectu conjugali. ~~Verum~~ Quomodo enim in nostro
casu Agnes, omnino ignara nullitatis matrimonij, de eadem nulli-
tate posset dici certiorata, à Fulvio, qui talem instructio-
nem à Confessario insinuatam exequeretur? Verba Sacrae Poe-
nitentiariae dicentis = muliere de nullitate prioris consensus
certiorata = sunt clara, habentque vim conditionis neces-
sario adimplendae, ut revera revalidetur matrimonium novo
expresso consensu Agnetis. Igitur noster Confessarius debet om-
nino abstinere à danda Fulvio antedictam instructionem
velut exponentem periculo nullitatis intentam revalidatio-
nem matrimonij, quia nequit fieri, nisi mediante novo consen-
XXVIII su Agnetis, et tali novo consensu, quem praecedat certioratio
nullitatis matrimonij prius initi.
Subtilius quidem et cautius videntur procedere alij Authores, ad quos interest Responsum ~~[illegible]~~
qui credunt prudenter se gerere Confessarium, si hanc dat instructio-
nem in casu nostro, aut alio consimili; videlicet, quod Fulvius post
cedentibus signis sui honesti amoris, magna benevolentia et
peculiaris aestimationis erga Agnetem, sic eam alloquatur = Ita
" sincerè te diligo, ut, si ego tecum matrimonium non contraxissem
" vel illud ex quacunque causa esset nullum, adhuc te acciperem
" et de facto te accipio, teque habere volo pro dilectissima mea
" uxore = Si Agnes consimiliter responderit, aut aequivalenter
proponent

proponentes hujusmodi modum judicant, matrimonium certo revalidari.

XXIX Nam ratiocinantur sic: quamvis Agnes, dum praestat suum consen=
sum, audita praefata Fulvij allocutione, non habeat formalem
et expressam cognitionem nullitatis matrimonij, eam tamen ha=
bet aequivalenter; quia post auditam nullitatem conditionatam
matrimonij, vere vult, ac intendit Fulvium accipere in Maritum,
et per consequens vult ac intendit matrimonium de novo con=
trahere, si forsan prius fuit invalidum; igitur nihil plus re=
quiritur ad revalidandum matrimonium; consensus enim datus
sub conditione de praesenti, et de praeterito, quae vera sit, aeque
valet ac consensus absolutus, per elementaria juris principia.

XXX Verum huic ratiocinio semper obstat clausula sacrae Poenitentiariae
quae vult, et praecipit, ut mulier de nullitate prioris consensus
absolute sit certiorata, quatenus praestare possit novum expressum
consensum necessarium ad revalidandum prius matrimonium
nullum. Sicut igitur nostra Agnes nequit censeri certiora=
ta de nullitate sui prioris consensus in sensu intellecto
a Sacra Poenitentiaria, si Fulvius eam alloquens, usus
fuisset verbo = suspicor = vel = dubito, aut timeo: ita multo
minus potest ipsa censeri certiorata de nullitate sui prioris
consensus audiendo Fulvium ad se dicentem = Si matrimo=
nium inter nos contractum non fuisset, aut esset validum =

XXXI Siquidem ex hoc conditionato loquendi modo nequit Agnes de=
ducere ullum motivum judicandi pro certo, quod matrimo=
nium ab ea contractum cum Fulvio revera fuerit inva=
lidum, et per consequens non potest manere certiorata de
nullitate sui prioris consensus, quod tamen requirit, et
praescribit Sacra Poenitentiaria tanquam conditionem
necessariam. Igitur consensus, quem Agnes praestaret de=
pendenter a conditionato loquendi modo Fulvij, proveni=
ret ab ignorantia nullitatis matrimonij, et ideo esset om=
nino insufficiens ad revalidandum ipsum matrimonium, idest
ad contrahendum de novo matrimonium.

XXXII Sed quamvis etiam talis modus revalidandi matrimonium nullum
in abstracto, et speculative consideratus, aliquam haberet pro=
babilitatem, eum tamen, velut in praxi periculosum, nequit
noster Confessarius ~~ideo~~ proponere Fulvio, si alius modus ~~tunc~~
~~probabilior videtur~~ tutus, et securus suppetit pro revali=
dando matrimonio; est enim propositio damnata ab Inno=
centio XI. = licitum esse in conferendis sacramentis sequi opi=
nionem probabilem de valore sacramenti, relicta tutiore =

XXXIII. Tutum

XXXIII Tutum autem, et securum hujusmodi modum ~~[illegible]~~ expressit Eminentissimus Archiepiscopus Bononiensis, postea Summus Pontifex Benedictus XIV. Tomo IV. suarum Notificationum Pastoralium Notificatione 20.+ et est, ut pars conscia impedimenti, nacta opportuna occasione, post sequutam dispensationem, ingenue, ac sincere dicat parti ignarae nullitatis matrimonii, validum se non praestitisse consensum tempore matrimonii inter ipsos initi, et ex consilio Confessarii, nec non pro securitate propria conscientiae, opus esse, ut ambo renovent consensum, idque ex parte sua libentissime facere.

+ qui per annos duodecim fuerat Canonista Sacrae Poenitentiariae;

XXXIV Igitur noster Confessarius hunc modum proponat Fulvio, ut cum Agnete matrimonium revalidet, seu de novo contrahat: sic enim Fulvius certiorabit Agnetem de nullitate quoque ipsius consensus, simulque non deteget proprium delictum, unde ortum fuit impedimentum, propter quod nullus fuit utriusque partis consensus in ordine ad contrahendum matrimonium.

XXXV Post clausulam de certioranda muliere, sequuntur haec verba: " Quod matrimonium cum eadem, et uterque inter se de novo " secrete ad vitanda scandala, praemissis non obstantibus, con" trahere, et in eo postmodum remanere licite valeant, miseri" corditer dispenses = Ex his verbis constat, quod ad revalidandum matrimonium prius in facie Ecclesiae, idest coram Parocho et testibus contractum inter Fulvium, et Agnetem, invalide tamen ob occultum impedimentum dirimens, nullatenus requiritur nova praesentia Parochi, et testium; sed sufficere debeat, quod ab ipsis putativis conjugibus occulte, ac secrete praestetur novus necessarius consensus.

XXXVI Quin obstet Concilium Tridentinum, quod Sess. 24. de Reform. matrimonii cap. 1. annullat omnia matrimonia sine praesentia Parochi, et testium contracta; quia ratio, et finis hujus dispositionis nullatenus verificatur in casu nostro, nec in casibus ei similibus, ut consideranti patet; et ideo S. Pius V. teste Navarro Sacrae Poenitentiariae ministro in Summa cap. 22. num. 70., declaravit, non esse necessarios Parochum, et testes in contrahendo denuo matrimonio ab iis, qui illud in facie Ecclesiae contraxerunt, sed propter aliquod impedimentum occultum est nullum; ideoque sufficere debere, ut, ipso impedimento per dispensationem sublato, putativi conjuges denuo contrahant inter se occulte ac secrete; qua Pontificia declaratione semper usa est Sacra Poenitentiaria in casibus nostro consimilibus.

XXXVII. sequi

XXXVII. Sequuta dispensatione super impedimento vigore illorum verborum =
misericorditer dispenses = debet Confessarius illico procedere ad
exequendam clausulam hanc immediate sequentem = prolem
» susceptam, si qua sit, et suscipiendam exinde legitimam decer:
» nendo in foro conscientiæ, et in ipso actu sacramentalis Confes:
» sionis tantum, et non aliter, neque ullo alio modo = Hæc ulti:
ma verba significant præcisam necessitatem, non solum dispen:
sandi, sed etiam decernendi legitimam prolem in ipso actu
sacramentalis confessionis, ita ut, si fierent extra actum sacra:
mentalis confessionis, nullitatis vitium incurrerent respectu
ejusdemmet fori interni.

XXXVIII. Hinc ~~[illegible]~~ minime sequendi sunt Doctores contrarium
opinantes, utpote qui scripserunt ante introductum novum
stylum; de stylo antiquo enim in litteris Sacræ Pœnitentiariæ
non inserebatur clausula illa = audita ejus sacramentali
confessione =, sicut nec ista = in foro conscientiæ, et in ipso actu
sacramentalis confessionis, et non aliter, ~~nec alio modo~~ =; et
ideo eisdem Doctoribus ~~vitio vertendum non est~~, quod do:
cuerint validam esse dispensationem, etsi fiat extra sacra:
mentalem confessionem, et ipsum docuerint de legitima:
tione prolis. Nunc autem tempus non suppetit, ut expo:
namus omnes illos effectus, quos hujusmodi legitimatio
provenit, tam quoad temporalia, quam quoad spiritualia.

XXXIX. Parti dispositivæ litterarum Sacræ Pœnitentiariæ finem
imponunt sequentia verba = Ita quod hujusmodi absolutio
» et dispensatio ~~[illegible]~~ oratori in foro judiciario nulla:
» tenus suffragentur: nullis super his testibus adhibitis, aut
» litteris datis; seu processibus confectis, sed præsentibus lani:
» atis, quas sub pœna excommunicationis latæ sententiæ
» aliquo modo teneas, ita ut nullum earum exemplum exter,
» neque eas oratori restituas: quod si restitueris, nihil
» ei præsentes litteræ suffragentur = Sequitur Data;
et in tergo, ~~scriptura legitur~~
~~[illegible]~~ post illa verba = Discreto Viro Confessori ex approbatis
ab Ordinario (nisi requiratur ut simul sit Magister
in Theologia, vel Doctor in Decretis) leguntur hæc
verba = Gratis ubique =

XL. Verba illa = Itaquod hujusmodi absolutio et dispensatio oratori in foro
judiciario nullatenus suffragentur = indicant, quod Sacra Pœniten:
tiaria, sicut non potest, ita nec velit aliter ~~[illegible]~~ absolvere
dispensare

dispensare, et legitimare; quam in causis occultis pro foro interno
duntaxat. Hinc Doctores communiter sentiunt, quod si im-
pedimentum aliquando detineret esse occultum et evaderet
publicum, Ordinarius ad evitanda scandala, illico deberet se-
parare conjuges, quantumvis in foro interno legitimos ~~[illegible]~~
esse diceret ~~[illegible]~~; itaque proles legitimatae repu-
tarentur illegitimae quoad omnia; quia in ordine ad forum
externum litterae Sacrae Poenitentiariae nullum prorsus effectum
habeant, ut ex praefatis clausulis clare constat primo, ex hac = Nullis super
XLI Ac etiam ex sequentibus, quas addicit, videlicet = sic enim commendatis
hujusmodi testibus adhibitis, aut litteris datis =; sic enim
vult, ut absolutio, dispensatio, et legitimatio, facta subin-
de sacramentali actu, pro foro externo habeantur tanquam
non facta: et ideo ~~[illegible]~~ subjungitur
sic praesentibus laniatis, quas sub poena excommuni-
latae sententiae cationis laniare tenearis, ita ut nullum earum exemplum
extet ^. Peccat ergo mortaliter Confessarius si litteras non
laniaverit; nam poena excommunicationis, quae a non lani-
ante incurritur, supponit peccatum mortale.
XLII Nomine tamen laniationis, non solum intelligitur proprie dicta
laniatio, seu laceratio, sed quivis alius actus, quo litterae
ipsae ita corrumpuntur, ut non amplius possint esse usui in
foro externo; ideoque satisfit huic clausulae, si litterae com-
burantur, aut aliter corrumpantur. Verbis illis = ut nullum
earum exemplum extet = prohibetur tantum copia authen-
tica, facta in debita juris forma, probationem faciente
in foro externo, non vero simplex copia, quam faceret
Confessarius pro sua, vel aliorum instructione.
XLIII. Mortaliter quoque peccaret Confessarius, si litteras executioni
se demandatas oratori restitueret; id enim prohibetur additis
illis verbis = Neque oratori restituas =, quae inhibitio est in re
gravi; ob talem autem restitutionem non incurreret excom-
municationem, nec sequuta executio redderetur
invalida in foro interno; ipsi tamen oratori nihil profi-
cerent pro foro externo, ut expresse indicatur finalibus
istis verbis = Quod si restitueris, nihil ei praesentes litterae
suffragentur =.
XLIV. Sed in casu, quo Confessarius ipsas litteras non fuisset exequutus,
et ab oratore poenitente electus esset alius Confessarius
pro executione, quem speraret fore benignioris opinionis
circa gravem poenitentiam imponendam; litteras, eas repe-
tenti

tenti, non solum possent, sed deberent restitui in formâ ori-
ginali. Tandem verba illa = gratis ubique = solita inscribi
à tergo, significant, quod nec officiales Sacræ Pœnitentiariæ,
nec ullus earum executor, possint aliquid exigere, vel accepta-
re etiam sponte oblatum sub prætextu incommodi, seu laboris.

XLV Nunc recapitulemus ea omnia, quæ noster Confessarius in casu
proposito debet observare, ut rite, licite, ac valide exequa-
tur literas Sacræ Pœnitentiariæ, tanquam ad id electus
à Fulvio. Debet ante omnia considerare, an ipse ~~[illegible]~~ habeat
qualitates requisitas ad exequendum, quibus suppositis, exci-
pere debet confessionem Sacramentalem Fulvij, et ex ea rele-
vare, an preces veritate nitantur, nisi prius id ipsi constiterit.
Dein, saltem obiter, videre debet, an non sine scandalo fieri
possit separatio, vel ~~[illegible]~~ absque periculo incontinentiæ
Fulvius cohabitare possit cum Agnete, tanquam frater cum
sorore.

XLVI. Postea mandare debet Fulvio pœnitenti, ut occasionem proximam
peccandi cum Amita Agnetis, si adhuc extat, amoveat, et
donec auferatur, dispensationem differre; et priusquam ad
hanc deveniat, debet eidem Fulvio injungere gravem pœni-
tentiam, ac insuper confessionem singulis mensibus ad mi-
nimum semel peragendam toto tempore vitæ: injuncta
hujusmodi pœnitentiâ, debet illum absolvere à censuris, et alijs
pœnis ecclesiasticis, quas ob incestum, aliosque excessus incurrit.

XLVII Quibus ~~[illegible]~~ observatis, et præstitis, debet cum eodem Fulvio
dispensare super impedimento, propter quod nullum fuit matri-
monium ab eo initum cum Agnete; ac etiam decernere
legitimam prolem susceptam, et suscipiendam: inde debet
ipsum Fulvium instruere circa modum tutum, et securum,
quo de novo possit secrete matrimonium contrahere cum
Agnete, seu nulliter contractum revalidare. Demum ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ Sacramentaliter
absolvet Fulvium à peccatis confessis; ut verificetur, quod
in ipso actu Sacramentalis confessionis, cujus complementum
est absolutio à peccatis, facta fuerit absolutio à censuris,
dispensatio super impedimento, legitimatio prolis, instructio pro revalidatione matrimonii, pœnitentiis ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ juxta mentem, ac intentionem à Sacra Pœniten-
tiaria in eisdem literis expressam. ~~[illegible]~~ Tandem deve-
nire debet Confessarius ad laniationem literarum sub excom-
municatione latæ sententiæ præscriptam.

I

II

Pro Congregatione diei 10. Julij 1766.

Casus I.

Celsus filiusfamilias, reluctante ejus Patre, contraxit sponsalia cum Livia; dum autem coram Parocho, et testibus se stite-
rint matrimonium celebraturi, sponsa suum vinculavit
assensum his verbis — Si Celsi Pater consenserit — Hunc con-
ditionatum assensum acceptavit Celsus, qui amicorum
intercessione obtinuit, ut ejus Pater biduo post suum præ-
stiterit consensum, de quo habita scientia per sponsos,
conjugali affectu carnaliter ipsi se cognoverint, quin ullum
alium consensum expresserint coram Parocho, et testibus.
Unde oritur
Dubium: an carnaliter se cognoscendo sacramentum matri-
monij consumaverint?

Casus II.

Faustus, postquam eum pœnituit emisisse simplex votum
castitatis, defloravit Cæciliam Virginem sub expresso pacto
contrahendi cum ipsa matrimonium, quin super voto dispen-
sationem impetraverit. Unde oritur
Dubium: an promissum matrimonium teneatur contrahere?

I Cardo totius difficultatis resolvendæ super dubio, à nobis proposito
circa primum ex duobus casibus pro hodierna Congre-
gatione inductis, in hoc consistit; an nempe matrimonium
quod Celsus coram Parocho, et testibus celebravit cum
Livia vinculante suum assensum his verbis — Si Celsi
Pater consenserit —, cum tunc non fuerit validum ob
defectum ex parte voluntatis Liviæ, quæ assensum suum
non simpliciter, et absolute expressit, sed duntaxat
conditionate; validum saltem evaserit, dum Pater
Celsi biduo post taliter contractum matrimonium su-
um præstitit consensum, quin sponsi ullum alium
consensum expresserint coram Parocho, et testibus?
II Resolutio hujus difficultatis debet esse fundamentum nostræ
decisionis; caute igitur, ac circumspecte procedere debemus
in materia

in materia tam gravi. Si, non obstante consensu praest.is a Patre est, matrimonium conditionate contractum a Livia cum Celso in facie Ecclesiae non evasit validum, certum est, quod Celsus, et Livia carnaliter se cognoscendo non consumaverint sacramentum matrimonij, sed fornicationem commiserint: Si vero evasit validum mediante consensu Patris Celsi, quin Celsus, et Livia novum expressum consensum praestiterint coram Parocho, et testibus, sed perseveraverint in consensu jam praestito, dum in facie Ecclesiae contraxerunt in terminis nostri casus, carnaliter se cognoscendo cum affectu conjugali consumarunt sacramentum matrimonij, quod vigore purificatae conditionis, qua Livia suum vinculaverat assensum, dicendo = Si Celsi Pater consenserit = de conditionato transijsset in absolutum.

III Quaenam autem ex praefatis duabus suppositionibus sit vera, sedulo est inquirendum: id autem praestitum erimus, si vim et potestatem cognoverimus consensus conditionati Liviae in sensu composito consensus praestiti a Patre Celsi, dum neuter Sponsus retractavit consensum expressum coram Parocho et testibus. Priusquam tamen exponemus naturam et effectum conditionis, qua Livia suum vinculavit consensum, dum his verbis se expressit in facie Ecclesiae = Si Celsi Pater consenserit =; juvabit recensere plura genera conditionum sub quibus contingere potest fieri hominum dispositiones tam inter vivos, quam mortis causa, pacta, et contractus etiam sponsalitios, et matrimoniales.

IV Conditio, quae solet exprimi per particulam Si, ordinarie sumitur pro aliqua circumstantia, quam adjicimus alicui dispositioni, a cujus existentia volumus dependere ipsam dispositionem. Si conditio versetur circa materiam necessariam, sive sit concepta in praeteritum, ut Si heri ignis calefecit, sive in praesens, ut, Si nunc ignis calefacit, sive in futurum, ut, Si ignis cras calefaciet nunquam

nunquam vitiat, nec suspendit valorem contractus, aut cujusvis dispositionis, cui est adjecta; sed contractus ipse, ac dispositio quaecunque perinde valet, ac si nulla conditio fuisset eidem adjecta; cum enim conditio necessaria jam sit determinata in sua causa, et non potuerit, vel possit non evenire, semper habetur pro verificata, etiamsi concepta sit in futurum.

V Nisi tamen ex circumstantiis colligatur, conditionem necessariam esse appositam, non tanquam conditionem, sed tantum quam in definitionem, ac determinationem temporis, quo quis velit exequi rem promissam, v. g. tecum contraham matrimonium, si pater tuus mo[rtuus fuerit] ... mors patris, posita in conditione de futuro, certo, ac necessario sequetur; non illico tenetur promittens ad contrahendum matrimonium; quia mortem non apposuit suae promissioni tanquam conditionem, sed tanquam tempus exequendae suae promissionis, quasi dixisset, quamprimum pater tuus fuerit mortuus, contraham tecum matrimonium.

VI Pariter si conditio versatur circa materiam contingentem, tam honestam, quam inhonestam, et concepta sit in praeteritum, v. g. promitto tibi, si fuisti haereticus; aut concepta sit in praesens, si fuisti haereticus, si es consul, si es haereticus, v. g. promitto tibi si es consul; non vitiat, nec suspendit, sed valorem contractus, si adjecta alique ex dictis facit, quod illico valeat, si ... conditionibus verificatur, vel non valeat, si non verificatur.

VII Sed quia de natura conditionis proprie talis est suspendere valorem actus usque ad eventualem verificationem vel non verificationem conditionis; ideo hactenus relatae conditiones non sunt conditiones proprie tales, sed simplices adjectiones, quae valorem actus, cui apponuntur, nec vitiant, nec suspendunt; et de his intelligenda est § 10. ... de conditioni[bus] institutionum, quae ait: cum nulla sit conditio, quae in praeteritum conferatur, vel quae in praesens, veluti si Rex Gothorum vivit: si navis in portu stat; et in § 6. instit. de V. O. dicitur: conditiones, quae ad praesens, vel

vel præteritum tempus referuntur; veluti si Titius Consul fuit,
si Mævius vivit, dare spondes? Nam, sicæ ita non sunt
VIII. nihil valet stipulatio =
Igitur sola conditio in futurum concepta, nisi sit de re
necessaria, vim habet de ordinario suspendendi valorem
actus, et obligationis ejus, atque faciendi, ut actus possi[t]
subsistere, vel deficere, juxta existentiam rerum, vel
defectum circumstantiæ in conditionem deductæ.
Diximus de ordinario; quia præmissam propositionem
intelligimus stare pro Regula, si conditio in futurum
concepta versetur circa rem ~~futuram~~ contingentem,
et honestam; non verò si versetur circa rem, quæ
vel sit necessaria, ut jam diximus, vel sit impossibilis
aut impossibilitate physica, aut impossibilitate
morali.
IX Nam certum est, quod appositione conditionis in futurum
concepta, versantis circa rem, vel physice impossibilem,
velut superantem naturæ vires, vel moraliter impos-
sibilem, seu turpem, et inhonestam; vitiantur om-
nes contractus, suntque ipso jure nulli, ut in § non
solum ff. de obligationibus, et actionibus, expressum
habemus his verbis = Non solum stipulationes impos-
sibili conditione applicatæ nullius momenti sunt, sed
etiam cæteri quoque contractus, quæ sunt nullius mo-
menti = Atque ob rationem in ipsamet Lege subjun-
ctam; quia videlicet, hoc ipso, quod quis contractui
impossibilem conditionem apponit, censetur nullum ha-
bere animum contrahendi =
X Cum autem dispositio præfatæ Legis procedat indiscriminatim
respectu omnium contractuum, inter quos est etiam
promissio matrimonii per verba de futuro; ideo conclu-
dendum est, sponsalia esse ipso jure nulla, si fuerint
inita sub conditione in futurum concepta circa rem
naturaliter impossibilem, aut circa rem inhonestam
et turpem; siquidem in utroque jure impossibilitas
moralis æquiparatur impossibilitati physicæ; quod enim
repugnat bonis moribus, censetur fieri non posse...

que mento reputatur pro impossibili.

XI Longè aliter verò in jure statutum est respectu matrimonij, et quoad
ultimas voluntates; quia enim in hujusmodi actibus nemo
præsumitur nihil agere voluisse, ipsi non vitiantur, idest non
redduntur nulli per appositionem conditionum, quæ sine
in futurum conceptæ circa res naturaliter, vel moraliter
impossibiles; quin potius ipsæ conditiones vitiantur, et pro
non adjectis habentur. De ultimis voluntatibus habemus
Textum clarum in §. Impossibilis, Instit. de hæredibus insti:
tuendis, quo disponitur sic = Impossibilis conditio in insti:
tutionibus, et legatis, nec non in fideicommissis, et liberta:
tibus, pro non scripta habetur =

XII Ad idem quidem legimus dispositum respectu matrimonij in celebri
Cap. finali, de conditionibus appositis; sed non indiscrimina:
tim; quia excipiuntur conditiones illæ turpes, quæ
repugnant substantiæ matrimonij, scilicet vel bono prolis,
vel bono fidei, vel bono sacramenti; antequam enim
in eodem Capitulo fuerit respectu matrimonij generaliter
statutum his verbis = Si aliæ conditiones appositæ, si
turpes aut impossibiles fuerint, debeant propter ejus fa:
vorem pro non adjectis haberi = De conditionibus repu:
gnantibus substantiæ matrimonij cautum fuit sic = Si
conditiones contra substantiam conjugij inferantur: puta
alter dicat alteri: contraho tecum, si generationem prolis
evites: vel, donec inveniam aliam honore, et faculta:
tibus ditiorem; aut si pro quæstu adulterandam te
tradas; matrimonialis contractus, quantumcunque sit
favorabilis, caret effectu =

XIII Nunc videamus, quid operentur conditiones in futurum con:
ceptæ circa materiam contingentem et honestam. Certum
est, quod si hujusmodi conditiones fuerint appositæ contra:
ctibus quibuscumque, sponsalibus et ultimis dispositioni:
bus, idest hæredum institutionibus, legatis, et fideicom:
missis, suspendunt eorum valorem usque ad eventum, seu
purificationem ipsarum conditionum; ideoque omnes præ:
fati actus, sub talibus conditionibus celebrati, perficiu:
ntur, et obligationem producunt duntaxat tunc, quando
eædem conditiones effectivè sunt purificatæ ut : .

Potior.

Potior. D. i. ff. Qui potiores in pignore, habemus expressum his verbis = cum enim semel conditio extitit, perinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est sine conditione facta esset =

XIV. Hæc autem juris dispositio, licet expressè loquatur de soli stipulatione, ob rationis identitatem à Doctoribus com:muniter extenditur ad quascunque contractus, pacta, et conventiones; sicut etiam ad qualibet ultimas dispositiones, sive sint hæredum institutiones, sive legata, sive fideicommissa, nec non ad sponsalia, cum hæc à præmissa communi regula nullibi inveniantur excepta, nec adsit ratio, ob quam excipi debuissent, uti constat ex Cap. de illis, de conditionibus appositis.

XV. Magna tamen est controversia inter Canonistas, an validè contrahi possint sponsalia sub hac conditione = si Papa dispensaverit =? Plures negant, putantes, etiam post obtentam dispensationem, nulla, et irrita permanere hujusmodi sponsalia; et ideo, ad ea convalidanda opus esse, ut obtenta dispensatione, mutuus superveniat consensus, quia præfata conditio ab illis censetur esse taliter impossibilis, ut vitiaverit sponsalia, et per consequens ea non posse fieri valida ex solo titulo impetratæ dispensationis.

XVI. Verum contraria sententia est communior, ac etiam sanior; quamvis enim dicta conditio = si Papa dispensaverit = considerari possit tanquam impossibilis respectu illorum casuum, in quibus non adest justa causa dispensandi, adeoque Papa nec soleat, nec possit licitè dispensare, censenda tamen est possibilis, et honesta in casibus, in quibus adest justa causa dispensandi, et Papa solet dispensare; et per consequens sub ea, tanquam possibili, et honesta, legitime possunt iniri sponsalia, quæ obtenta dispensatione, roboris firmitatem obtinent sine alio novo mutuo consensu.

XVII. Num autem etiam matrimonium per verba de præsenti sub conditione contingenti, et honesta de futuro, sic contrahi possit coram Parocho, et testibus, ut in eventu ejusdem conditionis ipsum matrimonium de conditionato

evadat

evadat purum et absolutum, quin opus sit ullo novo con-
sensu à contrahentibus praestando coram Parocho et te-
stibus; est id, à cujus resolutione pendere debet nostra
decisio

XVIII. Si supponeretur, quod matrimonium conditionale initum à
Jovia cum Cello in facie Ecclesiae, non aliter potuisset
evadere absolute validum, quàm mediante purificatione
conditionis, per Joviam appositae his verbis = Si Celli Pater
consenserit =, ac etiam mediante novo utriusque expresso
consensu; profecto novus ille mutuus consensus fuisset
necessariò praestandus coram Parocho, et testibus. Nam
in unico illo casu, quo matrimonium nulliter fuit contra-
ctum in facie Ecclesiae ob impedimentum occultum, potest
illud reconvalidari, seu de novo validè contrahi mediante
solo consensu occultè praestito à putativis conjugibus
postquam cum eis vigore Litterarum Sacrae Poenitentiariae
dispensatum fuit super occulto impedimento dirimente:
ut constat ex decisione à nobis facta mense Majo pro-
ximè praeterito.

XIX. In tali autem hypotesi censere deberemus, Cellum et Joviam
non consumasse Sacramentum matrimonij, se carnaliter
cognoscendo post praestitum assensum à Patre Celli, sed
fornicariè tantum se commisisse. Nam S. Thomas in
4. dist. 29 quaest. un. art. 3. docuit, matrimonium conditio-
nale, purificata conditione, non evadere perfectum abs-
que novo consensu; Idem docuit S. Bonaventura pariter
in 4. dist. 27 quaest. 1. Sotus ibidem dist. 29. quaest. 1.
art. 1. concl. 3., eosque secuti fuerunt quasi omnes Theologi

XX. Sic enim ratiocinati fuerunt: Sacramenta novae Legis non pos-
sunt pendere à futuro eventu, sed statim aut valida, aut
irrita sunt; et ideo nihil valet baptismus ita collatus =
Baptizo te, si cras dederis eleemosynam = sicut nec valet
absolutio ita impertita = absolvo te, si post mensem resti-
tueris =. Cum autem matrimonium sit unum ex Sacramentis
novae Legis, non potest ejus valor pendere a purificatione con-
ditionis in futurum conceptae, etiam circa rem contingentem,
et honestam, sub qua fuisset celebratum; igitur matrim[illegible]

nium conditionatum erit illico in se nullum, ne validum fieri potest per solam purificationem conditionis; et per consequens, ut, purificata conditione, fiat validum necessarius erit mutuus contrahentium consensus expressus, et absolutus.

XXI Hujusmodi autem consensus, necessarius ad valorem Sacramenti matrimonij, poterat ante Concilium Tridentinum sufficere, quamvis fuisset clandestinus; non sic autem post idem Concilium, utpote quod Sess. 24. Cap. 1. de Reform. matrimonij disposuit, et non aliter matrimonium posse valide contrahi, quam coram Parocho, et duobus testibus; igitur si vera esset doctrina S. Thomæ in hoc puncto, et Theologorum, qui eum sequuti sunt, quandocunque matrimonium esset initum sub conditione honesta de futuro coram Parocho, et testibus post dictam conciliarem dispositionem, de conditionato non fieret absolute validum per solam conditionis purificationem sed necessarium foret, ut contrahentes novum consensum, huncque absolutum et expressum præstarent coram Parocho, et testibus.

XXII Hinc deberet inferri, quod, cum in nostro casu Celsus et Valeria, post purificatam conditionem, = Si Celsi Valeria consenserit =, nullum absolutum, et expressum consensum præstiterint coram Parocho et testibus, sed illico post habitam scientiam de sequuta purificatione dictæ conditionis, se affectu conjugali carnaliter cognoverint, non per hoc Sacramentum matrimonij consumaverint; quia nullum Sacramentum matrimonij evasisset ratum inter ipsos per solam purificationem ejusdem conditionis, et nequidem per ullum consensum absolutum et expressum, qui inter ipsos fuisset subsequutum sine præsentia Parochi, et testium; igitur fornicarie duntaxat se commiscuissent; igitur nullatenus consumassent Sacramentum matrimonij.

XXIII Theologi præfatæ sententiæ patroni nituntur eam confirmare hoc ratiocinio: Cum omne matrimonium celebratum inter Catholicos sit Sacramentum, tunc debet apparere aliquod signum sensibile illius, quando conficitur; nullum autem tale signum apparet inter eos, qui illud conditionate contraxerint, dum purificatur conditio; quia hujus purificatio contingit ab alia causa: nec etiam

cum

Sufficit, quod Sponsi interea perseveraverint in consensu
conditionali praestito, et eundem non retractaverint. Igitur
matrimonium conditionatum nequit perfici per solam conditio=
nis purificationem; igitur ad illud perficiendum necessarius
est novus consensus mutuus, qui sit absolutus, et exter=
nus; hic autem nequit esse legitimus et validus post Conci-
lium Tridentinum, nisi praestitus fuerit coram Parocho, et
testibus.

XXIV Ulterius ratiocinantur sic. Consensus praestitus sub conditione
non constituit ad instar perfectum matrimonium, cum
talis consensus fuerit imperfectus; et ne quidem potuisset
sufficere ad contrahenda perfecta Sponsalia, per Textum
clarum in Cap. unico, de Sponsalibus in 6°. Igitur consensus
conditionatus non potest esse sufficiens ad constituendum
validum matrimonium, nequidem tunc, quando purificatur
conditio; nam si unus ex sponsis, qui matrimonium contraxerant condi=
tionate, pendente conditione, contraxisset matrimonium
absolutum cum alio, eventus conditionis, sub qua contraxit
prius matrimonium, non efficit, ut hoc evadat absolute vali-
dum, quin potius cessat jam esse conditionatum, dum po-
sterius matrimonium fuit absolute, ac perfecte contractum.
Igitur matrimonium, sub conditione de futuro contractum,
per quidem conditionis purificationem non evadit absolute
validum, et perfectum; atque, ut perficiatur in esse
matrimonii rati, necessarius est novus contrahentium
consensus, qui sit expressus, et absolutus, sitque legiti-
mus, et validus, qualis, ubi Concilium Tridentinum
est receptum, esse nequit, nisi praestitus sit coram Paro-
cho et duobus testibus, excepto unico casu revalidandi
pro foro interno matrimonium nulliter contractum
coram Parocho, et testibus, ob impedimentum occultum,
super quo facta fuit dispensatio
ab executore literarum Sacrae Poenitentiariae.

XXV. Verum, non obstante praefata Theologorum doctrina, ut ut ea
videatur suffulta argumentis non minus subtilibus, quam
gravibus, decidendo dubium a nobis propositum, sentimus,
Celsum, et Liviam, carnaliter se cognoscendo affectu conju-
gali post habitam scientiam consensus praestiti a Sede
Apostolica, consummasse sacramentum matrimonii, quin ullum
alium mutuum consensum expressum praestiterint coram
Parocho, et testibus.

XXVI Haec nostra decisio est conformis communi Canonistarum senten-
tia, quae innititur Cap. Super eo, de conditionibus appositis in desponsatione

In eo enim consultus ... an is, qui per verba de praesenti contraxit matrimonium sub conditione, si Pater consenserit, purificata conditione, cogendus sit matrimonium consummare, respondit: non teneri contrahere, nisi voluntas Patris postmodum intercedat. Igitur, argumento ducto a contrario, si voluntas Patris interveniat, ut contigit in nostro casu, qui sub ea conditione matrimonium celebrarunt, cogendi sunt illud consumare; id enim ipse intellexit dicendo cogendus est contrahere, ut sua responsio congrueret sibi factae interrogationi, an cogendus sit matrimonium consumare ...

XXVII Igitur verum est, quod matrimonium initum a Silvia cum Stella sub hac conditione: si Pater consenserit, ea veniente evaserit verum et perfectum, supposito, quod neuter retractaverit praestitum consensum conditionatum, sed in eo perseveraverit uterque usque ad purificationem ejusdem conditionis. Igitur nihil ... obstat, quominus ... post habitam scientiam dictae purificationis, potuerint conjugali affectu se carnaliter cognoscere, et consumare sacramentum matrimonii, quin ullum alium consensum praestiterint coram Parocho et testibus; quia jam praestitus sub conditione per hujus purificationem evasit absolutus.

XXVIII ... omnes utriusque juris consulti, et cum eis omnes Theologi statuunt pro regula universali, quod contractus initi sub conditione contingenti, et honesta de futuro, evadunt absoluti, et perfecti in adventu hujusmodi conditionis, supposito quod contrahentes praestitum consensum conditionatum non revocaverint, sed in eo perstiterint usque ad purificationem conditionis; profecto nulla est ratio, ob quam ... a dicta universali regula excipiant contractum matrimonialem. ... Theologi non negant, sed affirmant, quod sponsalia possunt iniri sub conditione contingenti, et honesta de futuro, et quod, purificata conditione, evadant absoluta, et ...: cur non item debent etiam affirmare de matrimonio conditionate inito per verba de praesenti.

XXIX Nec enim subsistit illa diversitatis ratio, quod matrimonium sit sacramentum novae legis, non vero sponsalia; quia licet matrimonium sit sacramentum novae Legis, Christus tamen, dum elevavit matrimonium ad dignitatem sacramenti, naturam matrimonialis contractus in nihilo alteravit. Ideoque sicut antea poterat matrimonium contrahi sub conditione contingenti, et honesta de futuro, et per ... purificationem, sine ullo alio contrahentium consensu ...

reddebatur

reddebatur absolutum, et perfectum, ipsum, judicandum est
etiam postquam initus fuit, matrimonium esse Sacra=
XXX. mentum.
Qualitas Sacramenti, quae ex Christi institutione inest matrimonio,
non obstat, quominus ipsum non habeat ministrum distinctum
à contrahentibus; quod possit licitè, ac validè celebrari per
procuratorem; quod contrahentium consensus diverso tem=
pore exhibeatur: cur obstabit, quominus possit celebrari
sub conditione contingenti, et honesta de futuro, et per
solam illius purificationem de conditionato possit evadere
absolutum, et perfectum? Igitur nihil relevat in contrarium
illa Theologorum ratio, quod caeteri contractus, inter
quos sunt etiam sponsalia, non sint Sacramenta, ad quo-
rum naturam pertinet non posse pendere ab ullo eventu
futuro; quamvis enim id verum sit de reliquis sacramentis,
non tamen verum est de Sacramento matrimonii, quod est
verus contractus nullatenus excipiendus à praefata univer=
sali Regula. Unde constat, rationes, et fundamenta, quae
à Theologis adducuntur ad probandam eorum sententiam,
XXXI. esse insubsistentia.
Ad magis autem demonstrandam veritatem oppositae sententiae
Canonistarum, qua justificata manet nostra resolutio, concur=
runt repetitae declarationes Summorum Pontificum super
dubiis hac in re eisdem propositis à Sacra Congregatione Con=
cilii quas refert Fagnanus in cap. super eo, de conditionibus
appositis in desponsatione, vel in aliis contractibus, num. 7.
ubi scribit, quod in dicta Sacra Congreg. praesentibus Cardi-
nalibus, Perusino, Aleiato, Cremonensi, Montalto, S. Sixti, et
Carafa, propositum fuit hoc dubium: "Cum quidam contra-
" xissent coram Parocho, et testibus per verba de praesenti sub
" conditione licita, quae postea fuit purificata; si reputantes
" se pro legitimis conjugibus sine alia solemnitate matrimo=
" nium consummaverint: An validum sit ipsum matrimonium
" vel conjuges teneantur, ut denuo, quia purificata est condi-
" tio, coram Parocho legitime contrahant?
XXXII. Solus Cardinalis Aleiatus contra opinionem reliquorum Cardi=
nalium, qui Theologorum sententiam sequebantur, sustinuit
cum communi Canonistarum, quod, purificata conditione,
non sit opus alia iteratione contractus matrimonii coram
Parocho, et testibus. Dubium fuit relatum ad Summum
Pontificem Pium V., qui declaravit, praevalere, et in sen-
tentiam ~~[illegible]~~ attendendam esse doctrinam Canonista-
rum contra opinionem Theologorum. Consimile Dubium
fuit

fuit abolitum [illegible] congressione [illegible] a summo Pontifice
Clementem VIII. qui declaravit, ut [illegible] Pius V

XXXIII Ex ineluctabilibus Canonistarum fundamentis, et multo magis ex pro
fatis Pontificijs declarationibus constat, irrelevantes esse rationes illas, quas adducebant antiqui Theologi ad fulciendam eorum sententiam. Pro coroni[illegible] notandum est, quod, etsi nullibi prohibitum sit contrahere matrimonium sub honesta conditione de praesenti, de praeterito, et de futuro; consultum tamen non sit, ut sic contrahatur, ob [illegible] incommoda, quae saepe oriri possunt ex matrimonijs taliter contractis; praesertim autem si contrahatur sub conditione de futuro, uti contingit in nostro casu, et ideo Doctores suadent Parochis, ne assistant matrimonijs conditionatis.

XXXIV Parochus tamen, qui adstitit matrimonio conditionato [illegible] cum [illegible], non est vitio vertendum, id enim supponimus non praevidisse, sed ex improviso accidisse; quia Livia, forsan ducta [illegible] ad Altare, cogitavit se miseram vitam esse ducturam cum Caio, nisi ejus Pater matrimonio consentiret; et ideo non aliter illum voluit contrahere, quam sub apposita illa conditione = si Caij Pater consenserit =. Iste Parochus tamen tenetur cavere, ne conjuges procedant ad consummationem matrimonij, donec certo constet de purificatione conditionis, in quem finem prudenter faciet, si casum referat ad Ordinarium. III

[illegible]

[illegible] IV

I Alterum casum paucis verbis ~~[illegible]~~ expediemus; et sicut dubium super eo propositum est facilis discussionis, ita nos breviter ab ipso expediemus. Dicimus quidem Faustum non teneri [illegible] inire matrimonium cum Caecilia [illegible]; quia posterior obligatio, quam Faustus intellexit contrahere, desponsando Caeciliam Virginem sub expressa conditione [illegible] cum ipsa matrimonium, non potuit derogare [illegible] priori, quam idem Faustus contraxit emittendo simplex votum castitatis, quin super eo dispensationem impetraverit; sicut ab obligatione sponsalium, quae praecedenter contraxerint, non potuissent se liberare contrahendo postea cum Sponsa sua, etiamsi istis accesserit copula. V

II Neque videtur fieri posse hoc ratiocinium: Faustus non tenetur matrimonium contrahere cum Caecilia propter [illegible] cum ea initum de contrahendo matrimonio, [illegible]

enim tale pactum fuerit de re illicita, velut repugnante castitati per votum jam promissae, non potuit esse validum; sed nec tenetur ad matrimonium cum Caecilia ratione damni, et injuriae ipsi illatae propter dictam rationem; quia haec absque promissione non inducit [illegible] obligationem contrahendi matrimonium, sed vel illud contrahendi, vel injuriam, et damnum aliter compensandi, juxta illud Exod. cap. 22. = si quis virginem seduxerit dotabit eam, et habebit eam uxorem =, quae verba ab interpretibus communiter intelliguntur disjunctive, non vero copulative, ita ut pariant hunc sensum; dotabit eam, vel habebit eam uxorem.

III Cum igitur in nostro casu defloratio videatur contigisse sine matrimonii promissione; quia pactum de eo contrahendo fuit invalidum ob praecedens votum castitatis, quod vim habet irritandi quaecunque posteriora sponsalia simplicia; videtur esse inferendum, quod noster Faustus teneatur observare votum castitatis praecedenter emissum, et [illegible] consequenter, cum non possit matrimonium contrahere cum Caecilia, nisi obtinuerit dispensationem super voto, satisfaciat obligationi dotando Caeciliam, vel aliter compensando injuriam, et damnum deflorationis.

IV Nihilominus tamen sentemus, Faustum teneri ad contrahendum matrimonium cum Caecilia, etsi non impetraverit dispensationem super voto simplici castitatis, quod emiserat, antequam defloravit Caeciliam sub expresso pacto ineundi cum ipsa matrimonium. Nam obligatio, quam Faustus ex delicto deflorationis a se commissae sub expresso pacto contrahendi matrimonium cum Caecilia, est adeo potens, ut praevaleat obligationi, qua vigore sui simplicis voti se obstrinxerat ad servandam castitatem.

V Id autem probamus sic: obligatio orta in Fausto ex simplici suo voto castitatis, provenit duntaxat ex libera, et gratuita voluntate voventis, quae lege sua privata sibi tale onus imposuit; sed nemo potest se obstringere hujusmodi genere obligationis in grave praejudicium alterius; nullus enim potest propria sua authoritate alieno juri derogare. Magna siquidem est differentia inter [illegible]

obligationem, quae nascitur ex injuria, et illam, quae oritur
duntaxat ex propria libera, et gratuita voluntate; quia
illa est hac potentior; et ideo, si quis vovit Religionem
aut etiam fuit eam professus, ac deinde suus parens
in gravissimam incidat necessitatem, debet patri succurrere
non obstante voto Religionis, ac etiam tenetur a monasterio
egredi, in quo Religionem jam fuit professus, ut opera
sua, quatenus sit necessaria, patrem sublevet; hujusmodi
juri, a lege naturali, et divina descendenti, filius non potuit
tali suo voto, aut professione praejudicium inferre.
VI Pariter si quis vovisset relinquere haeredem aliquam Ecclesiam, et IX
postea ei nascantur filii, non potuit praecedente suo voto
praejudicare juri posteriori filiorum: igitur nec potest quis
suo simplici voto castitatis praejudicare juri, quod alter
postea ex delicto acquiret contra eum: ideoque concludendum est, quod, cum in casu nostro obligatio posterior
Fausti matrimonium contrahendi cum Caecilia non oriatur
ex gratuita voluntate ejusdem Fausti, sed ex jure, quod
Caecilia acquisivit ob sui deflorationem cum pacto
conjugii, huic juri derogare non potuit simplex votum
castitatis a Fausto praecedenter emissum; sicut votum, quod
quis emisisset de eroganda tota sua substantia pauperibus
non potuisset derogare juri, quod alii acquisivissent postea
in eandem substantiam ex subsequenti delicto voventis.
VII Non obest igitur prima ex rationibus adductis in contrarium;
non enim prior obligatio semper praevalet posteriori, ut un[de]
stat ex praemissis exemplis. Quantum allata de sponsalibus
prioribus, quibus non praevalent sponsalia posteriora, etiam
conjuncta cum copula; respondemus, obligationem priorum
sponsalium non oriri ex sola alterutrius gratuita promissione, sed ex mutua onerosa utriusque, cum sponsalia sint
contractus synallagmaticus, id est, ultro citroque onerosus, et
ideo mirum non est, quod posteriora nequeant derogare prioribus; secus enim tolleretur jus quaesitum per ipsa priora
sponsalia.
VIII Nec etiam obstat adjecta ratio ab Exodi desumpta, quamvis enim
seductor Virginis teneatur tantum eam ducere, vel dotare,
tenetur tamen eam ducere si ipsam defloravit sub pacto
conjugii, prout [illegible] simplici voto castitatis, [illegible]

praecedenter emisisset; quia, licet ob praecedens votum castitatis promissio matrimonij fuerit nulla, defloratio tamen sub ea promissione fuit taliter injuriosa, ut ex ea orta fuerit obligatio contrahendi matrimonium, non secus ac contingit in casu, quo quis sub ficta promissione matrimonij deflorat Virginem; siquidem in neutra hypotesi, idest tam nullius promissionis, quam promissionis fictae, oritur obligatio contrahendi matrimonium ex sola vi promissionis; oritur tamen ex injuria, quam Virgini infert deflorator sive nulliter promittat ob praecedens suum votum castitatis,

IX sive ficte promittat, ut Virginem decipiat.

Multo minus relevat dicere, quod votum castitatis à Faustto emissum fuerit à Deo acceptatum; quia Dei acceptatio non destruxit jus, quod postea Caecilia deflorata à Faustto sub expresso pacto conjugij acquisivit, ut cum ea contraheret matrimonium. Nihilominus tamen votum ipsum efficit irritum idem pactum, et etiam post contractum matrimonium conjugale reddidit inhabilem Fausttum ad petendum debitum, donec super eodem voto impetraverit dispensationem, quae rigorose loquendo erit potius declaratio, quam dispensatio, quotiescumque enim agitur de dissolutione obligationis, quae oritur a voto tam simplici, quam solemni, ut est illud Ordinis sacri et professionis Religiosae, quoque oritur à matrimonio rato, Ecclesia non tam dispensat, quam declarat voluntatem Dei esse in respectivis circumstantijs non amplius obligare; siquidem dispensatio proprie talis est liberatio ab obligatione legis, supra quam dispensans habet authoritatem vel propriam, et ordinariam, vel ministerialem, ac delegatam.

I

II.

(1) Pro Congregatione diei 8. Augusti 1766

Casus I.

Achilles, et Sylvanus, ambo Sacerdotes, devenerunt in praesentia complurium de populo a rixa ad percussiones, et ad vulnera ita ut Sylvanus aggressus ad mortis articulum redactus fuerit; cumque nullius alterius Sacerdotis, nec Sacramentalis copiam haberet, Achilleo aggressori, praeviter confiteretur, et praemissa inter ipsos reconciliatione, confessus fuit, et ab eodem absolutus. Unde oritur

Dubium: an ipsa absolutio fuerit valida?

Casus II.

Capellanus Curatus, non habens facultatem absolvendi a casibus in Synodo reservatis, infirmum in articulo mortis constitutum, Patris sui domesticum, absolvit a peccato sic reservato, quamvis et tum ab [illegible] in eodem loco existente ~~[illegible]~~ potuisset debitam facultatem secreto impetrare; ~~[illegible]~~

Unde oritur

Dubium: an valida fuerit talis absolutio?

I Cum utrumque dubium, in praesenti Congregatione decidendum, cadat super valore Sacramentalis absolutionis, prolatae in respectivis circumstantijs unius, alteriusque ex propositis casibus; ~~[illegible]~~ sive imprimis oportet, Sacrum Concilium Tridentinum Sess. 14 Cap. 6; in quo loquitur de ministro Sacramenti Poenitentiae, et de absolutione, docuisse sic — "quamvis autem absolutio "Sacerdotis alieni beneficij sit dispensatio, tamen non est "solum nudum ministerium, vel annunciandi evangelium, "vel declarandi remissa esse peccata, sed ad instar actus judi"cialis, quo ab ipso, velut a judice, sententia pronunciatur —

II "Et in Cap. VII. immediate sequenti, quod est de Casuum reservatione ita docet — "Quoniam igitur natura, et ratio judicij illud exposcit "ut sententia in subditos dumtaxat feratur; persuasum semper "in Ecclesia Dei fuit, et verissimum esse Synodus haec confir"mat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam "Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdele"gatam non habet jurisdictionem — et postquam casti

mam

mem declaravit reservationem, quae de quibusdam criminibus gravioribus,
pertinet ad Summum Pontificem, et ad Episcopos pro eorum
Dioecesibus, prosequitur sic =
Veruntamen pie admodum, ne hac ipsa
„ occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum
„ semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis,
„ atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet paenitentes a qui
„ buscumque peccatis, et censuris absolvere possunt: extra quem
„ articulum sacerdotes, cum nihil possint in casibus reser
„ vatis, id unum paenitentibus persuadere nitantur, ut ad
„ Superiores, et legitimos judices pro beneficio absolutionis
accedant. =

III. Ex praemissa Sacri Concilii doctrina videtur prono alveo fluere resolu
tio dubii a nobis super primo casu propositi; videlicet
validam omnino fuisse Sacramentalem Absolutionem
quam Sylvanus consequutus est ab Achillaeo; si enim non
fuisset valida, quomodo verificarentur absoluta, et generalia
illa verba Concilii = In eadem Ecclesia Dei custoditum semper
fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque
ideo omnes Sacerdotes quoslibet paenitentes a quibuscumque
peccatis, et censuris absolvere possunt = ?

IV Quamvis igitur supponatur, sicut supponimus, Achillaeum
Sacerdotem revera incurrisse excommunicationem percu
tiendo, et vulnerando Sylvanum pariter Sacerdotem, et
cum id fecerit in praesentia complurium de populo, esse
excommunicatum vitandum, velut publicum Clerici
percussorem; nihilominus absolutio Sacramentalis ab
illo impertita Sacerdoti Sylvano in articulo mortis
constituto, reputanda est pro valida; secus enim non
omnes Sacerdotes possent in articulo mortis quoslibet
paenitentes a quibuscumque peccatis, et censuris absolvere,
quod foret contra praefatam expressam declarationem
Concilii Tridentini, et contra morem in Ecclesia Dei sem
per custoditum, ut idem Concilium luculenter testatur

V Hujusmodi porro tum morem comprobant antiquissimi Sacri
Canones, in quibus sancitum legimus, morientibus com
munionem non esse denegandam. Sic inter alios canones
reperitur Canon: Si quis de corpore Cau. 26. quaest. 6 et
alii sequentes; et praesertim Can. Agnovimus, in quo
Coelestinus Papa de iis, qui morientibus poenitentiam
urgens

denegare, ait = qui non rogo, aliud est, quam monenti mortem addere, ejusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? = Cum antedictis sacris canonibus consonat Cap. quod in te de pœnitentiis et remissionib. Si autem absolutio, a Sacerdote excommunicato propter publicam Clerici percussionem impertita pœnitenti constituto in articulo mortis foret invalida, ex dispositione Sanctæ Matris Ecclesiæ, contra ejus pietatem pœnitentia denegaretur morientibus, quo nihil esset absurdius.

VI Sancta Mater Ecclesia in Can. Præter §. Verum, dist. 32, in can. Si quem forte Cau. 24 quæst. 1, et alibi, tanquam validum recognovit baptismum in extrema necessitate collatum ab excommunicato, et à quocunque hæretico, ac Schismatico. Cur ergo non debuisset recognoscere tanquam validam absolutionem Sacramentalem à Sacerdote excommunicato, etiam denunciato, etiam publico Clerici percussore, impertitam pœnitenti in articulo mortis constituto? cum Sacramentum glossam in antedictum can. Si quem forte, Sacramentum pœnitentiæ necessarium est peccatoribus morientibus sicut baptismus est necessarius parvulis; et in summario ejusdem Canonis legitur sic = In extremo positus etiam ab hæretico pœnitentiam accipere valet: nam, quod non est licitum, necessitas facit licitum =

VII Verum, præfatis omnibus non obstantibus, censemus, absolutionem à Sacerdote Achilleo impertitam fuisse nullam: certum enim est, et de fide credi debet absolutionem sacramentalem esse actum judicii ..., ut docuit Concilium Tridentinum in antedictis Capitibus 6.° et 7.° sess. 14; et ideo in Can. 9 ejusdem sessionis anathematizavit dicentes, Absolutionem Sacramentalem Sacerdotis non esse actum judicii .... Sed Sacerdos Achilleus, tanquam excommunicatus ob publicam à se commissam percussionem Sacerdotis Sylvani, fuit eliminatus à consortio totius christianitatis, ut constat ex can. Canonica, Cau. 11. quæst. 3, quinimo separatus à Corpore Christi, quod est Ecclesia, et traditus Satanæ, ut dicitur in Can. Omnis Christianus, et in Can. Nihil, eadem cau. et quæst: Igitur, quam habuisset jurisdictionem in foro interno, amisisset, seque reddidit indignum, et incapacem ejusdem jurisdictionis, si eam non habuisset: ...

ctione autem nullus actus iudicialis potest exerceri: ergo absolutio à Sacerdote Achilleo impertita fuit prorsus nulla et invalida.

VIII. Haec consequentia quae est identica cum nostra de [illegible]ione, quamvis videri possit esse opposita, et directe contraria doctrinae Sacri Concilij Tridentini, expressae [illegible] antefatis illis verbis = Verumtamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, atque adeo omnes Sacerdotes quoslibet poenitentes à quibusvis peccatis et à censuris absolvere possunt =: non tamen est opposita, nec ullo modo contraria; sed veritatem continet, ut [illegible] demonstrabimus.

VIIII Quod in Ecclesia Dei jam ab antiquis temporibus provisum fuerit, ut Sacerdotes approbati ad audiendas confessiones, haberent jurisdictionem absolvendi etiam à peccatis reservatis, tam Episcopo quam Summo Pontifici, poenitentes constitutos in articulo mortis, legimus expressum in pluribus Sacris canonibus, praesertim in Can. Frater noster, Cau. 17. quaest. in Cap. Pastoralis, de Off.o Ordinarij, in Cap. Felicis, de poenitentijs, et remissionibus in 6°, in Clementina, inter cunctos, eodem titulo, ac demum in citato Cap. 7. Concilij Tridentini quod est de casuum reservatione.

X Pariter, quod in Ecclesia Dei ab antiquis temporibus provisum fuerit, ut simplices Sacerdotes qui [illegible] haberent jurisdictionem absolvendi poenitentes in articulo mortis à quibusvis peccatis etiam [illegible] reservatis, expressum habemus in Can. Presbyter, Cau. 26. quaest. 6., in extravag. Inter cunctas, de Privilegijs, in extravag. 1. de sententia excomm., et alibi. Nullus tamen extat canon, nulla ecclesiastica constitutio emanavit ante Concilium Constantiense, unde possit colligi, ac probari, quod Ecclesia Sacerdotibus excommunicatis tribuerit jurisdictionem, vigore cujus in articulo mortis potuerint valide absolvere poenitentes à peccatis, et censuris. Igitur praefati antiquiores canones intelligendi sunt de Sacerdotibus viventibus in communione Ecclesiae, nullatenus vero de separatis à corpore Christi, de [illegible], velut eliminatis à consortio totius Christianitatis, quales sunt excommunicati carentes usu cujuscumque jurisdictionis, tam pro foro externo, quam pro foro interno

et u

et ideo S. Thomas in 4. dist. 18. q. 2. art. 2. ait excommu=
nicatio est, jurisdictionis privatio —
XI (In memorato tamen Concilio Constantiensi, quod celebratum fuit
anno 1414. Summus Pontifex Martinus V. edidit consti=
tutionem incipientem = Ad evitanda scandala =, in qua
omnibus Christi fidelibus concessum fuit, ut tam in divi=
nis, quam in politicis, tutâ conscientiâ communionem
habere valeant cum excommunicatis, nisi fuerint pu=
blice denunciati, aut notorij percussores Clericorum:
quin per hoc ullus favor factus sit ipsis excommunicatis;
addidit enim Pontifex in fine, se non intendere excommuni=
catos in aliquo relevare, aut quomodolibet suffragari; solis
igitur Christi fidelibus non excommunicatis intellexit favere,
quatenus, si velint, possint communionem habere cum
excommunicatis etiam notorijs, dummodo non sint pu=
blice denunciati, et non sint notorij Clericorum percussores.
XII Excommunicati hujus duplicis generis appellantur, et sunt
vitandi; alij verò appellantur tolerati, velut non necessa=
rio vitandi.
(Infertur proinde, quod post præfatam Constitutionem = Ad evi=
tanda scandala = si quis in articulo mortis confiteretur Sacerdoti excommu=
nicato tolerato, hujus absolutio foret valida; quia ad
hunc effectum haberet ab Ecclesia sibi concessum usum
sufficientis jurisdictionis, quod non videtur ... inferri
respective Sacerdotis excommunicati denunciati, et
publici Clericorum percussoris: nos enim ... sustinemus quod
multò minus possit id inferri ex antedictis illis Concilij ... in
fine verbis = in eadem ... in articulo mortis, atque ... et om=
ut nulla sit reservatio ... à quibusvis ... Sacer=
nes ... errores quoslibet ... absolvere possint =
[illegible] mox dictis ejus ver=
XIII Manifestum enim est Concilium Tridentinum
bis non intellexisse omnibus Sacerdotibus, etiam excommunicatis vitandis,
quales post Concilium Constantiense sunt publicè denunciati,
et notorij Clericorum percussores; quia factum est fuisse
semper custoditum in Ecclesia Dei, ut excommunicati
denunciati, quibus in dicta Constitutione = Ad evitanda
scandala = æquiparantur publici Clericorum percussores, valide
absolverent poenitentem in articulo mortis constitutum.
Nam Summi Theologi, et gravissimi Canonistæ, qui usque
ad tempus Concilij Tridentini requirant communioni calculo
oppositam sententiam docuerunt: eam docuit S. Th.
in 4um Sententiarum dist. 19. quæst. 1. art. — Durandus
in 4

in 4. dist. 19. quæst. 1. art. 3. S. Antoninus in 3. parte
tit. 14. cap. 19. Scotus in 4. dist. 19. quæst. un. art. 4.
Turrecremata cap. 1. de pœnitentia dist. 5. Alexander
de Ales in quarta parte quæst. 20. membro 8. art. 2.
Abbas in cap. cum Canonis de ordinatis ab Episcopo qui
renunciavit episcopatui; aliique quamplurimi.
XIV. Igitur fateri oportet, Sacrum Concilium Tridentinum in
allegato Cap. 7., quod est de casuum reservatione, dicendo ut
nulla sit reservatio in articulo mortis, et quod omnes sacer-
dotes quoslibet pœnitentes a quibusvis peccatis et censuris
absolvere possint, non intellexisse de Sacerdotibus excom-
municatis, nominatim denunciatis, nec de notorijs clericorum
percussoribus; sed duntaxat de Sacerdotibus illis viventibus
[illegible] in communione Ecclesiæ, qui sunt quidem
Confessarij approbati, sed sine facultate absolvendi a casibus re-
servatis, aut sunt simplices sacerdotes, quibus Ecclesia
tribuit jurisdictionem in articulo mortis; vel etiam Triden-
post dictam Constitutionem Martini V. a Concilio Tri-
tino in suo vigore relictam, sunt excommunicati toleratis.
XV. Nunquam enim fuit mos Patrum, qui in Concilio Tridentino
erant congregati, definire controversias, quæ vertebantur inter
Doctores Catholicos, sed eas duntaxat, quæ agitabantur inter
Catholicos, et hæreticos, ut observavit Cardinalis Pallavicinus
in sua historia ejusdem Concilij; de potestate autem sacer-
dotis excommunicati, ad absolvendum in articulo mortis erat
[illegible] controversia, et opinio negati-
[illegible] Concilium
erat communior: ergo verisimile non est, quod Concilium
voluerit eam dirimere; quin potius judicandum est [illegible]
[illegible] recedere a sententia [illegible] Canonistarum
[illegible] in præfato Cap. 7. [illegible]
S. Thomæ quæ erat communior [illegible] et [illegible] erant vi-
tempore autem D. Th. omnes excommunicati notorij erant hoc
tandi; non sic post Concilium Constantiense; igitur post hoc
Concilium Sacerdotes excommunicati tolerati valide possunt
absolvere pœnitentes in articulo mortis constitutos.
XVI. Et quamvis præmissæ rationes, motiva, et fundamenta
non comprobarent ad evidentiam nostræ decisionis veritatem,
eam tamen luculenter demonstrat Declaratio edita a Sa-
cra Congregatione Cardinalium ejusdem Concilij Tridentini interpre-
tum, quam Prosper Fagnanus, qui per annos 40. fuit
ipsius Congreg. Secretarius, per extensum refert ad Cap.
Non est vobis de Sponsalibus, ubi dubium
legitur fuisse propositum his verbis = Episcopus Valen-
" tinensis petit declarari, utrum pœnitentes in articulo
mortis

" mortis constitutos possit in casibus reservatis absolve
" quilibet Sacerdos, etiam excommunicatus, et denunciatus,
" ut tenuit Navarrus de Regulis Confessariorum cap. 27.
" num. 272: & quod per eadem verba, fol. 551.
XVIII. Et immediate prosequitur sic = Congregatio generalis Moroni
" Aleiat, Senonensis, Montisalti, Albanen. S. Sixti, censuit
" non posse. Quia communis opinio videtur illa, quod ta:
" les excommunicati non possint, etiam in hoc casu necessita:
" tis, Magister Sententiarum in 4. dist. 19; S. Th. in 3am
" partem quaest 82. art. 7. ad 2; et in 4um Sentent. dist. 19 quaest.
" 1. art. 2 = et post citationes plurium aliorum insignium
Theologorum, gravissimorumque Canonistarum
legitur sic = licet contra teneant Paludanus, Silvester,
" et Sotus. Nec obstat Cap. 7. de Reservatione, quia debet
" intelligi de omnibus Sacerdotibus in unitate Ecclesiae viven:
" tibus, referendumque ad eos Sacerdotes, de quibus in eo Cap. 7.
" in prima, et secunda parte agitur, qui habent vel ordinariam
" vel delegatam potestatem:
XIX. De habentibus ordinariam, vel delegatam potestatem in prima parte
ejusdem Cap. 7. Legitur expressum sic = Synodus hoc confirmat
" nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacer
" dos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam
" non habet jurisdictionem =. In secunda parte autem post
" illa verba = atque adeo omnes Sacerdotes quoslibet poeniten
" tes a quibusvis peccatis, et censuris absolvere possunt = le:
" guntur sequentia = extra quem articulum Sacerdotes,
" cum nihil possint in casibus reservatis, id unum poeniten:
" tibus persuadere nitantur, ut ad superiores et legitimos
" judices pro beneficio absolutionis accedant.
XX. Igitur etiamsi non emanasset praefata Sacrae Congreg. declaratio,
qua nostra conclusionis veritas evidenter manet demonstrata,
deberet necessario inferri ex prima, et secunda parte dicti
Capitis 7. de reservatione casuum, Concilium Tridenti;
num, dum in eo dixit, quod in Ecclesia Dei semper custodi:
tum fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, et
quod omnes Sacerdotes quoslibet poenitentes a quibusvis
peccatis et censuris absolvere possunt; non de aliis omnibus
Sacerdotibus intellexisse, quam de illis duntaxat, qui vi:
vunt in communione Ecclesiae, et vel sunt approbati ad
audiendas Confessiones sine tamen facultate absolvendi
a reservatis, vel etiam sunt simplices Sacerdotes duntaxat;
quia

quia tam illi, quam isti vigore antiquissimorum sacrorum canonum habent ab ~~eadem~~ potestatem absolvendi in articulo mortis quoslibet pœnitentes a quibusvis peccatis et censuris, ut jam demonstravimus referendo eosdem sacros Canones.

XXI Atque adeo verum est, ut sub nomine omnium sacerdotum, de quibus Concilium Tridentinum loquitur in eodem cap. 7, neque dum comprehendantur excommunicati tolerati, si tale nec viventes in communione Ecclesiæ, et respectu eorum non verificantur illa verba = in Ecclesia Dei semper custoditum fuit = quia ~~[illegible]~~ sacerdotes excommunicati non prius censerunt esse tolerati, quam post Concilium Constantiense. Igitur si etiam sacerdotes excommunicati tolerati possunt valide absolvere pœnitentes in articulo mortis a quibusvis peccatis et censuris; non ideo id possunt, quod inter eos censentur comprehensi sub nomine omnium sacerdotum, de quibus loquitur Concilium Tridentinum in dicto cap. 7.; sed ideo, quod ad id faciendum potestatem habere cœperunt vigore constitutionis = Ad evitanda scandala = cui a Concilio Tridentino non fuit derogatum; eadem enim constitutio sicut illico fuit ubique recepta, ita ~~ut~~ perseveravit usque in præsens.

XXII. Hic prætermittere non possumus circumstantiam valde notabilem, et est, quod Joannes Cardinalis Moronus, qui fuerat Legatus Apostolicus in Concilio Tridentino, dirigebatque omnia in eo vertentia, præfuit illi sacræ Congregationi, a qua emanavit prædicta declaratio; unde inferri debet, quod, si Patres Concilii in supradicto Cap. 7. intellexissent sub nomine omnium sacerdotum etiam excommunicatos publice denunciatos, professe Cardinalis non consensisset, ut in sacra Congregatione, cujus erat Præfectus, emanasset declaratio contraria, imo reclamasset, ipsamque declarationem impedivisset; cum autem id non fecerit, sed eidem declarationi consenserit, concludere oportet, quod Patres Concilii sub nomine omnium sacerdotum, habentium potestatem absolvendi omnes pœnitentes in articulo mortis a quibusvis peccatis et censuris intellexerint duntaxat de sacerdotibus viventibus in communione Ecclesiæ, neutiquam vero de excommunicatis et longe minus de excommunicatis publice denunciatis, quibus per constitutionem = Ad evitanda scandala = æquiparantur publici seu notorii clericorum percussores.

XXIII Nec etiam prætermittere possumus, nostram decisionem procedere in suppositione

suppositione, quod Sacerdos Achilleus verè fuerit publicus, ac notorius Clerici percussor, ita nempe ut non posit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo juris suffragio excusari; quemadmodum in praefata Constitutione Martini V requiritur expresse ad qualificandum Clerici percussorem vitandum, sicut vitari debet quivis excommunicatus publice denunciatus; nam si ~~[illegible]~~ percussio, et vulneratio Clerici ab Achilleo Sacerdote commissa sic foret constituta, ut ex aliqua causa posset rationabiliter excusari, ipse non esset excommunicatus vitandus,
XXIV et per consequens absolutio ab eodem impertita Silvano fuisset valida.

Nunc transimus ad breviter respondendum motivis in contrarium productis. Fuit quidem pietati Matris Ecclesiae semper consonum, ut non denegetur, sed concedatur poenitentia monentibus; sed quia absolutio est actus judicialis ex institutione Christi, Ecclesia ipsa voluit semper, ut non alius ~~sacerdos~~ posset absolutionem impertiri, nequidem in articulo mortis, nisi minister, seu Sacerdos, habilis; in nullo autem Canone, in nulla Constitutione Ecclesiastica fuit ad id habilitatus Sacerdos excommunicatus vitandus, qualis ante Concilium Constantiense erat omnis excommunicatus notorius, et post idem Concilium est omnis excommunicatus publice denunciatus, etiā quivis notorius Clerici percussor.

XXV. Igitur loquendo de absolutione Sacramentali, non debemus procedere cum fundamento alicujus praesumptionis, aut verisimilitudinis respectu habilitatis ministri; sed certum esse debet, quod, ut absolutio valeat, etiam in articulo mortis necessaria sit jurisdictio in Sacerdote, qui eam impertitur; ex hactenus autem allegatis, et probatis, sat evidenter constat, in Sacerdote excommunicato vitando, velut publice denunciato, aut notorio Clerici percussore, nullam reperiri jurisdictionem necessariam ad valide absolvendum, nequidem in articulo mortis: ergo firma manet nostra decisio, quod absolutio impertita à Sacerdote Achilleo fuerit nulla.

XXVI Profecto, si contrarium possemus affirmare ob solam praesumptionem, quod pia Mater Ecclesia voluerit valere absolutionem impertitam in articulo mortis a Sacerdote excommunicato vitando; possemus etiam affirmare, debuisse Ecclesiam ex lege Charitatis statuere, ut positus in ~~[illegible]~~ articulo mortis ab hujusmodi excommunicato recipere [illegible]

cum, et extremam unctionem; quia et hae sacramenta conducunt ad vitam aeternam; et tamen omnes Catholici oppositum docuerunt, ac docent cum S. Th. in 4. dist. 19 quaest. 1. art. 2.; et memorabile habemus exemplum de S. Rege Hermenegildo, qui jussu patris occisus est eo quod noluerit sacram communionem recipere de manu Episcopi Ariani, ut refertur in Bar. capit. Cau. 2. 4. quaest. 1.

XXVII Ad veritatem de Baptismo respondemus, Sacramentalem absolutionem non esse tantae necessitatis, ut recipiatur a sacerdote excommunicato vitando, sicut est baptismus qui requiritur ad salutem ex necessitate medii; potest enim moriens, adjutus divina gratia, elicere actum contritionis, quo justificatur, et salvus fiat. Summarium canonis, Si quem forte, et Glossa dicens, in articulo necessitatis communionem recipi posse poenitentiam a sacerdote haeretico, communiter reprobantur, ut testatur Covarr. in Cap. Alma Mater de sentent. excommun.

I Cum facilis sit resolutio dubii super altero casu propositi, et plurimum dependeat ex fundamentis, quibus demonstravimus veritatem decisionis jamjam prolatae super dubio primi casus; ideo ab ea nos breviter expediemus. Ratio dubitandi, quod non fuerit valida absolutio impertita a Capellano curato in circumstantiis, de quibus agitur, videtur posse fundari in antedictis illis Concilii Tridentini verbis = Verumtamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis =

II Videtur enim exinde sic posse ratiocinari: causa finalis, ob quam in Ecclesia Dei semper custoditum fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, juxta declarationem Concilii Tridentini fuit, ne hac ipsa occasione aliquis pereat. Sed in circumstantiis nostri casus non verificatur hujusmodi periculum, cum Episcopus in eodem loco existens, ubi noster Capellanus curatus absolvit poenitentem in articulo mortis constitutum a casu reservato, requisitus ab eodem Capellano illico potuisset ei concedere necessa-

necessariam facultatem: igitur ob neglectam hanc facultatem
nulla fuit absolutio, quam idem Capellanus impertitus fuit
à casu reservato.

III. Praterea in Can. Presbyter, Cau. 26. quæst. 6. legimus sic:
= Presbyter non reconciliet pœnitentes, nisi, absente Epi-
scopo, ultima necessitas urgeat = idipsum legimus in
pluribus alijs Antiquis Sacris Canoni[illegible], ad quos Concilium
Tridentinum se retulit inquiens = In Ecclesia Dei semper
custoditum fuit =. Igitur ex mente Sacrorum Canonum,
ejusdemque Concilij, Sacerdos approbatus ad audiendas
Confessiones, sed carens facultate absolvendi à casibus
reservatis, facultatem hanc non habet, nequidem in
articulo mortis, si præsto adest Episcopus, à quo ean-
dem facultatem consequi possit. Videtur itaque, quod
absolutio à nostro Capellano Curato impertita sit inva-
lida.

IV. Præfatis tamen motivis non obstantibus Censemus, absolutio-
nem, ~~[illegible]~~ à dicto Capellano
Curato impertitam, fuisse validam: quia Concilium
Tridentinum in antedicto Cap. 7. De casuum reservatione
expresse docet, quod in articulo mortis respectu Sacer-
dotum habentium ordinariam, vel delegatam jurisdi-
ctionem pro Foro Sacramentali ~~pœnitentia~~, sublata
sit omnis reservatio, ne ob causam ~~[illegible]~~ subsistentis re-
servationis aliquis pereat. Quin obstet dicere, tunc
tantum cessare reservationem respectu eorundem Sacer-
dotum, quando abest, aut facile adiri non potest Supe-
rior, à quo concedatur facultas absolvendi à reservatis;
Nam Concilium simpliciter, et absolute declarat, quod
juxta perpetuam Ecclesiæ praxim nulla sit reservatio
in articulo mortis, quin ullam apponat limitationem,
igitur, sive adsit, sive non adsit Episcopus, sive facilis,
sive difficilis sit ad eum recursus pro consequenda facul-
tate absolvendi à reservatis, facultatem hanc in arti-
culo mortis habet quilibet Sacerdos approbatus ad
audiendas confessiones, qualis est noster Capellanus
Curatus.

V. Quamvis autem ex illis verbis Concilij Tridentini = ne occasione
reservationis aliquis pereat = recte inferatur, quod quilibet
Sacerdos habens jurisdictionem ordinariam vel de[illegible]
[illegible]getam

gatam ad Sacramentaliter absolvendum, carens tamen facultate absolvendi à casibus reservatis, possit valide ac licite ab istis absolvere pœnitentem in articulo mortis constitutum, non obstante, quod in loco præsens sit habens hujusmodi facultatem, aut etiam Episcopus, qui Confessario eam non habenti illico possit impertiri; Secus enim Ecclesia finem sibi propositum non obtineret, quia homines jamjam morituri ob varias causas æternæ salutis periculo forent expositi, ac etiam foret periculum ~~violandi~~ violandi sigillum Sacramentale in casu, quo Confessarius destitutus tali facultate eam peteret ab Episcopo in eodem loco existente.

V.I. Nihilominus ex eisdem Concilij verbis nequit inferri, quod etiam simplex Sacerdos, non approbatus ad audiendas confessiones, valide possit absolvere in articulo mortis à peccatis omnibus, etiam reservatis, dum adest Sacerdos, qui ad id habet ordinariam, vel delegatam jurisdictionem, et vivit in unitate Ecclesiæ. Nam Concilium in supradicto Cap. 7. quod est de casuum reservatione, cum decerneret, Sacerdotes omnes posse à quibusvis peccatis, et censuris absolvere in articulo mortis; et cum monet, eosdem Sacerdotes nihil posse quoad reservata extra illum articulum; ac etiam cum præscribit, quid agere debeant extra mortis articulum cum pœnitentibus quos nolunt esse irretitos casibus reservatis; non de alijs Sacerdotibus loquitur, quam de illis, qui ordinariam, aut delegatam habent jurisdictionem ~~habent~~ ad absolvendum, et vivunt in unitate Ecclesiæ; carent tamen facultate absolvendi à reservatis extra mortis articulum.

VII. Secus enim ineptum esset, si in una, eademque oratione seu periodo ter usurpata vox Sacerdotes, nunc pro istis, nunc pro illis, nunc pro aliquibus, nunc pro omnibus intelligenda esset, nè minima quidem adjuncta particula, quæ diversum indicet sensum. Hanc autem veritatem evidenter demonstrat allegata declaratio sacræ Congregationis Concilij, in qua expresse dicitur, plane Concilium in eodem Cap. 7. loquutum fuisse duntaxat de Sacerdotibus habentibus ordinariam, vel delegatam potestatem absolvendi à peccatis.

VIII. Certum tamen est, quod etiam simplex sacerdos possit in articulo mortis absolvere ab omnibus peccatis, et censuris; hoc enim expressum habemus in cit. Can. Presbyter cau. 26. quaest. 6.; sed id nequit facere, dum adest sacerdos habens ordinariam, vel delegatam facultatem absolvendi, ut in eodem canone cautum est. Pariter certum est, quod sacerdos excommunicatus toleratus possit in articulo mortis absolvere a quibusvis peccatis, etiam reservatis; sed facultatem hanc habet vigore Constitutionis = Ad evitanda scandala =, quae praecessit Concilium Tridentinum, quod nihil circa eam immutavit.

IX. Quoniam vero nullus Canon reperitur in toto Corpore Juris Canonici, nullum extat Conciliare Decretum, nullaque est allegabilis Constitutio Pontificia, ex qua colligi, aut inferri possit, quod Sacerdos excommunicatus vitandus seu quia est publice denunciatus, seu quia est notorius Clerici percussor, habeat facultatem absolvendi in articulo mortis a quibusvis peccatis, et censuris; ideo decisio a nobis prolata super dubio primi casus, occasione resolutionis dubii propositi super secundo casu, redditur magis indubitata, et evidens.

X. Ad ea, quae in contrarium adducta fuerant facilis est responsio. Imprimis enim tantum abest, quod Concilium Tridentinum in toties dicto Cap. 7. de Casuum reservatione faveat asserentibus oppositum, ut potius iisdem adversetur, sicut jam demonstravimus. Alii sacri canones decisioni nostrae non obstant; quia in illis non agitur de absolutione sacramentali, sed de reconciliatione publicorum poenitentium cum Ecclesia, ut constat ex eorum lectura.

[illegible]

Pro Congregatione diei 19. Februarij 1767.

Casus I.

Lambertus Confessarius, qui solet indiscriminatim interrogare suos pœnitentes, an habeant consuetudinem peccandi in eo genere quo se graviter peccasse confitentur, ipsum petit à viro valde gravi et docto, qui ei confessus est peccatum mortale. Sit tamen se habere firmum propositum emendationis, non obstante prava ejus præterita [illegible] committendi tale peccatum. Unde oritur

Dubium: an dictus pœnitens teneatur fateri suam pravam consuetudinem?

Casus II.

Parochus vocatus à Livio, ut festinet ad audiendam confessionem Caii lethali apoplexia correpti de cujus dolore se [illegible] certior factus est in itinere ab eodem Livio, invenit ægrotum sensibus totaliter destitutum. Unde oritur

Dubium: quid Parocho agendum sit in hoc casu?

I Communis ac certa est Theologorum sententia, pœnitentem, non interrogatum à Confessario, per se obligatum non esse ad fatendam pravam suam peccandi consuetudinem: quia peccata præterita, sæpius repetita, constituentia istam consuetudinem, cum supponantur in præcedentibus confessionibus jam exposita, peccatis postea commissis non superaddunt talem novam malitiam, quæ in Confessione subsequenti necessario sit exponenda à pœnitente consuetudinario. Sicut igitur nemo tenetur per se confiteri idem peccatum mortale: ita nemo tenetur per se exponere in confessione pravam consuetudinem graviter peccandi.

II ~~[illegible]~~ Ex hoc ratiocinio videtur posse inferri quomodo sit respondendum ad dubium: an pœnitens teneatur Confessario interroganti fateri suam peccandi consuetudinem? quod est super primo ex casibus pro hodierna Congregatione propositis: Si enim peccandi consuetudo consistit in peccatis præteritis sæpius repetitis, [illegible] [illegible]

bus tamen jam subjectis in praecedentibus confessionibus novam non addit malitiam peccatis postea commissis; videtur, quod paenitens de quo loquitur noster casus, cum sit vir gravis et doctus, non indigens directione confessarii sciatque se habere firmum propositum emendationis; non teneatur fateri suam peccandi consuetudinem; secus enim tibi confiteri deberet sua peccata.

III Ut in hac materia, quae est gravissimi momenti, procedamus sine erroris periculo, distinguere debemus casum, in quo paenitens a confessario non est interrogatus de sua peccandi consuetudine, a casu, in quo est interrogatus, prout in nostra facti specie expresse dicitur.

IV Loquendo de prima suppositione, diximus quidem, communem ac certam esse theologorum sententiam, paenitentem non interrogatum a confessario, non esse obligatum ad fatendam suam gravem peccandi consuetudinem; haec tamen theologorum sententia non procedit simpliciter, et absolute; ut constat ex adjectis illis verbis = per se =, quibus significatur, paenitentem a confessario non interrogatum licite posse reticere suam peccandi consuetudinem, quando haec aliud non est, quam multitudo peccatorum praeteritorum, quae ipse paenitens jam confessus est in praecedentibus suis confessionibus.

V Si vero ipsa peccandi consuetudo, propter aliquam specialem rationem, continet novum peccatum; quia nempe, ejus retentio affert periculum proximum relabendi in peccatum, tunc paenitens, etiam non interrogatus a confessario, per se ipsum tenetur eam pandere. Sicut enim concubinarius non solum peccat fornicando, sed etiam peccat retinendo domi concubinam, et ideo tenetur confiteri etiam concubinae retentionem, tanquam occasionem proximam relabendi in fornicationem; ita pariter, qui habet talem peccandi consuetudinem, cujus retentio inducit in periculum proximum relabendi in eadem peccata, non solum tenetur confiteri peccata quae commisit post ultimam confessionem, sed tenetur [illegible]
[illegible]

tudinem:

VI Doctores utuntur exemplificatione, comprobata ab experientia, ut ostendant, esse aliquas tales consuetudines peccandi; advertunt enim, consuetudinem jurandi, quae initio cum advertentia confirmari veritatem, laxata conscientia, paulatim crescere ita, ut exponat periculo pejerandi, quod fieri solet dupliciter; sic nempe, ut inclinet ad frequentanda juramenta sine examine veritatis, ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ et quidem cum advertentia omissi talis examinis; in qua hypotesi jurans semper peccat mortaliter sive falsum, sive verum suo juramento confirmet.

VII Altero modo jurandi consuetudo sic potest inclinare, ad frequentanda juramenta falsa, ut jurans non habeat advertentiam ad falsitatem; et in hoc casu, quamvis juramenta non sint in se nova peccata, sed talia sint in causa gravia videlicet in ipsa praecognita peccaminosa consuetudine pejerandi: haec continet deformitatem in confessione specialiter exprimendam. etsi ~~[illegible]~~ enim inadvertenter aliquis falso juret, et ideo tale juramentum in se non sit perjurium formale, continet tamen deformitatem objectivam adferendi Deum in testem falsitatis; ~~haec~~ igitur de causa ~~[illegible]~~ tenetur ad comprimendam ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ occasionem proximam falso jurandi etiam cum inadvertentia: talis autem occasio proxima est consuetudo jurandi sine advertentia ad falsitatem; igitur consuetudinem ipsam debet poenitens pandere in sua confessione quamvis de ea non sit interrogatus a confessario.

VIII Talis etiam esse solet consuetudo maledicendi, verba execratoria proferendi, detrahendi famae proximi, et alia nonnulla, quae continent aliquam specialem rationem peccaminosam, vel sunt occasiones proximae graviter peccandi; ideoque poenitens, non solum tenetur se accusare de peccatis in eo genere commissis post ultimam confessionem; sed etiam pandere debet peccaminosam suam consuetudinem, quamvis de ea non sit interrogatus a confessario.

IX Nunc transeamus ad alteram suppositionem, sub qua comprehenditur noster casus, in quo expresse dicitur,

quod

quod Lambertus Confessarius petierit à pœnitente viro
valde gravi, et docto, an habeat consuetudinem peccandi
in eo genere peccati, ~~[illegible]~~ mortalis, quod
ipsi confessus fuit; et ideo proposuimus dubium, an
idem pœnitens teneatur fateri suam peccandi consue-
tudinem, quamvis sciat se habere firmum proposi-
tum emendationis, non obstante tali sua prava consue-
tudine.

X. Ut igitur dubium hoc decidamus, censemus, præfatum pœni-
tentem, ~~[illegible]~~ dici teneri in conscientia ad fatendam
suam peccandi consuetudinem. Fundamentum hujus
nostræ decisionis eruimus ex celebri Cap.º omnis utriusque
sexus, de pœnitentiis, et remissionibus, in quo leguntur
hæc verba = Sacerdos autem sit discretus, et cautus
" ut more periti medici infundat vinum, et oleum
" vulneribus sauciati: diligenter inquirens, et pecca-
" toris circumstantias et peccati, quibus prudenter
" intelligat, quale debeat ei præbere consilium, et qualiter
" ei remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad
" sanandum ægrotum =

XI Sicut igitur Medicus corporalis varias debet facere inter-
rogationes ægroto, ut ejus morbum cognoscat, et pro-
portionatam medelam adhibeat, sollicitando causam
productivam morbi, et hujus diuturnitatem; ita
medicus spiritualis, qui est Confessarius, potest, ac
debet interrogare peccatorem pœnitentem circa
ea omnia, quæ ipsum Confessarium juvare possunt
non solum ad cognoscendam qualitatem peccato-
rum, sed etiam ad formandam credulitatem satis
[illegible] de recta dispositione pœnitentis ad recip-
iendam validam absolutionem sacramentalem
ad quem finem utique plurimum confert quod pœni-
tens firmum habeat propositum amplius non pec-
candi.

XII Igitur Confessarius habet jus inquirendi, an pœnitens
habeat tale firmum propositum; et per consequens
habet jus interrogandi eundem pœnitentem, an habeat
peccandi consuetudinem in eo genere peccati mortalis,
quod confessus fuit; negari enim non potest quod
Consuetudo

diuturna peccandi consuetudo soleat peccatori pœnitenti reddere difficiliorem efficaciam et firmitatem propositi imposterum non peccandi. Si autem Confessarius revera habet jus interrogandi peccatorem pœnitentem de peccandi consuetudine, hanc pœnitens ipse certo debet fateri; siquidem juri activo debet correspondere jus passivum. Postquam Confessarius intellexerit qualitatem, ac diuturnitatem sibi pandita pravæ consuetudinis, debet præterea interrogare pœnitentem an habeat firmum animum eam amputandi, debetque consilium præbere, et remedium efficax suggerere pœnitenti, ut consuetudinem ipsam omnino amputet, et evellat.

XIII. In hac materia habemus propositionem damnatam a Summo Pontifice Innocentio XI, quæ est hujus tenoris = Nemo tenetur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem = ; Verum ex hac ipsa damnata propositione negativa generari videtur posse quis contra nostram decisionem ratiocinari sic: ideo pœnitens interrogatus a Confessario de prava consuetudine peccandi, eam tenetur fateri; quia talis interrogatio eo tendit, ut Confessarius explorare possit, an pœnitens habeat firmum propositum emendationis, et ut adhibeat remedia magis opportuna, et efficacia pro eadem emendatione.

XIV. Verum in concreto nostri casus cum agatur de pœnitente viro valde gravi, et docto, cessat finis, ob quem ei sit facienda interrogatio de peccandi consuetudine; expresse namque supponimus, ipsum esse virum doctum, et ideo non indigere instructione Confessarii, ut ea opus habent pœnitentes rudes, et indocti, simulque scire se habere firmum propositum emendationis, et consequenter efficaciter velle amputare, ac relinquere pravam peccandi consuetudinem. Videtur igitur, quod a tertio decisioni nostræ contraria non comprehendatur sub propositione damnata, quæ dicit, neminem teneri Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem, ideoque nullum, seu rusticum, seu indoctum, seu indigentem, seu non indigentem instructione Confessarii.

XV. Quidquid tamen sit de dicta contradictione [illegible]

comprehensione, nos firmiter persistimus in praemissa
nostra decisione: quia sufficit nobis, confessarium ha-
bere jus interrogandi suum poenitentem de praeterita
peccandi consuetudine in illo genere peccati mortalis,
quod ei confessus est, ut cum veritate inferamus,
teneri ipsum poenitentem, quamvis sit vir gravis
et doctus ad fatendam suam peccandi consuetudinem
et sine sacramenti poenitentiae.
id enim correspon[illegible] et [illegible] comprobat
et praxis Ecclesiae universalis.
XVI. Nihil ergo relevat contra nostram decisionem, quod poeni-
tens sit vir gravis et doctus: nihil, quod credat, se
non indigere directione confessarii; nihil, quod judi-
cet, se habere firmum propositum emenda-
tionis, ut se subtrahat ab obligatione fatendi veri-
tatem confessario interroganti an habeat peccandi
consuetudinem; ut enim confessarius possit saltem I
probabiliter judicare suum poenitentem habere
firmum propositum non peccandi de caetero, et esse
sufficienter dispositum ad valide recipiendam
sacramentalem absolutionem, [illegible] profecto satis
non est scire, ipsum poenitentem esse virum gravem
et doctum; nec etiam satis est, ad eximendum
poenitentem ab obligatione fatendi consuetudinem
peccandi de qua interrogatur, quod judicet se habere
firmum propositum emendationis, et non indigere
directione confessarii.
XVII. Cum igitur confessarius habeat jus faciendi ejusmodi
quae suo poenitenti tales interrogationes, quae sint
directae ad formandam saltem probabilem credu- II
litatem de sufficienti dispositione ejusdem poenitentis cum veri-
tate de hujusmodi interrogationibus consuetudinariis, a
hic tenetur tales respondere. Ergo peccator tenetur ei pandere suam
confessario interroganti consuetudinem, nihil ei suffragante propria doctrina
nihil excusante scientia, quam [illegible] de suo
firmo proposito non peccandi de caetero.
XVIII. Hoc ipso enim, quod vir doctus contraxit consuetudinem III.
peccandi mortaliter contraxit etiam conscientiam
[illegible] potent sibi [illegible]
habeat [illegible]
[illegible] firmo [illegible]

[illegible] consuetudinem peccandi lethaliter? Quot viri docti fuerunt qui admiserunt opiniones conscientiam vulnerantes? Omne poenitens de quo loquitur noster casus, satis habet quo rationabiliter timeat de firmitate sui propositi, de efficaci deliberatione emendandi pravam suam peccandi consuetudinem? Profecto talis consuetudo plerumque obnubilat mentem et depravat cor etiam virorum doctorum. Igitur noster poenitens confessario se interrogante de consuetudine eam tenetur pandere. Immo habeamus pro regula generali quod in praxi absolute non sit admittenda illa opinio quod poenitens vir doctus a confessario interrogatus de prava consuetudine non teneatur illam fateri.

I Nunc transeamus ad dubium super altero [illegible] propositum. Priusquam tamen illud nostra decisione dirimamus, [illegible] [illegible] advertere, non [illegible] ratione [illegible] Parochus [illegible] deseret [illegible] inchoatam confessionem absolvere poenitentem [illegible] [illegible] in lethargum [illegible] talis [illegible] [illegible] [illegible] formaliter integram [illegible] Theologorum sententia [illegible] absolutionem [illegible] impertiendi sacramentalem [illegible] in se [illegible] reversus [illegible] [illegible] [illegible] absolutus in se [illegible] explicite confi[illegible] cata quae non potuit [illegible] [illegible] indirecte solummodo, ut directe [illegible] fuerat absolutus.

II [illegible] [illegible] certum est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sacramentalem [illegible] [illegible] etiam agonizantibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nam etiam in [illegible] [illegible] [illegible] confessio formaliter integra et [illegible] [illegible] impertiendam, et [illegible]

III [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] jubileum, causa sibi incognita [illegible] non [illegible] ut peccata non in genere, sed ideoque necessarium esse ut peccata non in genere, sed [illegible] a poenitente. Verum hoc non in [illegible] [illegible] a poenitente. [illegible] ipsum [illegible] in eodem [illegible] S. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

runt memoriae [illegible] [illegible] et [illegible]
absoluta, non quidem directe, sed indirecte. [illegible]
sumpset [illegible]. sufficiens est confessio generalis et
formaliter integra in illis casibus, in quibus fieri non
potest omnium peccatorum in specie. Certum quidem
est, quod ut confessarius perfectam habeat [illegible]
[illegible] possit [illegible], [illegible], et [illegible]
poenitentiam [illegible] necessarium sit quod poenitens
se [illegible] omnia peccata in specie, prout se [illegible]
[illegible] supponitur.
IV Verum si casu [illegible] non potest sic cognosci, sed et
eam [illegible] melior [illegible] [illegible]; sed et eam [illegible]
modo et forma [illegible] in praefatis [illegible],
adhuc enim verum est [illegible] [illegible] a confessario
quamvis rudite et imperfecte. Igitur tenendum est
Parochum posse ac debere impertiri absolutionem [illegible]
[illegible] in circumstantiis easdem [illegible]
ut ex dicendis amplius constabit.
V. Cum autem Parochus in praefatis circumstantiis [illegible] a [illegible]
[illegible] possit, ac debeat impertiri absolutionem [illegible]
[illegible] apoplexia correpti, quem in
[illegible] [illegible], [illegible] sensibus totaliter destitutum
suo adventu deprehendit esse [illegible]
[illegible], certioratus tamen fuit a [illegible] [illegible]
[illegible] confessionem in itinere [illegible]
ac delirans confitenti [illegible] ab eodem [illegible]; videtur
posse rationabiliter dubitari.
VI Scimus enim [illegible] [illegible] Pontificem [illegible] VIII [illegible]
[illegible] ac nullam sacramentalem confessionem [illegible] absentis
[illegible] per literas, sive per internuncium; et [illegible] quo
[illegible] absolutionem absenti datam ab absente; seu
quia absolutionem debet praecedere aliqua confessio, sive
perfecta, sive imperfecta; in nostro autem casu non
[illegible] imperfecta confessio videtur praecessisse, quam [illegible]
[illegible] ab absente per [illegible] tanquam internuncium.
Non immerito [illegible] [illegible] nostro Parocho [illegible]
[illegible] sit in circumstantiis propositi casus.
VII. Non obstante tamen quocunque dubitandi motivo, censemus
nostrum Parochum non tantum [illegible] sed debere [illegible]
[illegible] absolvere [illegible] ut [illegible] inventum [illegible]
[illegible] totaliter destitutum. Scimus enim [illegible]

Ecclesiam semper voluisse, ut eius [illegible] in periculo mortis constitutis omni [illegible] modo succurreretur administratione sacramentorum. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sic sit, ut aliqui agritudine ita [illegible] aggravati, ut suo sensu, ante [illegible] [illegible] [illegible] significare non possint, testimonia [illegible] [illegible], et circumstantium [illegible] [illegible] ut simul et poenitentiam et reconciliationis beneficium consequantur. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quaest. 6.

VIII [illegible] [illegible] Concilium [illegible] I. cap. 11 statuit [illegible] [illegible] obmutescens [illegible] poenitentiam accipere potest si voluntatis [illegible] [illegible] aut poenitentiam [illegible] [illegible] aut praesentis [illegible] testimonium [illegible] [illegible]. Hoc ipsum definivit Concilium Carthaginense in suo [illegible]. Hoc ipsum definivit [illegible] [illegible] his verbis: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 3. cap. 34 his verbis: [illegible] [illegible] testimonium [illegible] dixerint, cum voluntatis eorum testimonium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] participentur: similiter et [illegible] [illegible] [illegible] statuit [illegible] [illegible]

IX [illegible] Concilium Carthaginense 4. cap. 76 statuit [illegible] [illegible] [illegible] poenitentiam in infirmitate petit [illegible] [illegible] [illegible] ad eum [illegible] infirmitate obmutuerit vel [illegible] invitatus venit [illegible] [illegible] [illegible] dent testimonium, qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et si continuo [illegible] [illegible] et accipiat poenitentiam, et si continuo [illegible] moriturus reconcilietur per manus impositionem = [illegible] Hoc Sanctae Matris Ecclesiae spiritu ductus Angelicus Doctor in Opusculo 65. De Sacra Unctione docuit ita = [illegible] si infirmus qui petit Unctionem amisit notitiam, vel [illegible] [illegible] loquelam, antequam Sacerdos veniat ad eum, nihilominus [illegible] [illegible] Sacerdos; quia in tali casu debet etiam baptizari, et a peccatis absolvi =. Mirum proinde non est,

X quod haec sit communissima Theologorum sententia. [illegible] in Rituali Romano, De Sacramento poenitentiae, §. Ordo ministrandi Sacramentum poenitentiae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] haec regula: [illegible] [illegible] confiteri vox et loquela [illegible] etiam antequam incipiat confiteri [illegible] et signis [illegible] (videlicet aegrum [illegible]) quomodo ejus fieri potuerit, peccata poenitentis cognoscere, quibus utcunque [illegible] in genere vel in specie cognitis, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] absolvendus est = [illegible] [illegible] [illegible]

XI Nihil proinde obstat nostrae decisioni allegata Clementis VIII

Declaratio

declaratio. in ea enim ~~[illegible]~~ nulla fit mentio de confessio-
ne, facta quidem in absentia, ordinata tamen ad abso-
lutionem obtinendam à Confessario praesente: immo ipse-
met Summus Pontifex cum fuisset interrogatus de
moribundo, qui subito amiserat post edita signa poe-
nitentiae an esset absolvendus? respondit, se tantum
eventum a [illegible] propositum, non communi-
ter, sed in antelata sua declaratione, ideoque tan-
tum moribundum à superveniente sacerdote posse absolvi
seque, si occasio foret, absolutionem impertiturum; in
hac autem Pontificia responsione, luculentem testi-
monium nobis exhibet [illegible] il [illegible].

XII *Sed*, si attentius perpendimus circumstantias nostri casus, ne-
cesse est dici, confessionem ab absente fuisse factam absenti:
vel enim supponimus, quod, cum Parochus pervenit
ad aegrum, jam totaliter sensibus destitutum, dicit
ad [illegible], jam vocavit ad audiendam confessionem, et
Livius, qui eum vocavit ad audiendam confessionem, et
testatus est in itinere, ipsum aegrum desiderasse confi-
teri, et edidisse signa doloris de suis peccatis: vel adest
aliquis alius, qui tale praebeat testimonium; et tunc
moribundus censendus est per interpretem praesentem
confiteri confessario praesenti: vel supponimus quod in
adventu Parochi ad moribundum nullus adsit, qui
ejusmodi testimonium praebeat eidem Parocho; et in
hac hypotesi Parochus censendus est quoque praesenti
confessionem excipere, et ei tenebitur absolutionem
impendere saltem sub conditione.

XIII *Si quis interrogaret*; ex quo signo inferri possit in hac postre-
ma suppositione, quod praesenti à praesente sit facta
sufficiens confessio in ordine ad obtinendam absolutio-
nem? respondendum foret, tale signum esse infir-
mitatem extremam morti proximam. Parochus inven-
iendo praesens cognovit ejus desiderium confitendi, et dolorem
de peccatis mediante Livio, qui ipsum [illegible] certio-
rem fecit in itinere, simulque praesumere debet, talem
[illegible] [illegible] moraliter perseverare in moribundo
igitur [illegible] [illegible] [illegible], ut eidem moribundo
impendat absolutionem saltem sub conditione: [illegible]
supponeretur, quod aegrotus non esset [illegible] [illegible]

sibus ut Parocho praesenti non posset dare aliquod signum paenitentiae, immo facile illud dare posset, et non daret, judicamus, Parochum in tali casu non esse obligatum, immo fore exemptum ab obligatione impertiendi absolutionem; tunc enim cessaret praesumptio moralis perseverantiae desiderii petendae absolutionis.

XIV. Si tamen aegrotus in tali statu sit constitutus ut Parocho praesenti nullum prorsus dare possit signum speciale paenitentiae, nec voce, nec nutu aliquo, quia sensibus est totaliter destitutus, prout expresse supponitur in nostro casu, ipsemet talis status impotentiae edendi signa paenitentiae parit praesumptionem non esse retractatum, sed moraliter saltem perseverare desiderium absolutionis: igitur non est, cur tali moribundo non impendatur absolutio saltem sub conditione; quia lex charitatis obligat ut proximo in extrema necessitate constituto quoquo modo possibili succurratur.

XV. Immo nostra decisio locum haberet etiam in casu, quo Parochus certior factus esset de signis doloris Julii, deque ejus desiderio consequendi absolutionem, non a Julio misso ad vocandum Parochum, sed ab alio cui Julius significasset hujusmodi desiderium sibi manifestatum a Julio [illegible] apoplexia tacto; quia ut Parochus impertiatur absolutionem, saltem sub conditione, sufficit eum quoquo modo scire, aut rationabiliter credere posse, moribundum sibi praesentem exhibuisse signa paenitentiae directa ad consequendam absolutionem.

XVI Nec tantum in praefatis suppositionibus tengretur Parochus, et quivis sacerdos absolvere moribundum sensibus totaliter destitutum, sed etiam quando nemo expresse testaretur, illum exhibuisse signa doloris, et desiderii consequendae absolutionis; constituto enim in periculo mortis impendenda est absolutio saltem sub conditione, ob solam prudentem praesumptionem, quod illa talia signa exhibuerit; siquidem praesumptio, donec constet de contrario habetur pro veritate.

XVII Prudenter autem praesumitur de quolibet bono Christiano praevidente periculum instantis suae mortis, dedisse signum doloris de propriis peccatis in ordine ad confessionem et absolutionem sacramentalem, illud quippe factum fuisse prudenter praesumitur quod plerumque fieri solet ut observant Doctores ad c. in obscuris ff. de Reg. Juris.

immo non solum id prudenter potest presumi de quolibet bono christiano, sed etiam de eo, qui perdite vixit, et advertit, se constitutum esse in proximo periculo mortis. quia etiam tales homines, videntes se expositos periculo imminentis aeternae damnationis, solent ad Deum se convertere, saltem timore poenae infernalis.

Pro Congregatione habenda in mense Maji 1767.

Casus I

Porcius concubinarius morbo correptus peragit confessionem et cum in ea serio protestatus fuisset confessario, quod deinceps concubinam carnaliter non cognoscet sed illam retineret tantum pro domus gubernio ab illo absolutionem obtinuit ac dein Parocho notificarit ut sibi deferat SS.^am Eucharistiam. Parochus tamen se declaravit erga Porcium nolle petitioni annuere nisi prius concubinam e domo dimiserit. Unde oritur

Dubium: an confessarius benefecerit absolvendo, et Parochus male fecerit sic se declarando?

Casus II.

Confessarius, videns pœnitentem esse post confessionem paschalem in eadem peccata relapsum, quæ saepius commiserat ob contractam pravam consuetudinem, ad quam amputandam frustra ei suggesserat plura opportuna remedia spiritualia statuit velle ad breve tempus differre absolutionem, quamvis ex circumstantijs præsentibus credat, illum habere sufficientem dolorem, et propositum emendationis. pœnitens tamen insistit pro obtinenda absolutione. Unde oritur

Dubium: an confessarius licite possit perdistere in sua deliberatione differendi absolutionem?

I Priusquam decidamus dubium super primo ex casibus, pro hodierna Congregatione propositis, credimus esse non minus utile, quam necessarium referre quasdam doctrinas generales, et regulas, quæ à Theologis communiter traduntur, et proponuntur circa periculum peccandi, et circa obligationem illud vitandi. Imprimis igitur advertimus periculum peccandi aliud esse intrinsecum, quod oritur à propria hominis fragilitate, vel ab ejus prava consuetudine, et habitu vitioso peccandi; et aliud esse extrinsecum, ita dictum quia oritur ab extra sera occasione inducente ad peccandum, ut est fœmina illecebra, et prava amici locutio, vel peccaminosum exemplum; ac demum aliud esse mixtum ex utroque dicto periculo, videlicet, ex propria intrinseca fragilitate, et habitu vitioso

simulque ex occasione extrinseca peccandi.

II Hinc Doctores inferunt, periculum peccandi aliud esse materiale
et aliud formale. illud appellant materiale, quod oritur
ab extrinseca occasione provocante, et inducente ad peccandum,
formale vero illud esse dicunt, quod, consideratis omnibus
circumstantijs, tam intrinsecis, quam extrinsecis, impellit ad
peccandum. Hanc autem distinctionem periculi materialis
et formalis peccandi necessario debemus attendere, ut recte
possimus discernare, quando, et quomodo periculum formale
cessat esse tale et transeat in materiale, sicut nonnunquam
accidit.

III Posito exemplum: Petrus ingressurus domum in qua consuevit cas-
naliter se commiscere cum femina statuit apud se proposito
tepido, et remisso nolle cum ea peccare: Paulus ex causa neces-
saria ingressurus similem domum, perculsus Dei timore, pon-
tet ex corde praeteritorum peccatorum, elicit intensissimum
propositum non peccandi et Deum enixe rogat cum magna
fiducia obtinendi specialem gratiam qua cuilibet tentatio-
ni possit resistere.

IV Ecce uterque constitutus est in consimili proxima materiali occasio-
ne peccandi: sed non uterque reperitur in proximo periculo
formali labendi in peccatum. Petrus enim procul dubio
reperitur in formali periculo peccandi, quia hic non extenua-
tur a tepido et remisso proposito non peccandi. quin potius
praevalet passionis vehementia, et pravi habitus inter-
sio. Paulus e contra non reperitur in formali periculo
peccandi si magnam solet habere constantiam in servandi
propositi et in continuandis precibus ad eum;
sic enim adeo extenuat formale peccandi periculum ut
remaneat in sola occasione extrinseca, idest in solo materiali
periculo peccandi. Recte igitur concludunt Theologi, communiter
fieri posse et non raro contingere, quod formale periculum
peccandi convertatur in materiale. et ideo occasio proxima
peccandi desinat esse proxima per contraria virtutis actus de-
structivos periculi formalis peccandi.

V. Advertunt praeterea ~~[illegible]~~ materiale peccandi periculum aliud
esse voluntarium et aliud involuntarium seu necessarium. Vo-
luntarium dicunt esse ~~illud~~, quod faciliter est in potestate
hominis, ut illud tam physice, quam moraliter possit deleren
et auferre. Involuntarium illud e contra appellant, quod aut
physice

physicè est necessarium ut cum quis violentia sive item petru
ditur ad carcerem in quo reperitur ejus concubina vel inimi-
mus hostis; aut est necessarium moraliter quia nempè sine
valde gravi incommodo, vel damno nequit deseri; v. g. non sine
evidenti vitæ discrimine, aut non sine gravi periculo incurren-
dæ infamiæ, vel se, suamque familiam redigendi ad mendicu
talem.

VI. Formale tamen peccandi periculum nunquam est homini involun
tarium, seu necessarium, quia in ejus libera potestate positum
est, quod possit se invenire in materiali periculo peccandi
idest in occasione externa peccandi, quin reperiatur in for
mali periculo, idest in occasione proxima peccandi: id enim
obtinere potest per efficacem voluntatis resistentiam, et per
actus virtutis a se elicitos.

VII Ut autem vitetur, sicut vitari debet quodvis formale periculum
peccandi lethaliter, Theologi communiter proponunt non
nullas regulas. Imprimis enim statuunt, quod homo quotie
sumque advertit, esse in aliqua occasione periculum formale
peccandi mortaliter, teneatur a tali periculo se liberare vel
fugiendo occasionem externam vel resistendo per actus vir-
tutum a se elicitos. In moralibus enim ut optime advertit
Suarez Tom. 5. disp. 18. num. 16. ejusdem est malitiæ se expo-
nere periculo proximo peccandi, et peccare. Sed tale pericu-
lum semper potest vitari alterutro ex dictis modis: igitur
semper est obligatio id faciendi.

VIII Quando tamen aliquis per detestationem peccati, per intentum
propositum non peccandi aliosve virtutum actus vitat et
removet formale peccandi periculum, tunc non tenetur de
serere occasionem externam. hæc enim eatenus est deserenda
quatenus inducit periculum proximum peccandi: igitur si
tale periculum est peremptum, cessat obligatio deserendi
occasionem externam idest materiale periculum peccandi.
Inferunt proinde Doctores, quod si quis formale peccandi peri-
culum [illegible] non removet per pronos virtutis actus, tenea-
tur illud vitare deserendo occasionem externam; si vero
in ejus potestate non sit tunc deserere tenetur [illegible]

[illegible]

virtutis actus destruere formale periculum peccandi.

IX ~~[illegible]~~ In casu tamen, quo externa occasio associatur passione vehementi vel habitu vitioso, pravaque peccandi consuetudine illius, qui in ista occasione externa reperitur, eam sub peccato mortali tenetur omnino deserere si id est in potestate talis hominis; cum enim vehemens passio, prava peccandi consuetudo, et acris diaboli tentatio sint hostes validissimi et conflictus cum illis per proprios actus internos sit valde difficilis et periculosus, qui non vult succumbere, sub peccato mortali tenetur deserere locum pugnae, ideo tenetur fugere, et auferre a se externam occasionem peccandi.

X. Profecto nemo qui suam aeternam salutem amat potest sibi promittere proprios virtutis actus futuros ita validos, ut possint superare praefatos robustissimos hostes, quando est in ejus potestate fugere, et a se auferre externam occasionem peccandi. Debet enim considerare Deum quidem non denegare auxilia sufficientia ut homo possit absolute vincere in tali periculosissimo conflictu; ei tamen qui sine necessitate sed temere ingreditur campum hujusmodi conflictus, aut illum [illegible] potest, non debere non concedere ea copiosa auxilia quae praestat illis qui ob impotentiam physicam, vel moralem nequeunt deserere, aut a se auferre externam peccandi occasionem.

XI Sed ut tandem deveniamus ad decisionem propositi dubii ~~[illegible]~~ censemus, ex praemissis Theologorum principiis debere inferri, quod Confessarius male fecerit absolvendo Doricum, et Parochus bene fecerit se declarando erga ipsum Doricum, nolle ei SS.mam Eucharistiam deferre, nisi prius concubinam e domo dimiserit. Certum enim est Theologos omnes in hoc convenire, illum qui reperitur in occasione proxima peccandi mortaliter, teneri sub obligatione gravi eam deserere et a se auferre, dum potest id facere.

XII Christus Dominus hoc nobis praecepit apud Matthaeum cap. 5 inquiens: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum,
" et projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum
" membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur
" in gehennam. Et si dextera manus tua [illegible]

„ abscinde eam, et projice abs te, expedit enim tibi ... um
is, quæ sequuntur. Ipsum repetit apud eundem Mat-
thæum cap. 18. Per oculum autem dexterum, et per manum
dexteram SS. Patres communiter intelligunt quamlibet
occasionem personæ charæ, et gratæ, quæ provocat ad
peccandum. Sic inter alios relata Christi verba intelli-
git S. Augustinus lib. 1. de Sermone, S. Athanasius quæst.
70. S. Cyrillus lib. 12. in Joannem cap. 18. S. Anastasius
quæst. 7., Salvianus lib. 3. de Providentia. et cum illis sic
intelligunt omnes ~~reliqui... Patres~~ Sacri interpretes.

XIII. Porcius autem revera reperitur in occasione proxima peccandi
mortaliter, donec domi retinuerit concubinam; si enim,
est aliqua materia, in qua ad vitandum formale periculum
peccandi, oportet auferre occasionem externam dum physice
ac moraliter ea potest auferri, profecto est materia forni-
cationis; siquidem præsente occasione externa, qualis est con-
cubina domi a Porcio retenta, nunquam contingit, quod
desinat formale periculum peccandi, vel opere, vel saltem
desiderio; ideoque semper est occasio proxima peccandi morta-
liter.

XIV. Quamvis enim, uti diximus, possit cessare occasio proxima pec-
candi in casu, quo quis est constitutus in occasione externa
~~peccandi~~ quam physice vel moraliter nequit a se auferre,
et peculiari Dei auxilio adjutus magnam concipit dete-
stationem peccati, firmum elicit propositum non pecca-
di, fortiter resistit suo habitui vitioso, et fervidas ad
Deum preces continuo porrigit ut se a peccato custodiat:
nunquam tamen contingit cessare occasionem proximam
peccandi respectu illius, qui occasionem externam, quam
potest a se auferre ~~et~~ non aufert, simulque a vehemen-
ti passione, et ab acri habitus vitiosi inclinatione ... do-
minatus est.

XV. Cum itaque Porcius in talibus circumstantiis sit constitutus
necessario affirmandum est, eum versari in proxima occasio-
ne peccandi, quousque concubinam e domo sua non dimiserit,
auferendo, seu fugiendo occasionem externam peccandi.
Apostolus

Apostolus 1.a ad Cor. cap. 6 non dixit: Detestamini fornicationem
sed fugite fornicationem; quia judicavit, satis non esse
eam detestari per actus internos, sed opus esse fugare
occasionem externam fornicandi

XVI Cum igitur Porcius e domo non dimiserit concubinam, dum ta-
men eam libere potuerit dimittere, perseveravit esse in
occasione proxima peccandi; etiamsi coram Confessario fue-
rit serio protestatus, quod eam deinceps carnaliter non
cognosceret, sed retineret duntaxat pro domus gubernio; et
per consequens nullum efficax propositum non peccandi habu-
it. Vera igitur est nostra decisio, quod Confessarius male fe-
cerit absolvendo Porcium, et Parochus bene fecerit se dene-
gando nolle eidem Porcio deferre SS.am Eucharistiam, ni-
si prius concubinam e domo dimiserit.

XVII Cujusdem nostrae decisionis veritas confirmatur doctrina sacri Concilii
Tridenti, quod sess. 24 cap. 8 ait sic = si concubinas non
ejecerint, seque ab earum consuetudine non sejunxerint =
ex quibus verbis infertur, effectivam dimissionem concubinae
et totalem ab ea separationem esse concubinario requisitum
necessarium ut possit ~~a confessario~~ a Confessario obtinere absolutionem
sacramentalem, et a Parocho administrationem SS.mae Eucha-
ristiae.

XVIII Itaque nullus concubinarius est audiendus, si dicat, nolle amplius
concubinam carnaliter cognoscere, sed eam retinere pro suo
domus gubernio. Igitur priusquam Confessarius eum absolvat
et Parochus ipsi administret SS.mam Eucharistiam debet e domo
ejicere concubinam; quamdiu enim eam sub quocumque
praetextu domi retinet, cum potest illam dimittere, perseverat
in occasione proxima peccandi, quod est idem ac perseverare
in statu peccati mortalis, juxta illud Ecclesiastici cap. 3 = Qui
amat periculum peribit in illo = : ad quem locum SS. Patres
advertunt Spiritum Sanctum non dixisse: peribit per illud
sed = peribit in illo =, quia ipse amor periculi est peccatum.

XIX Hoc ratiocinium non est nostrum, sed est Cardinalis de Lugo
qui Disput. 14 de Poenitentia num. 156 loquitur sic =
" velle perseverare sciente in tali occasione proxima peccati
" mortalis est novum peccatum mortale; obligatio enim non pec-
" candi mortaliter affert obligationem vitandi periculum proximum
peccandi

" peccandi mortaliter; cui obligationi non satisfacit, qui, cum pos:
" sit, non vult relinquere occasionem proximam, et ideo non
" absolvitur, quia constat, illum non habere propositum non
" peccandi; cum actu peccet non vitando illam occasionem
" proximam, quam sub peccato tenetur relinquere =
XX Ipsum validissimis rationibus demonstrat etiam Cardinalis de Laurea
in 4. sententiarum, Tomo 2. disp. 12. de Poenitentia art. 6. ubi
num. 228. ..., ad ostendendam insufficientiam propositi se
non peccando deinceps, quod in ordine ad consequendam absolu:
tionem Sacramentalem protestatur se habere constitutus
in occasione proxima peccandi, quam deserere potest, et non
deserit effective, ut est concubinarius domi retinens concubi:
nam, ratiocinatur sic = Propositum consistit in hoc, ut sit
" volitio non peccandi amplius; sed qui non deserit causam pro:
" ximam peccati ~~..........~~, non habet talem volitionem; quia
" vult effectum, qui vult causam proximam, et non odit effectum,
" qui causam proximam non odit =
XXI Quamvis igitur Porcius serio protestatus fuerit, quod deinceps con:
cubinam carnaliter non cognosceret, sed eam retinebit duntaxat
pro domus gubernio; Confessarius non debuisset credere, talem
protestationem esse signum efficacis propositi non peccandi de
caetero; quia protestatio contraria facto, in quo continetur
occasio proxima peccandi, nullam fidem meretur; et per
consequens ipse Confessarius male fecit absolvendo Porcium,
quia nulliter, et invalide eum absolvit.
XXII Contra vero bene fecit Parochus, se declarando erga Porcium
nolle ei deferre SS.^am^ Eucharistiam, nisi prius e domo ejiceret
vel dimiserit concubinam; idque verum est, non solum in
hypotesi, quod Parochus judicaverit, sicut judicare potuit,
ac debuit, Porcium nulliter fuisse absolutum ob jam allegata,
et replicata motiva; sed etiam in hypotesi, quod
quomodocumque credidisset, vel credere potuisset, Porcium fuisse
valide absolutum: Nam etiam in hac suppositione tale exta:
ret scandalum inter fideles, ob quod Parochus debuisset dene:
gare Eucharistiam Porcio, seu privatim, seu publice eam
petenti, dum adhuc perseveraret domi retinere concubinam.
XXIII Distinguendo unam ab altera ex praefatis suppositionibus, lau:
datus Cardinalis de Laurea in citato Tomo 2. disp. 21. art. 11.
num. 341.

inquit sic = vel publici peccatoris peccatum est tale, ut per
" solam confessionem creatur remissum, et emendatum, ut bla-
" sphemi, iracundi, ebrioli, et in hoc casu, facta confessione
" potest admitti ad Eucharistiam. vel ultra confessionem re-
" quirit aliam probationem pro vera emendatione, et pro tol-
" lendo scandalo, et in hoc casu non statim danda est sacra
" communio =; moxque idem Purpuratus subjungit sic = Con-
" cubinarius, usurarius publicus meretrix, si quando confiten-
" tur, et peccandi occasionem publicam non dimiserint,
" relinquunt signum perseverantiae publicae in peccato =;
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ Ac demum num. 349. ita concludit = Dico primo, pec-
~~XXIII~~ " catori publico confesso, relinquenti publice signum perseve-
" rantiae in eo publico peccato, non potest, neque debet con-
" fessor, qui eum audivit, ministrare alia Sacramenta,
neque in occulto, neque in publico =
XXIV Igitur tale signum potuisset sufficere nostro Parocho, ut Sor-
cio denegaret Eucharistiam; quamvis quoquo modo cre-
didisset eum fuisse rite confessum, et valide absolutum;
probabilitatem tamen hujusmodi credulitatis reprobat damnatio
Pontificia sequentium propositionum. Alexander VII dam-
navit hanc n.o 41. " Non est obligandus concubinarius
" ad eiiciendam concubinam, si haec nimis utilis esset ad oble-
" ctamentum concubinarii, vulgo Regalo, dum deficiente illa
" nimis aegre ageret vitam, aliae epulae taedio magno concu-
" binarium afficerent, et alia famula nimis difficile inven-
retur = Innocentius XI. inter alias damnavit sequentem
n.o 61.a " Potest aliquando absolvi qui in proxima occasione peccandi
versatur, quam potest, et non vult omittere, quinimo directe
et ex proposito quaerit, aut ei se ingerit =. Item hanc
n.o 62.a Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua
utilis, aut honesta non fugiendi occurrit -. Item etiam hanc
n.o 63.am Licitum est quaerere directe occasionem proximam peccandi pro
bono spirituali vel temporali nostro, vel proximi =
XXV Ex praemissis omnibus evidenter infertur veritas nostrae decisio-
nis, qua statuimus, confessarium male fecisse absolvendo
Sorcium concubinarium; et Parochum bene fecisse, se declarans
nolle illi deferre SS.mam Eucharistiam, nisi prius concubinam
e domo dimiserit.

Priusquam

I. Antequam ~~[struck out]~~ decidamus dubium super altero casu propositum, mentis aciem statim intendere debemus ad circumstantias, quae eum valde diversificant à priori casu, in quo agebatur de absolutione impertita, et de Eucharistia denegata concubinario domi detinente concubinam sub praetextu oeconomici gubernij; igitur agebatur de constituto, et perseverante in occasione proxima peccandi mortaliter. In praesenti casu verò agitur de peccatore poenitente, qui praevie contraxit pravam consuetudinem peccandi mortaliter, non tamen reperitur in occasione proxima peccandi, quam à se nollet auferre, sed in ea intenderet, ac vellet perseverare.

II Haec duo autem sunt inter se valde diversa: nam, qui pravè contraxit consuetudinem peccandi, cum inclinante ad peccandum propria fragilitate, et inde secuto habitu vitioso, si habet sufficientem dolorem, et satis firmum propositum emendationis, habet jus ad absolutionem; ideoque Confessarius non potest illi eam denegare; ~~absolutionem~~ è contra Confessarius potest, ac debet ~~eam~~ denegare absolutionem illi peccatori consuetudinario, qui constitutus est in periculo proximo peccandi ob pravam occasionem externam ~~peccandi~~, quam à se potest, et non vult auferre; ideoque, amando periculum proximum peccandi, versatur in peccato, seque reddit indignum absolutione, ut evidenter demonstravimus in decisione antecedentis dubij.

III Sed quamvis Confessarius non possit sine injuria denegare absolutionem peccatori consuetudinario, non existenti in proximo periculo peccandi, quem tamen ex circumstantiis credit habere sufficientem dolorem, et satis firmum propositum emendationis, ut expresse supponitur in nostro casu: nihilominus in dubium trahi potest, an hujusmodi peccatori poenitenti licitè possit ad breve tempus differre absolutionem. Quod eam differre possit in hypotesi acquiescentiae poenitentis, certum est; sed non aeque certum videtur esse ipsum differre posse etiam in casu nostro, quo poenitens insistit pro obtinenda absolutione in eadem confessione; sic enim, ipso poenitente invito, fieret talis dilatio; id autem videtur

videtur non posse fieri sine ~~injuria~~ pœnitentis injuria, quæ nunquam est licita.

IV. Hac tamen difficultate, et quovis alio motivo in contrarium non obstante, sentimus, confessarium in circumstantijs nostri casus licite posse persistere in sua deliberatione differendi ad breve tempus absolutionem suo pœnitenti, peccatori consuetudinario, et recidivo. Nam quilibet confessarius, non solum est judex, sed etiam medicus spiritualis, ut constat ex Concilio Trid.º Sess. 14. cap. 8. de Sacram. Pœnit. et ante illud declaratum fuit in Cap. Omnis utriusque sexus De pœnitentijs et remissionibus, his verbis = Sacerdos autem „ sit discretus, et cautus, ut more periti medici superin„ fundat ~~vinum~~ vinum, et oleum vulneribus sauciati = et paulo post = Prudenter intelligat Confessarius, quale debeat „ pœnitenti præbere consilium, et remedium adhibere, di„ versis experimentis utendo ad salvandum ægrotum =

V. Negari autem non potest, quod absolutionis dilatio soleat esse remedium valde salutare, ad sananda vulnera pœnitentis, sauciati à prava consuetudine peccandi; ipsa enim absolutionis dilatio, teste experientia, incutit pœnitentibus majorem horrorem peccati, eos interea disponit ad eliciendum dolorem solito majorem, et excitat ad concipiendum firmius propositum, ut ~~t~~ veram habeant constantiam contra relapsum, et diligentius utantur illis spiritualibus medijs, quæ in anterioribus confessionibus fuerant eisdem proposita pro efficaci emendatione.

VI. Igitur noster Confessarius licite potest persistere in sua deliberatione differendi ad breve tempus absolutionem, quamvis pro ea obtinenda insistat pœnitens, et quamvis hic sit invitus: si enim Confessarius plura spiritualia remedia eidem suo pœnitenti suggessit in præcedentibus confessionibus, ut pravam consuetudinem peccandi amputaret, hæc tamen inutilia ~~[illegible]~~ et frustranea semper fuerunt, cum frequenter, ac etiam post paschalem communionem sit relapsus, ad quale magis opportunum, et utile remedium potest se convertere, quam ad absolutionis dilationem?

VII. Sed

VII. Lateranense Concilium relatum in præfato Cap.° Omnis utriusq.
sexus [struck out] præcipit cuilibet Confessario, ut diversis expe=
rimentis utatur ad salvandum pænitentem ægrotum; cum
autem Confessarius in nostro casu plura spiritualia remedia
suggesserit pænitenti peccatori consuetudinario, quin ea pro=
fecerint, et prudenter credat ipsi profuturam esse abso=
lutionis dilationem, cur hoc tam salutari remedio uti non
poterit? quamvis enim credat ex circumstantiis ipsum pæ=
nitentem habere sufficientem dolorem et satis firmum pro=
positum non peccandi de cætero, simul tamen credere, ac
judicare debet, cum ex diuturna peccandi consuetudine ma=
gnam proclivitatem, et propensionem ad denuo peccan=
dum, ut continue docet experientia.

VIII. Sed experientia etiam docet, peccatores pænitentes, inveterata
prava consuetudine irretitos, ab ea avelli propter sibi dila=
tam absolutionem; deterriti enim hoc salutari remedio, pec=
cata detestantur ex corde, majorem dolorem concipiunt, et
adeo firmiter proponunt nolle amplius peccare, ut contractam
peccandi consuetudinem compescant, et derelinquant. Salu=
briter igitur agit noster Confessarius cum suo pænitente, ei
ad breve tempus differendo absolutionem.

IX. Quin obstet dicere, ad Confessarium qua medicum spiritualem
non pertinere medelam infirmitatis jam sanatæ per confessio=
nes præcedentes sed solam medelam infirmitatis præsentis;
cum autem infirmitas pænitentis, de quo loquitur noster casus
si ea consideratur consistere in consuetudine peccandi, seu
in frequentia peccatorum commissorum, jam sit sanata in
confessionibus præcedentibus, quæ supponuntur fuisse validæ;
si vero consideratur quoad peccata de præsenti confessa, nihil
est, quod impedire debeat præsentem medelam, idest, promptam
Confessarii absolutionem, cum ipse pænitens credatur habere
sufficientem dolorem, firmumque propositum non peccandi;
igitur Confessarius illicite, ac injuste oneratur pænitenti
sufficienter disposito ad recipiendam absolutionem, eam vel
ad breve tempus differendo.

X. Non obstat inquam, sic ratiocinari. Nam etsi peccata præterita
pravam consuetudinem constituentia, fuerint clavibus
subjecta.

subjecta, et per absolutionem remissa, tamen ex ipsa consue=
tudine remansit in nostro pœnitente vehemens quædam in=
clinatio, et propensio ad peccandum de cætero, quæ dicitur
habitus vitiosus, estque effectus peccatorum præteritorum;
et per consequens est infirmitas aliqua, cujus medela,
pertinet ad officium Confessarij, ut est medicus spiritualis;
expresse enim docet Concilium Lateranense, et cum eo
Concilium Tridentinum, spectare ad Confessarium adhibere
remedia, etiam ad novæ vitæ custodiam.

XI Igitur præsens sufficiens dispositio, quam habet noster pœni=
tens pro recipienda absolutione, efficit quidem, quod
Confessarius nequeat absolute ei denegare absolutionem,
ad quam obtinendam jus habet; non tamen ad eam illico
obtinendam, si Confessario salubris visa fuerit dilatio aut
inducat pœnitentem ad efficaciter compescen=
dam, et destruendam peccandi consuetudinem, quæ sem=
per est quædam valens infirmitas, donec fuerit des=
tructa; constat itaque non esse universaliter veram hanc
propositionem: pœnitenti sufficienter disposito debet in
eadem confessione impendi absolutio, aliter ei fieret inju=
ria: quia pœnitenti habenti consuetudinem peccandi, sine
ulla ejus injuria, immo cum spirituali profectu, potest
ad breve tempus differri absolutio; sicut cathecumeno
arbitrio Confessarij potest differri baptismus, donec fuerit
melius instructus in ijs, quæ pertinent ad religionem
catholicam.

XII Si quis objiceret, non esse salubre consilium absolutio=
nem differre pœnitenti invito, qui est sufficienter dispositus ad
illico eam obtinendam: ideo enim posset differri, ut cautior
fiat ad peccata vitanda imposterum: sed cautior fit per
gratiam sacramenti, quam per dilationem absolutionis:
Igitur Confessarius nunquam potest differre absolutionem
pœnitenti, quem credit sufficienter esse dispositum ad reci=
piendam validam absolutionem.

XIII Ut hujus ratiocinij vim retundamus, supponimus tanquam
certum, pœnitentem multo majorem gratiam sacramentalem
recipere, quando multo meliorem habet dispositionem

et

et pariter tanquam certum supponimus, dilationem absolu-
tionis, teste experientia, ita deterrere poenitentem peccandi
consuetudine irretitum, ut intensiorem dolorem, firmiusque
propositum non peccandi de caetero concipiat: igitur, redeundo
ad Confessarium cum longe meliori dispositione, longe uberio-
rem gratiam sacramentalem percipiat ex ejus absolutione;
sicque longe majori constantia, quam unquam antea, poterit
compescere, ac destruere suam peccandi inclinationem, ortam
ex prava consuetudine.

XIV Plura extant exempla, quod peccatores consuetudinarij etsi
multoties confessi fuerint, et sufficientem dolorem habuerint,
ac etiam sincere proposuerint, nolle amplius peccare, promit-
tendo Confessario se adhibituros remedia spiritualia ab eo
proposita; nihilominus in eadem peccata relapsi fuerint.
Cur autem hoc, nisi quia ~~dolorem intensum~~ ob defectum
doloris intensi, et firmissimi propositi non peccandi de cae-
tero, gratiam sacramentalem in gradu remisso accepe-
runt; non vero tam validam, et efficacem, qua compescue-
rint, et destruxerint inclinationem peccandi a prava
consuetudine derivantem. Et e contra plura extant exem-
pla, poenitentes peccandi consuetudine irretitos, ob eis dila-
tam absolutionem, tam intensum dolorem de peccatis eli-
cuisse, tamque firmum propositum non peccandi concepisse,
ut, recipiendo dein absolutionem sacramentalem cum
uberrimo fructu, pravam peccandi consuetudinem deposue-
rint, et destruxerint.

XV. Hac in re tamen necessarium est, ut ~~magna~~ Confessarij magna
utantur prudentia in adhibendo remedio differendi absolutionem
quod in se quidem est salutare, sed in quibusdam circumstan-
tijs potest esse nocivum; sicut enim aliquibus poenitentibus
potest valde prodesse, quemadmodum in nostro casu Confessa-
rius prudenter sperat, considerata qualitate, ac indole poenitentis;
ita potest alios in ruinam trahere, ut in ruinam etiam trahit
nonnullos nimia absolvendi facilitas: igitur esto pro regula
generali; ut nec indulgentia palpet, nec rigor deterreat.

ti

tar

li

an

ias

Pro Congregatione diei 11. Mensis ~~julij~~ junij 1767.

Casus I.

Lucianus, pluribus in Ecclesia videntibus, confessus fuit proprio Parocho, qui ei, ut indigno, denegavit absolutionem; nihilominus tamen, non solum illico cum alijs ad Altare accessit, et de manibus ejusdem Parochi recepit SS.^mam Eucharistiam, sed etiam ab illo, praesentibus aliquibus, qui viderant ipsum peragisse confessionem, et communionem tempore paschali, petijt, ob mox futurum suum discessum e Patria, sibi dari Attestatum de suscepto utroque sacramento sub eadem die. Unde oritur

Dubium: quid agendum Parocho, ne mendacium dicat, nec violet sigillum sacramentalis confessionis?

Casus II.

Cassandra conjugata confitetur Sacerdoti Simplicio, vidente ex sacristia Parocho, quem ipse Simplicius, e confessionali egrediens, accedit pro capiendo consilio in casu adulterij, eoque habito redijt ad confessionale, et ipsi Cassandrae, servatis servandis, impertitus est absolutionem sacramentalem. Unde oritur

Dubium: an Confessarius Simplicius violaverit sigillum sacramentale?

I. Utrumque dubium, in hac Congregatione decidendum, versatur circa sigillum sacramentale confessionis, ita dictum, sumpta metaphora a sigillo materiali, quo res illas solemus obsignare quas volumus omnino esse occultas, et secretas. Sub nomine autem sigilli confessionis non aliud intelligitur quam obligatio tenendi in secreto peccata ex sacramentali confessione cognita; quae quidem obligatio fundatur in triplici praecepto; videlicet in Ecclesiastico, quod est minus; constat enim ex Cap. Omnis utriusque sexus, de poenitentijs et remissionibus constitutam fuisse poenam depositionis a sacerdotali officio, et perpetuam poenitentiam in arcto monasterio peragendam contra violatores sigilli confessionis sacramentalis.

II. Fundatur etiam in praecepto naturali, quod exigit, ut Confessarius, tam ex justitia, quam ex fidelitate teneatur

sub secreto

sub secreto tenere peccata sibi à pœnitente exposita; de hoc enim censetur inter ipsos tacitum pactum intercessisse: obligatio tamen, quæ talis, videlicet, pacti fundata in ratione naturali, non obstaret, quominus in aliquo casu, etsi raro, v. g. in casu gravissimæ proditionis, quæ immineret publico, quod ipse peccatum in confessione auditum; quia in hujusmodi suppositione pœnitens indignus foret cui servaretur tale secretum.

III Longe gravior igitur, ac strictior est obligatio sigilli confessionis sacramentalis, quæ fundatur in præcepto divino, videlicet, in præcepto Christi, qui instituendo sacramentum pœnitentiæ, et præcipiendo confessionem simul imposuit confessariis tam arctam, et absolutam obligationem, ut nullo casu liceret eis violare sigillum sacramentalis confessionis, auditam peccata revelando; ne ipsum sacramentum pœnitentiæ, institutum tanquam necessarium ad salutem omnibus fidelibus post baptismum lapsis in peccatum mortale, redderetur odiosum cum maxima animarum jactura, et cum gravissima ejusdem sacramenti irreverentia, quod aliter non esset accomodatum humanæ conditioni; cujus divini præcepti strictissima, et absoluta obligatio constat ex perpetua traditione, ac sensu Sanctæ Matris Ecclesiæ.

IV Hinc est, quod Innocentius XI. in Congreg.^e Generali Universalis Inquisitionis diei 18. Novembris, de anno 1682 expresse inhibuit uti scientia confessionis, cum gravamine aliquo pœnitentis, quamvis absit omnis revelatio sigilli, et quamvis multo majus gravamen ejusdem pœnitentis ex non usu, quam ex usu hujus scientiæ oriretur. Clemens VIII. autem in Decreto de casibus reservatis, die 26 Maij 1593 universis Prælatis mandavit sic = Tam superiores pro tempore existentes, quam confessarij qui postea ad superioratus gradum fuerint promoti, caveant diligentissimè, ne eâ notitiâ, quam de aliorum peccatis in confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem utantur =

V.° Hoc

V. Hoc decretum quidem loquitur specialiter de Regularibus respectu simul cohabitantibus; quia tamen in puncto non utendi scientia ex confessione habita, quoad externas actiones, consonat juri Ecclesiastico, naturali, ac divino, etiam ad alios extendendum est, ne sacramentalis confessio quoquo modo reddatur odiosa. En quam arctum, et strictum summi Pontifices declarent esse sigillum confessionis; cum non solum tamquam sacrilegam recognoscant revelationem peccatorum, quae in ea audiuntur, sed etiam damnent Confessarios, qui notitiâ ex confessione habita utuntur ad externum gubernium, et ad alias actiones externas.

VI. Cadunt autem sub sigillo confessionis sacramentalis nullatenus revelandum, idest nec directe, quod fieret, si Confessarius expresse revelaret aliquod peccatum sibi confessum, aut aliquid aliud sub eodem sigillo cadens; nec indirecte, quod fieret, si confessarius nihil quidem, cadens sub sigillo confessionis, aperte manifestat; ita tamen verbis, vel signis se gerit, ut alter possit in notitiam peccati confessi devenire, ac colligere, hunc poenitentem habuisse peccatum mortale, vel certum veniale.

VII. Diximus, vel certum veniale; non enim sola peccata mortalia, sed etiam venialia certa sunt materia sigilli Sacramentalis, ideoque. Sicut Confessarius frangeret ipsum sigillum, si diceret, talis mihi confessus est sua peccata mortalia; non tamen frangeret dicendo, mihi confessus est sua peccata venialia, nullum manifestans in specie; certum enim est apud omnes, poenitentem ad minus peccata venialia debuisse confiteri, quia secus confessio non subsisteret. Frangeret vero, si diceret, talis mihi confessus est mendacium;

VIII Frangeret quoque sigillum Sacramentale Confessarius, si diceret: talis hodie non est mihi confessus, nisi venialia: ex hoc enim loquendi modo daretur ansa suspicandi, quod talis poenitens aliis vicibus confessus sit mortalia: vel si Confessarius, in casu, quo plures essent ipsi confessi, singulariter diceret de uno: hic hodie nihil, nisi venialia, mihi confessus est; hoc enim audientes possent sibi imaginari quod alii confessi sint peccata mortalia

valia. Frangeret praeterea, si diceret: hic mihi confessus est multa, vel gravia peccata venialia: aut si diceret: hic suis minutiis, et scrupulis me vexavit, vel vexabit; quia tales loquendi modi cedunt in aliquod vituperium paenitentis, et per consequens odiosam reddunt confessionem.

IX. Ob hanc ipsam rationem violaret confessarius sigillum confessionis, si auditos in ea defectus paenitentis manifestaret, ut illegitimitatem natalium, ignobilitatem, et hujusmodi, ex talium enim defectuum manifestatione posset paenitenti evenire infamia, vel aliud grave incommodum. Multo magis violaret confessarius sigillum sacramentale, si revelaret peccata complicis, aut tales peccatorum circumstantias, quae quoquo modo pertinerent ad eorum confessionem; ut si diceret: talis meus paenitens habuit casum reservatum aut hanc, vel illam censuram.

X Magnum etiam est periculum violandi sigillum sacramentale, si confessarius diceret generaliter, sive se ex confessionibus, in hac civitate, in hoc oppido frequenter committi vere: ficia, adulteria, blasphemias, perjuria, aliaque gravia peccata; quia et hoc loquendi modo reddi potest odiosum sacramentum paenitentiae, et rudibus praeberetur scandalum violati sigilli sacramentalis. Notus constat casus cujusdam confessarii, qui dixit in prandio, unum primum paenitentem se accusasse de adulterio, et post paucos annos, dum erat oblitus tam imprudentis locutionis, dixit, suum primum paenitentem fuisse Titium, et cum praesens esset unus, qui dicto prandio interarant, venit in cognitionem, Titium fuisse illum primum paenitentem adulterum.

XI Maxima est igitur uti debent prudentia confessarii, ne quoque modo directe, aut indirecte manifestent ea, quae audierunt in confessione sacramentali, sub cujus nomine, juxta receptissimam omnium Theologorum sententiam venit quaecumque confessio peccatorum directa ad absolutionem, sive ipsa confessio fuerit tantum inchoata, et illegitima, ac sive absolutio non fuerit sequuta, vel invalida extiterit ob indignitatem paenitentis, vel ob defectum authoritatis

tatis in absolvente, veluti si hic non esset approbatus ad audiendas confessiones; aut etiam non esset Sacerdos, sed Diaconus, aut prorsus laicus erroneè habitus pro Confessario.

XII. Ut autem quivis Confessarius summa utatur circumspectione, ne ullatenus violet sigillum confessionis sacramentalis, cordi, et animo infixam semper habere debet hanc veritatem; videlicet Christum Dominum, in institutione Sacramenti poenitentiae, tam arctam imposuisse obligationem servandi dictum sigillum, ut non liceret illud violare, ne quidem pro aeterna vita proxime procuranda; ideoque Confessarius, si ex sola confessione sacramentali sciat, mortuam foeminam habere in utero foetum animatum, potius permittere debet, ut foetus ille pereat sine baptismo aeternum privandus visione Dei, quam efficere cum violatione sigilli confessionis, quod ex defuncto matris utero extrahatur, et baptizetur.

XIII Immo sigillum ipsum nequidem posse violari in casu, quo Confessarius crederet sibi imminere periculum mortis naturalis, aut etiam erroneè crederet, se esse in periculo aeternae damnationis; * si nempe adverteret, se esse in statu peccati mortalis, et mox occidendum, nisi revelaret audita in confessione, quin tempus habeat eliciendi actum contritionis. Diximus = erroneè crederet =; quia deliberatio illa potius moriendi, quam sigillum confessionis violandi, revera esset actus dilectionis Dei super omnia, continens in se perfectam contritionem, sufficientissimam ad consequendam salutem aeternam.

XIV. Si tamen actus, regulati à notitia in confessione habita, nec directè, nec indirectè tendunt ad violationem sigilli Sacramentalis, et conducunt ad praeservandum Confessarium à morte, vel ab alio gravi incommodo, licitè potest eos exercere; potest igitur se domi continere, non celebrare, pergere aliâ viâ, insidias vitare, dummodo id, occasione alicuius accepta, fieri possit sine minima manifestatione confitentium. Multo magis igitur potest Confessarius non tantum licitè, sed etiam meritoriè, ob notitiam ex sola confessione habitam, orare Deum pro salute aeterna sui poenitentis consuetudinarii periclitantis, et pro sui praeservatione

à simi=

à Similibus peccatis.

XV Quia ~~materia~~ obligatio Sigilli confessionis Sacramentalis in se est gravissima et pro praxi Scitu utilissima, speramus nos fore ~~veniam~~ excusandos ~~obtenturos~~, si ~~fusè~~ quidem, compendiosè tamen de ea hucnus dissenimus; ~~quia~~ illius ~~autem~~ tractatio nobis nunc viam sternit, ad facilè decidendum utrumque ~~propositum~~ propositum dubium; cum eorum resolutio quasi prono alveo fluere debeat ex projactis certissimis fundamentis et doctrinis.

XVI. Versando nunc circa primum Casum, commendatione dignum ~~[illegible]~~ reputamus Parochum, non solum, quia Cuicum ut indigno denegavit absolutionem Sacramentalem, sed etiam quia eidem Cuiciano illico post accedenti cum alijs ad Altare, administravit SS.^am Eucharistiam; etsi sciverit, ipsum committere sacrilegium, communicando in illo statu. Certum enim est, juxta communem omnium Theologorum sententiam, non esse denegandam, sed debere administrari SS.^am Eucharistiam publicè eam petenti, etiamsi privata scientia constat, eum esse occultum peccatorem, quia in ejus infamiam redundaret denegatio, et ideo hac foret illicita.

XVII Ad comprobandam hanc veritatem Theologi adducunt exemplum Christi, qui in ultima Cena Corpus suum et Sanguinem praebuit Judae, sicut omnibus alijs discipulis, ne apud eos illum infamaret, declarando suam proditionem ante praefinitum signum buccellae intinctae, quam dein eidem Judae porrexit et sic, spoliatus Apostolatu, exijt è cenaculo, Christicidium exequuturus. Si autem ~~noster~~ Parochus in circumstantijs nostri casus denegasset SS.^am Eucharistiam Cuiciano, non solum eum infamasset, sed simul etiam indirectè violasset sigillum ~~Sacramentale~~ confessionis, quia tali denegatione homines praesentes induxisset ad credendum, quod ipse Parochus absolutionem denegaverit Cuiciano ut indigno ~~et~~ cognito ex jam jam per ipsum audita confessione.

XVIII. Sine

XIX. Pariter indirecte violasset noster Parochus sigillum sacramentalis confessionis, si Luciano petenti Attestatum de susceptis eadem die Sacramento pœnitentiæ, et Sacramento Eucharistiæ, dixisset coram iis, qui eundem Lucianum viderunt confitentem, et communicantem se promptum esse ad dandum Attestatum de suscepto Sacramento Eucharistiæ, non autem de suscepto Sacramento Pœnitentiæ; quia, sic loquendo, satis induxisset homines præsentes ad credendum, Luciano velut indigno fuisse denegatam absolutionem sacramentalem quod utique sufficeret ad violationem sigilli confessionis sacramentalis! Quid igitur agendum est Parocho, ut Luciano det Attestatum, quin mendacium dicat, in quo nec violet sigillum sacramentalis confessionis?

[Margin: … dubium à nobis propositum?]

XX. Censemus, id Parochum agendum esse ut fidem faciat, Lucianum tali die temporis paschalis apud se sacramentalem confessionem peregisse, et ipsum administrasse ipsi sanctam Eucharistiam; sic enim attestando fugit periculum violandi sigillum sacramentalis confessionis, dicendo veritatem et fugit etiam peccatum mendacii; et id Non obstante, quod Lucianus sacrilege communicaverit, et constet Parocho ex ejus audita confessione; et constet neminem habentem peccatum mortale posse, nisi sacrilegio suscipere Sacramentum Eucharistiæ, etsi judicet se prius confitentem, quamvis temere est, quod elicuisse actum contritionis; verum Sacramentum Eucharistiæ communicans suscipit sacrilege, igitur noster Parochus ut procul absit à periculo violandi sigillum sacramentalis confessionis, potest, ac debet in suo Attestato fidem facere, se tali die Sacramentum Eucharistiæ administrasse Luciano.

XX. Pariter, ut procul absit à periculo violandi dictum sigillum confessionis, potest, ac debet fidem facere, Lucianum tali die apud se peregisse confessionem sacramentalem; id enim attestando, non mendacium, sed veritatem dicit; quia, juxta receptissimam omnium Theologorum sententiam, sub nomine confessionis sacramentalis, ex qua oritur obligatio inviolabilis sigilli, intelligi debet non solum illa confessio, quam cum absolutione constituit sacramentum pœnitentiæ, sed etiam illa peccatorum confessio, quæ directa est ad consequendam absolutionem, etsi hæc non sequatur ob indignitatem confitentis, vel

ob

ob incapacitatem absolventis.

XXI Cum autem supponamus, Lucianum fuisse Parocho confessum sua peccata cum intentione saltem implicite obtinendi ab eo sacramentalem absolutionem, quae ipsi tanquam cognito indigno denegata fuit, necessario concludendum est, talem Luciani confessionem reputandam esse pro sacramentali, ad effectum, ut Parochus adstrictus sit gravissima obligatione non frangendi, vel directe, vel indirecte, sigillum sacramentalis confessionis; et per consequens, non tantum potest, sed etiam debet dare attestatum, quod Lucianus apud se tali die temporis paschalis peregerit confessionem sacramentalem, eique postea administrasse ipsam Eucharistiam; secus enim idem sigillum violaret saltem indirecte, quia homines praesentes induceret, si non ad positive judicandum, saltem ad ... vitae suspicandum, Parochum ipsum Luciano ut indigno denegasse absolutionem, et ideo testari nolle de peracta sacramentali confessione.

XXII Quod si Lucianus, sua ductus improbitate, expressa peteret, et absolute vellet, in Attestato faciendam esse fidem, quod utrumque sacramentum susceperit, hujusmodi petitioni nequit Parochus annuere, hoc quia, sic faciendo Attestatum, diceret mendacium; hoc autem est intrinsece malum, et in nulla circumstantia potest esse licitum. Diceret, inquam, mendacium respectu Sacramenti Poenitentiae, cum enim hoc perficiatur absolutione sacramentali, quam Parochus Luciano ut indigno denegavit, profecto ipse Lucianus non suscepit, nec Parochus ei administravit Sacramentum poenitentiae; igitur si de hoc testaretur, diceret mendacium; et ideo deberet constanter negare, se non aliud esse daturum Attestatum, quam de peracta sacramentali confessione, et de suscepta Eucharistia.

XXIII Si supponeretur, Lucianum in tantam prorumpere temeritatem, quod Parochum accusaret apud legitimum superiorem Ecclesiasticum, ut eum adstringeret ad sibi dandum

dandum Attestatum de suscepto utroque Sacramento, Parochus eidem suo Superiori posset, ac deberet dicere se officio suo functum esse, et nemini hominum rationem reddere debere, cur Luciano sic, et non aliter, paratus sit dare Attestatum: imprudentissimus autem esset Superior Ecclesiasticus, si non acquiesceret tali loquendi modo, nullum enim habet jus sciendi ea, quae in sacro Confessionis Tribunali sequuta sunt inter poenitentem, et Confessarium, qui in illo solius Dei vices agit.

XXIV. ~~[illegible]~~ Nihil autem Parocho sic se gerenti potest objici, quod redundaret in manifestationem saltem indirectam sigilli Sacramentalis; ipse enim, quantum fuit ex se, nihil dixit, nihil fecit, ex quo potuisset aliquis suspicari Lucianum non fuisse a se ob ejus indignitatem absolutum; ~~[illegible]~~ quia exhibuit duntaxat negative nolens aliud, quam quod posset, dare Attestatum. Non igitur Parocho, licite, ac legitime se gerenti, sed ingratitudini, ac temeritati ejusdem Luciani tribuenda foret suspicio, quae in circumstantiis dicta suppositionis, orta fuisset in aliis, quod ob ejus indignitatem absolutus non fuerit a Parocho, nolente attestari de suscepto Sacramento poenitentiae, parato tamen ad attestandum de peracta sacramentali confessione, quod Luciano potuisset sufficere.

I Ut resolvamus etiam dubium super altero casu propositum, Censemus, simplicem Confessarium indirecte violasse sigillum Confessionis Sacramentalis; cum enim ipse in Confessionali audiret confessionem Cassandrae ~~[illegible]~~ conjugatae, vidente Parocho ex Sacristia, nec temporis, nec loci, nec personarum circumstantiae permittebant, ut ipse Confessarius egrederetur e confessionali, et directe accederet Parochum pro capiendo consilio super casu adulterii; quia tales circumstantiae erant sufficientissimae eidem Parocho, ut deveniret [illegible] non

sinon in cognitionem quasi certam, saltem in suspicionem
gravissimam, quod in casu sibi exposito de adulterio ver-
saretur Cassandra conjugata, relicta in confessionali, ut
expectaret absolutionem; igitur dubitari nequit quin
Confessarius Simplicius in talibus circumstantiis indirecte
violaverit sigillum confessionis sacramentalis.

II Ceterum, si extra circumstantias in nostro casu expositas,
Confessarius Simplicius virum aliquem Theologum adiisset
pro capiendo consilio, quomodo se gerere debeat in circum-
stantiis alicujus adulterii, vel alterius gravis peccati
sibi reservati quod audivit in confessione sacramentali, quam
impertiri absolutionem pœnitenti post habitam, quam
petit, directionem, nec directe nec indirecte violaret
sigillum confessionis sacramentalis; dummodo
tales non referat circumstantias, ex quarum enun-
tiatione ipse Theologus possit venire in cognitionem vel
in gravem suspicionem personæ pœnitentis.

III. Prefatum nostrum casum de Confessario Simplicio proposuimus
ad magis exemplificandam sigilli confessionis sacramentalis
indirectam violationem; hæc enim aliis diversis pro-
pemodum infinitis modis contingere potest. Nos aliquos
duntaxat referemus. Juxta instructionem S. Caroli Borromæi
cap. 12. indirecte violant sigillum confessionis sacerdotes
illi, qui dum vocantur ad confessionale ad aliquos
ab ipsis graves peccatores cognitos ex præcedentibus confessionibus
vel ante confessionem vel sub ipsa confessione per pro-
fundos gemitus, per elevationem vocis, per clamorosa
verba, vel per alia signa impatientiæ, dant aliis in-
telligi, qualis sit status pœnitentium.

IV Indirecte quoque violant dictum sigillum illi Confessarii,
cum ab aliis deprædicantur aliqui eorum pœnitentes,
quos ex confessionibus noscunt esse valde pios, et
devotos juvant eos extollere summis laudibus; e
contra vero, dum pariter laudantur nonnulli, quos
ex confessionibus sciunt esse deditos occultis vitiis,
silent, et oculos in terram demissos tenent, vel alia
signa interna sua cognitionis demonstrant.

V. Prætereà indirecte violant sigillum confessionis Confessarii
qui

qui externo signo produnt aversionem ex auditis in con
fessione, ostendendo severiorem vultum pœnitenti vel
ei loquendo aspere ac ingrate. Sic enim ~~non~~ ipsi pœ:
nitenti quodamodo exprobrant peccata confessa; i eo:
rum odiosum redderetur Sacramentum pœnitentiæ
præsertim inter Religiosos, qui simul cohabitare debent.

VI. Si autem contingit dubitare an sigillum confessionis Sacra:
mentalis, hoc, vel illo facto hoc vel illo dicto, directe, aut
indirecte violetur; semper ejusdem sigilli inviolabili:
tati favendum est; Sicut enim ob reverentiam Sacra:
mentis debitam, et ne exponantur periculo frustra
tionis, non licet in iis conferendis sequi opinionem
probabilem de illorum valore, omissa tutiore, ita
pariter, ob reverentiam Sacramento pœnitentiæ de:
bitam, et ne ejus sigillum exponatur periculo vio:
lationis cum gravamine pœnitentis, et odio eju:
sdem Sacramenti, requiritur, quod moraliter constet,
aut certe probabilissimum sit ipsum sigillum nec
directe, nec indirecte violari.

VII. Sed quamvis Concionatores, qui dicunt se hoc vel illud
novisse ex confessionibus, sigillum non violent;
nihilominus tamen peccant peccato scandali, præsertim si
sint Parochi, quia per hujusmodi verba homines
potissimum autem ~~...~~ plebei, communiter scandalizantur;

[illegible]

Decisione per la
Cong.ne 11. Giugno 1764.

Pro Congregatione diei 16. mensis julij 1767

Casus I.

Anselmus accedens ad suscipiendum Sacramentum pœnitentiæ
peccati mortalis in antecedenti confessione ex oblivione
recordatur ~~revera commisisse peccatum mortale de quo tanquam~~
omissi, ac etiam recordatur revera commisisse aliud peccatum
~~dubio se accusavit in antecedenti confessione, et etiam recor~~
mortale, de quo tanquam dubio se accusavit in eadem confessione.
~~datur alterius peccati mortalis in eadem confessione ex obli~~
~~vione omissi~~. Unde oritur

Dubium: quid teneatur facere ut absolutionem sacramentalem
consequatur?

Casus II

Fabianus sacramentum pœnitentiæ suscepit Dominica prima
Quadragesimæ, et tempore paschali sine ullo legitimo
impedimento omisit confessionem et communionem.
Unde oritur

Dubium: ad quid sub peccato mortali tenebatur?

I Nemo non videt, dubium super primo ex casibus pro hodierna
congregatione propositis, bicipitem continere quæstionem;
videlicet, an Anselmus accedens ad suscipiendum Sacramentum pœnitentiæ debeat se accusare de peccato mortali
ex oblivione omisso in antecedenti confessione; et an etiam
debeat se accusare de alio peccato mortali, ~~de quo tanquam dubio~~
quod in eadem antecedenti confessione exposuit ut dubium,
nunc autem recordatur se certo illud commisisse, ideoque
tanquam certum teneatur confiteri; quatenus absolutionem Sacramentalem consequatur ~~[illegible]~~
in confessione, quam de præsenti ~~[illegible]~~ peragere intendit.

II Si ad Sacerdotes antiqui Fœderis pertinebat judicare judicij
veritatem, cum quid erat ambiguum inter sanguinem
et sanguinem, lepram et lepram, ut legitur Deutor.
cap. 17: multo magis ad Sacerdotes Legis Evangelicæ
spectare debet cognoscere, ac judicare, num, et qualia
peccata sint deferenda ad eorum Sacramentale Tribunal; de ipsis enim Christus in persona Apostolorum dixit =
quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum
retinueritis retenta sunt =, ut legitur apud Joannem cap.
20. v. 23.

III. Ad officium Confessariorum igitur spectat discernere ac cognoscere

sare, de quibus peccatis fines ... tenentes teneantur se accu-
sare, ut eorum veniam à Deo in Sacramento pœnitentiæ
per merita Christi consequi mereantur: et proinde quili-
bet Confessarius scire debet, Ecclesiam Catholicam semper
intellexisse, jure divino necessarium esse, ad obtinendam
remissionem peccatorum in Sacramento pœnitentiæ, ut pœni-
tentes omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui
discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseant,
etiamsi occultissima illa sint, et tantum adversus duo ultima
Decalogi præcepta; nec non eas explicent peccatorum circum-
stantias, quæ speciem peccati mutant; cum sine illis peccata
ipsa neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec judicibus
innotescant, unde fieri nequeat, ut de gravitate criminum
rectè censere possint, et pœnam, quam oportet, pro illis pœni-
tentibus imponere; quemadmodum Sacrosancta Tridentina
Synodus expresse declaravit sess. 14. cap. 5 ... ana-
thematizando contrarium sentientes, ut constat ex Can. 7.
ejusdem sess.

IV. Cum autem non etiam expresse declaraverit, ad confessionis integri-
tatem jure divino præceptam pertinere, ut peccata illa mor-
talia, quæ in præcedenti confessione fuerunt omissa ex
oblivione inculpabili, exponantur in sequenti confessione,
dum memoriæ occurrunt; et multò minus expresse
declaraverit, quod peccata mortalia in præcedenti confes-
sione exposita ut dubia exponenda sint in sequenti confes-
sione ut certa, dum pœnitens certo scit, se illa commisisse; quæ-
stio ... quam in se continet dubium à nobis propositum,
non videtur fuisse superflua.

V Pro hujus decisione censemus, Anselmum, ut consequatur abso-
lutionem sacramentalem in confessione, ad quam peragen-
dam accedit, teneri se accusare de peccato mortali ex o-
blivione omisso in antecedenti confessione, cujus postea recorda-
tus est: ac etiam teneri se accusare de alio peccato mor-
tali, quod confessus fuit ut dubium, sed dein cognovit, se illud
certò commisisse.

VI Veritas hujus nostræ decisionis quoad primam partem non
solum comprobatur communi Theologorum sen-
tentia; sed etiam, et multò magis universali omnium

fidelium consuetudine ac persuasione; igitur, quin ita ex institutione Christi observari debeat, temerarium foret disputare, ut ait S. Augustinus in Epist. 118. Quamvis autem a Sacro Concilio Tridentino expresse non fuerit declaratum poenitentem de jure divino teneri ad confitendum peccatum mortale, quod in praecedenti confessione fuit oblitus, implicite tamen, et illative hanc veritatem satis declaravit, ut constat ex pluribus ejusdem Concilii textibus inter se mutuo collatis, quorum aliquos referemus in demonstranda veritate alterius partis nostrae decisionis.

VII Nihilominus tamen fuerunt aliqui Moralistae, qui putarunt posse probari tam authoritate, quam ratione, poenitentem non esse obligatum ad confitendum peccatum mortale, quod ex oblivione omisit exponere in antecedenti confessione. Dicebant enim, quod cum Concilium Tridentinum in citato cap. 5. sess. 14. se expresserit his verbis = Reliqua autem peccata, quae diligenter cogitanti non occurrunt, in universum eadem confessione inclusa intelliguntur =; mens illius fuerit, non teneri poenitentem ad confitendum ea peccata, quae in confessione legitime facta ex oblivione inculpabili omisit exponere; quia tam de expositis, quam de omissis obtinuit absolutionem, et remissionem.

VIII Praeterea ratiocinabantur sic. Qui tempore Jubilaei confitetur peccata reservata, si eorum aliquod ex oblivione omittit exponere, non tenetur illud, dum memoriae occurrit, exponere confessario habenti potestatem in reservata; quia etiam omissum intelligitur fuisse clavibus subjectum, et una cum aliis per absolutionem remissum: igitur peccata omissa ex oblivione in confessione antecedenti, non sunt sub obligatione exponenda in sequenti confessione, dum memoriae occurrunt. Utebantur etiam aliis sophisticis ratiociniis, ut suam confirmarent opinionem, cujus falsitatem jam demonstravimus, ac semper magis convincit condemnatio facta a Summo Pontifice Alexandro VII. sequentis propositionis = Peccata in confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitae, aut ob aliam causam, non tenemur in confessione

exprimere

exprimere =

IX Ut autem demonstremus etiam veritatem alterius partis nostrae
decisionis, videlicet Anselmum esse quoque obligatum se accu=
sare de alio peccato mortali, quod in antecedenti confessio=
ne exposuit ut dubium, sed dein cognovit se illud certo
commisisse; respicere debemus ad Sac. Concil. Trid., quod ca=
p. citata Sess. 14 loquitur sic = Sacerdotes
judicium hoc incognita causa exercere non potuisse, neque
aequitatem quidem illos in poenis injungendis servare potuisse,
si in genere dumtaxat et non potius in specie, ac sigillatim
sua ipsi peccata declarassent =: Et paulo post, agendo de
necessitate exponendi peccatorum circumstantias mutantes
speciem, ait sic = quod sine illis peccata neque a poeniten=
tibus integre exponantur, nec judicibus innotescant; et fie=
ri nequeat, ut de gravitate criminum recte censere possint
et poenam, quam oportet, pro illis poenitentibus imponere =

X Cumque idem Concilium in cap. 8. ejusdem Sess. alloquitur Confes=
sarios, ait = Habeant autem prae oculis, ut satisfactio
" quam imponunt, non sit tantum ad novae vitae custodiam,
" et infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum
" peccatorum vindictam, et castigationem. Nam claves
" Sacerdotum non ad solvendum duntaxat, sed et ad
" ligandum concessas etiam antiqui Patres et credunt, et
docent = Ex praefatis autem Sacri Concilii textibus satis evidenter
colligitur, quod omnia peccata mortalia ita sint in con=
fessione exponenda, ut Confessarii non incognita causa possint
judicium exercere, et per consequens recte censere de
gravitate criminum, quatenus pro eorum qualitate non
solum ad infirmitatis medicamentum, sed etiam ad vin=
dictam, et castigationem praeteritorum peccatorum, poe=
nam, quam oportet, valeant injungere, ac irrogare.

XI Constat igitur, Sacri Concilii Tridentini mentem, et intentio=
nem fuisse, omnia peccata mortalia sic in confessio=
ne esse exponenda, ut Sacerdos recte censere possit
de gravitate criminum, poenamque, quam oportet,
injungere, ac irrogare, non solum ad infirmitatis me=
dicamentum, sed etiam ad vindictam, et castigationem
praeteritorum peccatorum. Sicut autem in hunc finem
non sufficit, quod peccatum ex oblivione omissum in
confessione, fuerit in ea inclusum, ac remissum, per
absolutio

absolutionem; sed debent dum memoria occurrit in alia confessione exponi. ut evidenter infertur ex fundamentis adductis pro demonstranda veritate prioris partis nostræ Assertionis; pariter in eundem finem non sufficit, quod peccatum mortale sit expositum in confessione ut dubium sitque per absolutionem remissum, si reapse fuit commissum à pœnitente; sed necessarium est, quod ipse pœnitens debeat in sequenti confessione illud exponere ut certum, si revera cognoscit, se certò ipsum commisisse.

XII. Constat igitur, nostrum Anselmum hujusmodi obligatione esse gravatum, cui si non satisfacit, absolutionem Sacramentalem in sequenti confessione quam peragere intendit, non recipit, ob defectum integritatis ejusdem confessionis, quæ necessaria est juxta mentem, et intentionem Sacri Concilij Tridentini explicativam juris divini, ipsius institutionis Christi Domini. Profecto qui confessus est hæresim mentalem ut dubiam, et postea certo recordatur plenum fidem adhibuisse, consensum pravum sufficienti advertentia rationis, necdum confessus est ipsam suam hæresim eo modo, quo sacerdos possit suum judicium formare super gravitate tanti criminis, et proportionatam pœnam injungere.

XIII. Non enim idem judicium potest formare de hæresi mentali exposita ut dubia, nec eandem pœnam pro ea injungere quale debet formare, de hæresi mentali certò commissa, qualemque pœnam debet pro ea imponere. Et sane, cur juxta declarationem Concilij Tridentini, peccatorum mortalium circumstantiæ mutantes speciem, omissæ inculpabiliter in priori confessione, debent exponi etiam in sequenti confessione, ut hæc sit substantialiter integralis, nisi quia taliter in confessione debent exponi peccata mortalia, dum nullum obstat impedimentum; ut sacerdos tanquam judex recte possit sententiam de eorundem peccatorum gravitate, et pœnam suam pro ea pœnitenti imponere? sed hæc eadem ratio manifeste convincit, quod etiam peccatum mortale in priori confessione expositum ut dubium, expo[ni] debeat in sequenti confessione ut certum, si pœnitens certò cognoscit se revera illud commisisse.

XIV. Nec obstat ratiocinari sic: qui confitetur, se pejerasse

debet

decies plus, minusve, seu circiter si postea recordatur se reverà pejerasse undecies, vel duodecies, non tenetur se accusare in sequenti confessione de undecimo perjurio vel de duobus perjurijs supra decem, velut numero distinctis, et tamen illud unum, vel illa duo fuerunt in non confessione expolita ut dubia: igitur qui in antecedenti confessione se accusavit de peccato mortali ut dubio, non tenetur illud in sequenti confessione exprimere ut certum, quamvis certò cognoverit istum peccatum mortale revera commisisse.

XV. Non obstat inquiens, nostræ decisioni prolatum ratiocinium. Nam dupliciter ad illud respondemus. Primò quidem negando, eum, qui confessus est decem perjuria, plus, minusve, seu circiter, non teneri ad confitendum illa, vel quæ deinde certò cognoscit se revera commisisse supra decem expressè confessa; hujusmodi enim deobligatio adversatur fundamentis, et rationibus à nobis hactenus adductis pro demonstranda obligatione confitendi peccatum mortale quod cognoscit pœnitens se revera illud commisisse, postquam illud confessus est ut dubium; quia sic erat in ejus conscientia.

XVI. Deinde respondemus, quod tametsi antedicta sententia aliquam haberet probabilitatem, non tamen ex ea potest inferri deobligatio non confitendi peccatum certum cognitum ut tale, postquam pœnitens illud est confessus ut dubium; paritas enim non subsisteret nec illatio inde deducta concluderet contra nostram decisionem; quia, dum pœnitens confessus est decem perjuria tanquam certa, adjiciendo hæc verba, plus minusve, vel circiter, præbet motivum confessario probabiliter credendi, quod ultra decem unum, alterumve aliud perjurium commiserit: et per consequens talis confessio practicè ac moraliter non censetur notabiliter alterare judicium confessarii in ordine ad sufficientem cognitionem causæ, ad impertiendam absolutionem et ad imponendam proportionatam pœnam satisfactoriam; siquidem hæc judicii

judicari potest esse æquè proportionata pro decem perjurijs, quam pro undecim, vel duodecim.

XVII. E contra verò longè aliter debet confessarius censere de peccatis mortalibus expositis ut dubijs, quam de illis, quæ tanquam certa sunt in confessione exposita; dubietas enim peccatorum mortalium, et eorum certitudo multum alterant judicium confessarij; quia pœna satisfactoria quam posset imponere pro duobus peccatis mortalibus confessis ut dubijs, non esset proportionata pro eisdem duobus peccatis confessis ut certis.

XVIII. Nec demum obstat nostræ decisioni ratio illa, quam aliqui fundant in absolutione directa peccatorum dubiorum. Nam, etsi nos non negemus, illum pœnitentem, qui se accusavit de peccato mortali ut dubio, et per hoc exposuit illud, ut erat in ejus conscientia, et per consequens fuisse ab ipso absolutum directe, si revera illud commisit, sicut directe fuit absolutus à peccatis certis in eadem confessione expositis; negamus tamen quod absolutio directa peccati mortalis confessi ut dubij, revera verò commissi, cessare faciat in pœnitente obligationem confitendi ipsum peccatum ut certum, quando revera cognoscit illud commisisse.

XIX. Si enim in confitendis peccatis needum est observatus modus juxta jam expositam mentem, et intentionem illa, qui juxta [illegible] fuit à Christo demandatus, sacri Concilij [illegible] peccata ipsa censeri possint directe absoluta; adhuc etsi peccata ipsa [illegible], tamen remanet obligatio illa debito modo confitendi, idest taliter, ut Sacerdos possit de illis recte censere, et pœnam satisfactoriam proportionatam imponere; talem autem confitendi modum non servavit ille, qui confessus est peccatum mortale ut dubium, et postea cognoscens ipsum revera commisisse, non confitetur ut certum: igitur tenetur ad illud confitendum ut certum, non obstante, quod ab eo fuerit directe absolutus, dum confessus est ut dubium.

I.

II

III

I. Quoniam facilis est solutio dubij, super altero casu propositi,
Illicò ab eo nos expediemus, advertendo quasi præliminariter
Sacramentum pænitentiæ suscipiendum vel in re, vel
in voto, omnibus post baptismum in peccatum grave
lapsis esse ad salutem necessarium necessitate medij, ut constat ex Concilio
Trid. Sess. 14. Cap. 2. in cujus fine declaravit sic = Est au-
" tem hoc sacramentum Pænitentiæ lapsis post baptismum
" ad salutem necessarium ut nondum regeneratis ipse
" baptismus =. Sicut igitur baptismus ex præcepto divino
nondum baptizatis est necessarius necessitate medij;
ita quoque ex præcepto divino necessarium est ad salutem
Sacramentum pænitentiæ omnibus post baptismum lapsis
in peccatum mortale.

II. Et quia hoc divino præcepto non fuit determinatum illud
tempus præcisum, in quo suscipi deberet Sacramentum
pænitentiæ, nec ex eo potuerit desumi ulla certior obli-
gatio quoad tempus, quam de non diu differenda suscep-
tione ipsius Sacramenti; ideo credere oportet, Christum
providè suæ Ecclesiæ judicio reliquisse determinatio-
nem temporis, in quo Sacramentum pænitentiæ fideles
teneantur suscipere.

III. Hanc autem temporis determinationem fecit magnum Conci-
lium Lateranense, statuendo spatium unius anni, si-
mulque præscripsit tempus Paschatis, ut in eo suscipi-
atur [illegible] Eucharistia. Nam in Canone 21mo, qui refertur
in Cap. 12. de pænitentijs, et remissionibus, utrumque
præceptum expressit sequentibus verbis = Omnis
" utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis
" pervenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in
anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti et injunctam
sibi pænitentiam proprijs viribus studeat adimplere: susci-
" piens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramen-
" tum; nisi forte de proprij sacerdotis consilio, ob aliquam ra-
tionabilem causam ad tempus ab hujusmodi perceptione
duxerit abstinendum: alioquin et vivens ab ingressu Ecclesiæ
" arceatur, et moriens christianâ careat sepulturâ. Unde
" hoc salutare statutum frequenter in Ecclesijs publicetur, ne
" quisquam ignorantiæ cæcitate velamen excusationis
assumat.

" assumat.

IV. Ad hanc S. Matris Ecclesiæ determinationem, quoad Sacramenti pœ-
nitentiæ susceptionem, respexit Sacrum Concilium Tridentinum
Sess. 14. cap. 5. inquiens: = Neque enim per Lateranense Conci-
" lium Ecclesia statuit, ut Christi fideles confiterentur, quod jure
" divino necessarium, et institutum esse intellexerat; sed ut
" præceptum confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus, et
" singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleretur.
" Unde jam in universa Ecclesia cum ingenti animarum fidelium
" fructu observatur mos ille salutaris confitendi sacro illo, et
" maxime acceptabili tempore quadragesimæ; quem morem
" hæc sancta synodus maxime probat et amplectitur, tamquam
pium, et merito retinendum =

V. Hic autem advertendum est, Concilium Tridentinum non commendasse
eorum consuetudinem, qui, cum valde raro confiteantur, diffe-
runt confessionem ad postremos quadragesimæ dies; sed commen-
dasse morem, qui tunc in universa Ecclesia erat introductus,
ut fideles confiterentur initio quadragesimæ; quemadmodum
ad præfatum Conciliare decretum notavit Cardinalis Bel-
larminus; ejusdemque approbationis ea fuit ratio, quod jejunium,
eleemosina, aliaque bona opera, quæ tempore quadrage-
simali fiunt, non essent salu-
tis magis quam alio anni tempore fiunt, ab existente in pecca-
tis æterna meritoria, si peragerentur ab existente in pecca-
to mortali; ut igitur sint meritoria, cancellari debet pecca-
tum mortale per confessionem, quæ ineunte quadragesima fit,
juxta morem in Ecclesia introductum, summopere commendatum
a Concilio Tridentino, ad quem fidelibus inculcandum, sancto
zelo excitantur Parochi a S. Carolo Borromæo.

VI Sed quamvis exinde possit inferri, nostrum Fabianum commen-
dabiliter fecisse, suscipiendo Sacramentum pœnitentiæ die do-
minica primæ quadragesimæ, non tamen videtur etiam inferri, quod mortaliter non peccaverit omittendo confite-
ri tempore paschali. Cum autem nostrum dubium cadat
non solum super præcepto confessionis sacramentalis, sed
etiam super præcepto Sacræ communionis, deveniendo
ad ejus resolutionem, censemus, Fabianum, omittendo
confessionem sacramentalem tempore paschali, non
peccasse mortaliter contra præceptum ecclesiasticum
de ipsa confessione annuatim peragenda ab omni
utriusque

utriusque sexus fideli: peccasse tamen mortaliter contra præceptum Ecclesiasticum, non solum omittendo Sacram communionem dicto tempore paschali, sed etiam post illud eam differendo saltem notabiliter.

VII. Pro fundamento nostræ decisionis quoad primam partem extat præceptum ipsum Ecclesiasticum à Magno Concilio Lateranensi expressum jam relatis his verbis formalibus = Omnis utriusq. sexus fidelis omnia sua peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur = . quæ verba, nisi quis vim inferat, intelligi debent de toto tempore, quod est à prima die Januarij usque ad postremam diem mensis Decembris cujuslibet anni, prout argumentatur Cardinalis de Lugo disp. 15. de Sacramento Pœnitentiæ sect. 8. num. 157. et cum eo potior pars Theologorum: igitur noster Fabianus, suscipiendo Sacramentum pœnitentiæ Dominica prima Quadragesimæ satisfecit præcepto Ecclesiastico determinanti tempus, à jure divino non determinatum pro suscipiendo Sacramento pœnitentiæ; et per consequens mortaliter non peccavit contra idem præceptum ecclesiasticum omittendo confessionem tempore paschali.

VIII. Immo nequidem peccasset contra idem præceptum, omittendo confessionem per cursum totius anni, aut etiam plurium annorum, dummodo tamen nullius peccati mortalis conscientiam habuisset; cum enim idem præceptum Ecclesiasticum sit tantum ~~[illegible]~~ determinatio præcepti divini, quo obligamur ad confitendum sola peccata mortalia non vero etiam venialia, quæ multis alijs remedijs expiari possunt, ut fatetur Concil. Trid. sess. 14. cap. 5.; nulla foret ratio præcipuè fundata in dicto præcepto Ecclesiastico determinativo, propter quam noster Fabianus peccasset mortaliter in præfata hypotesi suæ immunitatis à peccato mortali.

IX. Hæc doctrina est verissima. sed parum vel nihil confert ad praxim; videmus enim fideles eò frequentius suscipere Sacramentum pœnitentiæ in ejusdem anni cursu, et potissimum tempore paschali, quò rarius aut nunquam habent conscientiam

peccati

peccati mortalis: experientia enim eos docet, utilissimum esse vel sola peccata venialia frequenter confiteri, aut una cum illis etiam mortalia iam confessa, et remissa in praecedentibus confessionibus; propter uberrimos nempe ex Sacramento Poenitentiae fructus eisdem provenientes.

X. Sed loquendo de fidelibus illis, qui ante tempus paschale satisfecissent praecepto Ecclesiastico de annua confessione, peccata sua mortalia confitendo initio quadragesimae, ut [illegible] noster [illegible]tarianus, aut alia parte anni inchoati a die prima januarii, et tempore paschali haberent conscientiam peccati mortalis; profecto tenerentur confessionem sacramentalem praemittere sacrae communioni, cujus praeceptum tunc urgeret; hujusmodi tamen gravis obligatio non proveniret a praecepto annuae confessionis, sed a praecepto gravissime obligante quemlibet habentem conscientiam peccati mortalis ad praemittendam sacrae communioni confessionem sacramentalem, ut Sacrum Concil. Trid. sess. 13. cap. 7. expresse his verbis = Ecclesiastica autem consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat, quod a Christianis omnibus etiam ab iis sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, haec sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit, modo non desit illis copia confessoris; quod si, necessitate urgente, sacerdos absque praevia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur = Et can. 11. ejusdem sess. declarat esse excommunicatos contrarium docentes, praedicantes vel pertinaciter asserentes, seu etiam publice disputando defendentes.

XI. Immo etiam fideles illi qui sacrae communioni paschali non praemitterent confessionem, peccarent mortaliter, quamvis tunc sibi conscii non essent alicujus peccati mortalis; ex omissa tamen confessione oriretur scandalum; sed tunc obligatio confitendi oriretur ex praecepto divino vitandi scandali, non vero ex praecepto ecclesiastico annuae confessionis. Sunt etiam alii casus in quibus jus divinum obligat ad confessionem sacramentalem; ad eam enim obligat gravatum peccato mortali pro tempore, quo prudentis viri judicio timetur mors, ut accidit in casu imminentis naufragii, aut praelii, dum imminet partus feminae, quae [illegible]

repente, aut qua illum difficilem, et periculosum experta est, et etiam dum quis acuta febri laborat; et ideo S. Pius V. in sua Bulla quae incipit = Super gregem = praecepit Medicis, qui vocantur ad curandos laborantes gravi, et periculoso morbo, ut, antequam incipiant curationem corporis, eos moneant ad peragendam peccatorum confessionem, et post tertium diem illos non visitent, nisi de peracta confessione sibi constet.

XII Nam, si praeceptum divinum unquam obligat ad Sacramentalem confessionem gravatum peccato mortali, potissimum obligat, quando maxima est confessionis necessitas; haec autem talis est, dum adest grave periculum subeundae mortis; ideoque tenetur ex praecepto divino confiteri etiam ille, qui habet copiam confessarii, eam postea non habiturus, dum urget probabile mortis periculum. Pariter ex praecepto divino tenetur ad confessionem ille, qui voto, vel juramento ad eam se adstrinxit, vel oneratus a Confessario in satisfactionem suorum peccatorum, aut etiam tenetur vi regulae, quam professus est in aliquo statu religioso.

XIII. Ne autem digrediamur ad plura, quae ad nostram decisionem non pertinent, dicemus, satis ex praemissis fundamentis constare, nostrum Fabianum non fuisse sub peccato mortali obligatum ad peragendam confessionem Sacramentalem tempore paschali, vigore solius praecepti Ecclesiastici de annua confessione; ideoque si revera fuit obstrictus obligatione confitendi, hoc provenit a praecepto non communicandi sine praevia confessione peccati mortalis, vel a praecepto vitandi scandalum, non vero a praecepto confitendi tempore paschali; cum praecepto annuae confessionis jam satisfecerit, si ab ultima die Decembris Dominica prima Quadragesimae usque tunc distulit confiteri. Hinc est, quod in postrema Synodo Dioecesis Aquilejensis Cap. 9 de Sacramento Poenitentiae non dicitur: de Paschali confessione, et communione praeceptum, sed: De annua Confessione et Paschali communione praeceptum =; quia nempe praeceptum ecclesiasticum de confessione respicit totum annum; illud vero de communione est coarctatum ad Pascha, idest ad solum tempus paschale, quod apud nos incipit Dominica Palmarum, et terminatur Dominica in Albis.

XIV. Altera parte nostrae decisionis statuimus, Fabianum peccasse mortaliter contra praeceptum Ecclesiasticum, non solum omittendo sacram communionem tempore paschali, sed etiam

sed etiam post illud ipsum differendo illam notabiliter. Quod
mortaliter peccaverit omittendo sine ullo legitimo impedimento
sacram communionem paschalem, est adeo evidens, ac manifestum
ut appareat contrarium esse idem, ac negare vim praecepti
divini de ~~[illegible]~~ sumenda SS.mae Eucharistia, quod sola tem-
poris determinatione fuit declaratum a Magno Concilio
Lateranensi illis verbis = Suscipiens (: idest, omnis utriu-
sque sexus fidelis) suscipiens reverenter ad minus in
Pascha Eucharistiae Sacramentum =.

XV. Et quod etiam idem Fabianus mortaliter peccaverit, notabi-
liter differendo post tempus paschale sacram communionem
pariter certum esse judicamus, tenebatur enim sub gravi
obligatione quamprimum, elapso tempore paschali, Sacra-
mentum Eucharistiae suscipere. Hujus nostrae assertionis
veritas comprobatur communissima sententia Theologorum
sic ratiocinantium: Etsi Sacramentum Eucharistiae non
sit necessarium ad salutem necessitate medii, ut est
baptismus nondum regeneratis, et Sacramentum poe-
nitentiae lapsis post baptismum in peccatum mortale, vel
in re scilicet, vel in voto respective; est tamen neces-
sarium necessitate praecepti divini, quo obligantur omnes
adulti sufficientis rationis compotes ad illud suscipiendum
non tantum in articulo mortis, vel quando probabile ejus
periculum imminet, sed etiam aliquoties in vita, modo
vitae non sit nimis brevis.

XVI. Siquidem constat ex Evangelio, et Sacrum Concil. Trid. sess. 13.
cap. 2. declaravit, Salvatorem nostrum Jesum Christum
Eucharistiam instituisse in memoriam mortis suae, et vo-
luisse a nobis sumi, tanquam spiritualem cibum, quo ala-
mur, et confortemur, et tanquam antidotum, quo libe-
remur a culpis quotidianis, et a peccatis mortalibus prae-
servemur. Dum igitur Sancta Mater Ecclesia, divinae vo-
luntatis interpres, declaravit, ut omnis utriusque sexus
fidelis ad minus in Pascha suscipiat Eucharistiae Sacra-
mentum, non induxit novum praeceptum, sed tempus
determinavit, ultra quod non sit differenda executio
praecepti divini de sumenda Eucharistia.

XVII. Atque

XVII. Unde constat, quod lapsu temporis paschalis ejusdem praecepti divini obligatio non perimitur, sed potius magis urget, ideoque dilatio adimplementi novam continet culpam, et quidem mortalem, si dilatio ipsa sit notabilis. Hinc est, quod Praelati Ecclesiastici, inhaerendo consuetudini universaliter receptae in Orbe Christiano, non solum possunt, et debent punire, sed de facto puniunt, et compellunt ad communicandum post tempus paschale Fideles illos qui intra ipsum tempus omiserunt communicare.

XVIII Falsa igitur est opinio quorundam Moralistarum, qui contrarium docuerunt eo ducti fundamento quod, dum aliquid praecipitur cum determinatione temporis, hoc elapso, cessat obligatio, ut constat de obligatione quotidiani officii divini, Missae audiendae die festo, jejunandi die vigiliae, tempore quadragesimali, et de aliis ejusmodi obligationibus. Nam etsi hoc verum sit, quando opus praeceptum est annexum tempori, seu diei, quasi pensum eidem affixum, ita ut ratio obligationis fundata sit in qualitate illius temporis, vel diei, ut est obligatio audiendi Missam in die festo, jejunandi in die vigiliae &c.

XIX Longe aliter tamen ratiocinari oportet in casu Sacrae Communionis paschalis; haec enim ab Ecclesia non fuit praecepta, ut annexa tempori paschali, quasi tempus istud fuisset ratio eam praecipiendi; sed fuit praecepta, ne diutius differretur executio divini praecepti de sumenda SS.ma Eucharistia, in quem finem Ecclesia determinavit tempus Paschale velut magis congruum; haec tamen sua determinatione temporis Paschalis non remisit, nec potuit remittere gravem obligationem fundatam in praecepto divino, qua onerabatur quilibet Christi Fidelis sumendi Sacram communionem quamprimum est elapsum tempus paschale, si in eo sine ulla legitima causa omisit eandem Sacram communionem. Igitur certum est, quod noster Fabianus tenebatur sub peccato mortali Sacram Communionem sumere intra tempus paschale, et cum eam omiserit praescripto ab Ecclesia tempore, tenebatur pariter sub peccato mortali communicare quamprimum est elapsum idem tempus paschale.

Conreq: 16. Julij 1767.

Pro Congregatione diei 20. Augusti 1767

Casus I.

Titius Parochus vocatus ad audiendam confessionem infirmi, [illegible] per viginti annos sui parochiani [illegible] concubinam tamen tunc habentis in [illegible] domo Parochia alterius diœcesis, item extra mortis articulum audivit et pœnitentem absolvit in loco et [illegible] sit ejus actualis Parochus. Quæritur

Dubium: an licite, ac valide id fecerit?

Casus II.

Cesarius Parochus ad impediendam in sua parochia frequentiam cujusdam valde gravis peccati, quod non erat ex reservatis a proprio Episcopo, secrete prohibuit suo Cooperatori, ne pœnitentes a tali peccato absolvat; nihilominus tamen iste Cooperator absolvit. Quæritur

Dubium: an ista absolutio fuerit licita, et valida?

I Utrumque dubium in præsenti Congregatione a nobis dudum concernit absolutionem Sacramentalem, a Confessario licite, ac valide impertiendam. In neutro casu agitur de pœnitentis dispositione: in utroque enim utrobique supponitur esse sufficiens: hæc tamen facti species talis sunt exposita circumstantiæ quæ nos inducunt ad inquirendum an Victorius Parochus et Cooperator Eusebii Parochi, ea fuerint prædite potestate quæ necessaria est ad licite absolvendum.

II Sacrum Concilium Tridentinum Sess. 14 cap. 5 docuit quidem Dominum nostrum Jesum Christum e terris ascensurum ad cælos Sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquisse, tamquam præsides, et judices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint, ut pro potestate clavium remissionis, aut retentionis peccatorum sententiam pronuncient; et ideo constare, Sacerdotes non posse judicium hoc incognita causa exercere.

III Docuit etiam cap. 6 ejusdem Sess., absolutionem [illegible] actum judicialem, quo ab ipso velut a judice sententia pronunciatur; neque [illegible] anathemate [illegible]

fecerint absolutionem sacramentalem Sacerdotis non esse actum judicialem. Hinc est, quod cap. 7 ejusdemmet sess. declaravit quod cum natura, et ratio judicij illud exposcat ut sententia in subditos dumtaxat feratur nullius momenti absolutionem esse debeat quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet jurisdictionem.

IV. Ut igitur unum et alterum ex propositis dubijs, a fundamento resolvamus, inquirendum est, an Victorius Parochus et an Cooperator Eusebij Parochi, illam habuerint sufficientem jurisdictionem a Sacro Concilio Tridentino declaratam tanquam necessariam, ut licite, ac valide potuerint impertiri absolutionem sacramentalem in respectivis circumstantiis utriusque casus. Sub nomine autem jurisdictionis eam dumtaxat intellexit Sacrum Concilium Tridentinum quae restricta est ad solum Forum internum, et ideo communiter appellatur jurisdictio pro Foro interno, idest, pro Foro sacramentali confessionis, quae utique est contradistincta ab Ecclesiastica illa jurisdictione quae competit Praelatis quoad Forum externum in ordine ad gubernium spirituale.

V. Jactis hisce veritatis principijs, nunc descendamus ad resolutionem nostrorum dubiorum. Quoad primum igitur censemus, Victorium Parochum nec licite, nec valide potuisse audire confessionem et absolvere infirmum in circumstantijs casus a nobis propositi; cum id fecerit extra articulum mortis, et inscio, ac irrequisito actuali Parocho ejusdem infirmi; Tametsi enim ille Victorius habeat beneficium parochiale cui est annexa potestas seu jurisdictio ordinaria pro Foro interno, eam tamen nequit exercere extra Dioecesim sui beneficij parochialis sine approbatione saltem tacita Episcopi Dioecesis, sub qua comprehenditur locus in quo Victorius Parochus ~~vellet audivit~~ confessionem et absolvit poenitentem, ~~[illegible]~~.

VI. Sacrum Concilium Tridentinum declaravit quidem, ut audivimus, absolutionem sacramentalem esse actum judicialem, imo sententiam proferendam a Sacerdote tanquam a judice

Judice et ut ipsum sit talis ~~[illegible]~~ potius debere ordinariam aut subdelegatam jurisdictionem in illum, si eum cujus confessionem audit quemque a peccatis absolvit. Quia tamen ipsum Sacrum Concilium non simul etiam declaravit quale requisitum sit necessarium Sacerdoti, ut praefata jurisdictione potiatur; Theologi in varias abiere sententias quas refert Barbosa de Officio, et potestate Episcopi allegatione 25. num. 25. et seqq.

VII Aliqui enim opinabantur sufficere approbationem sacerdotis a proprio ejus episcopo factam. Nonnulli existimabant necessarium esse ut Sacerdos sit approbatus ab Episcopo poenitentis. Alii docebant satis esse, si Sacerdos sit approbatus sive ab Episcopo poenitentis, sive a proprio ejus Episcopo, sive ab Episcopo in cujus Dioecesi audienda est confessio et danda absolutio. Longe tamen plures, et graviores fuerunt illi Doctores, qui docuerunt, necessarium esse, ut Sacerdos sit approbatus ab illo Episcopo in cujus Dioecesi audienda est confessio, et danda absolutio.

VIII Ob hanc sententiarum varietatem plura oriebantur incommoda et dissidia, praesertim autem inter Episcopos, et Religiosos illos mendicantes qui acriter sustinebant Sacerdotes suorum Ordinum, approbatos ab uno Episcopo ad audiendas confessiones, debuisse intelligi approbatos ad audiendas confessiones in Dioecesi cujuscunque alterius Episcopi; quod maxime tempore jubilaei certissimum esse judicabant ob ~~illam~~ clausulam, quae in Bulla cujuslibet jubilaei circa eligibilitatem confessariorum tributam poenitentibus exprimitur his verbis — ex approbatis ab Ordinariis locorum. Hanc enim clausulam ipsi Religiosi mendicantes intelligebant de approbatione facta a quibuscunque locorum Ordinariis, idest Episcopis, quin esset necessaria approbatio illius Episcopi, in cujus Dioecesi audienda foret confessio.

IX [illegible]erum tam respectu Religiosorum omnium quam Sacerdotum Saecularium quorumcunque adeo praevaluit illa Theologorum et canonistarum sententia, quae ~~[illegible]~~ tanquam necessariam requirebat approbationem exigendam ab illo Episcopo cujus Dioecesi esset administrandum [illegible] poenitentia

tiæ; ~~eadem~~ Sententia hæc, tanquam verior, et se unor magisque conformis menti, ac intentioni Sacri Concilij Tridentini, fuit approbata, et firmata pluribus successivis Declarationibus Sacræ Congreg. ejusdem Concilij ac etiam Constitutionibus Apostolicis; et per consequens in praxi recepta fuit ab universa Ecclesia.

X Inter alias ejusdem Sacræ Congreg. Declarationes fuit illa quæ die 6. Junij 1608. in una Calaguritana emanavit formalibus his verbis = Congregatio Concilij censuit Sacerdotem secularem, seu Regularem, in una Diœcesi approbatos ad audiendas personarum secularium confessiones non posse in alia easdem confessiones audire absque Episcopi Diœcesis approbatione =. Plures aliæ huic conformes ab eadem Sacra Congreg. emanarunt Declarationes, quas brevitatis causa omittimus recensere.

XI Loquendo autem de Constitutionibus Apostolicis, extat illa Urbani VIII. de anno 1628. qua fuerunt revocatæ omnes concessiones, licentiæ et privilegia audiendi confessiones sine approbatione Episcoporum Diœcesanorum. Hoc adjectivum Diœcesanorum prolatum juxta mentem Pontificis fuit hunc sensum, quod nullus Sacerdos sive Secularis, seu Regularis licite, ac valide possit administrare Sacramentum pœnitentiæ, nisi prius fuerit approbatus ab illo Episcopo, in cujus Diœcesi ejusdem Sacramenti administratio est facienda.

XII. Alexander VII. ut reprimeret audaciam quorundam Religiosorum mendicantium, qui præconceptam erroneam opinionem in praxi observare non verebantur, die 30. Januarij de anno 1656. tanquam falsam, et saluti animarum perniciosam, damnavit propositionem hanc = Regulares Ordinum mendicantium, semel approbati ab uno Episcopo ad confessiones audiendas in sua Diœcesi, habentur pro approbatis in alijs Diœcesibus, neque nova indigent Episcoporum approbatione =

XIII Non obstante Pontificia damnatione dictæ propositionis persistebant aliqui ex ipsis Religiosis mendicantibus in opinione contraria, sub prætextu privilegiorum non [illegible] abolitorum

Clemens X.

abolitorum; ut igitur Summus Pontifex ~~[illegible]~~ VII.
compesceret omnia dissidia, quae hac super re adhuc subsi-
stebant Episcopos inter et Religiosos mendicantes aliosque
gaudentes eorum privilegiis, anno 1670. tulit Bullam,
qua dubitationes omnes, et quaestiones ad unam deter-
minatam regulam reduxit, et inter alia declaravit sic:
"Ad haec Religiosos, ab Episcopo ad confessiones saecularium
" in sua Dioecesi audiendas approbatos, non posse in alia
" Dioecesi eas absque Episcopi approbatione audire;
" quamvis poenitentes subditi sint ejus Episcopi, a quo ipsi
" Religiosi jam fuerunt approbati." Infertur proinde
necessarium esse, ut sacerdos sit approbatus ab illo Episco-
po, in cujus Dioecesi est administrandum Sacramentum
poenitentiae.

XIV. Quamvis autem propositio damnata ab Alexandro VII., et Bulla
Clementis X. loquantur duntaxat de Regularibus; certum
tamen est, intelligi debere etiam, et multo magis, de sacerdotibus saecula-
ribus, velut carentibus illis privilegiis, sub quorum praetextu
Regulares putabant ~~[illegible]~~ se posse tueri. Igitur ex praefatis
inconcussis fundamentis manifeste constat veritas nostrae
decisionis; quod nempe Victorius Parochus in circumstantiis
casus a nobis propositi audiendo confessionem infirmi, eum-
que absolvendo, illicite et invalide id egerit, velut desti-
tus necessaria approbatione, tam expressa, quam tacita
Episcopi Dioecesis, in qua confessionem audivit, et imper-
titus est absolutionem nihil suffragante circumstantia,
quod infirmus, ad cujus confessionem audiendam extra
articulum mortis fuerat vocatus per viginti annos prius
exstiterit ejus parochianus; quia destitit esse talis per
translationem domicilii ad ~~[illegible]~~ locum subjectum alteri
Parochiae, existentis in alia Dioecesi.

XV. Nulla in nostro casu ~~[illegible]~~ continetur circumstantia, quae indicet, quod Victorius
Parochum habuisse expressam approbationem ab Episcopo
Dioecesano infirmi, ad cujus confessionem audiendam fuit
vocatus; sed nec etiam continetur ulla circumstantia indicans il-
lam tacitam approbationem quidem Episcopi Dioecesani;
immo

immò expressè adjecimus in nostro casu, quod Victorius Parochus audiverit confessionem infirmi, eumque absolverit, inscio, et irrequisito actuali ejusdem infirmi Parocho, qui est alterius Diœcesis: igitur Victorius Parochus se ingessit ~~ad administrandum~~ ad id faciendum destitutus etiam tacita approbatione Episcopi alterius Diœcesis, et per consequens illicitè, et invalidè audivit confessionem et impertitus est absolutionem.

XVI. Aliter tamen judicandum foret in hypotesi, quod actualis Parochus infirmi fuisset requisitus, et consensisset, aut in illo casu particulari, aut semel pro semper; tunc enim Parochus Victorius potuisset censeri habere approbationem tacitam illius Episcopi, in cujus Diœcesi sita est domus infirmi ad quem fuit vocatus. Videmus siquidem introductam esse consuetudinem inter Parochos diversarum finitimarum Diœcesium, quod invicem se requirant, et invitent in quibusdam casibus, non solum ad canendam Missam solemnem sed etiam ad audiendas confessiones suorum respectivorum parochianorum; cum autem respectivi Episcopi Diœcesani sciant esse talem consuetudinem, censentur tacitè approbare, quod Parochi alterius Diœcesis in eorum Diœcesi administrent sacramentum pœnitentiæ. Plerumque autem id verificatur, quando Parochus unius Diœcesis se cum suo Populo processionaliter confert ad visitandum aliquod Sanctuarium existens in alia Diœcesi.

XVII. Ut autem verificetur tacita alterius Episcopi approbatio, concurrere debet assensus verbo, vel facto manifestatus à Parocho Diœcesis ejusdem Episcopi respectu Parochi alterius Diœcesis, talis verò assensus alterius Parochi respectu nostri Parochi Victorij, non concurrit; nemo enim qui est inscius, et irrequisitus, censetur consentire. Igitur firma manet nostra decisio, quod Parochus Victorius illicitè, ac invalidè audiverit confessionem, et absolverit infirmum in præcisis circumstantijs casus à Nobis propositi.

I Tunc

I Nunc transeamus ad alterum dubium, cujus autem resolutio
tota pendet a justo judicio authoritatis, et potestatis
parochialis. Si recte censeri posset, eam esse talem ac
tantam, ut Parochus pro sua Parochia possit sibi re=
servare aliqua graviora peccata legitime prohibendo
suis cooperatoribus, ne ab illis absolvant; sicut Episco=
pus pro sua Diocesi potest sic sibi reservare atrociora
crimina, a quibus nequeant absolvere alii Sacerdotes
quodcunque habeant officium etiam parochiale; con=
cludendum foret cooperatorem Parochi cujuslibet illicite
ac invalide absolvisse ab illo gravi peccato, quod
ipse Parochus sibi reservavit secreto prohibendo eidem
suo cooperatori, ne absolvat ab ipso.

II. Huic opinioni videtur suffragari doctrina ~~[illegible]~~ nonnullorum Theologorum
et Canonistarum. Ex Theologis fuit Cardinalis de Lugo
qui de Sacram. poenit. disp. 20. num. 2. scribit sic =
" Constat primo, Summum Pontificem, pro suprema et uni=
" versali sua potestate, posse sibi reservare aliqua peccata
" pro tota Ecclesia: Episcopos item per se loquendo, posse
" pro suo Episcopatu; Parochum denique pro sua Parochia =
Concordat Cardinalis de Lucca eodem tract. de Sacram.
poenitentiae disp. 19. num. 283. in fine inquiens = Sic
" posset Parochus, qui est Ordinarius Parochianorum, dum
" alteri committit jurisdictionem, sibi reservare aliquod
" peccatum =

III. Mastrius Scotistarum Coryphaeus in sua Theologia morali disp.
21. num. 221. in fine docet sic = Denique Parochi
" etiam pro sua parochia aliquos sibi casus reservare
" possunt, quia eo ipso quod sunt Parochi in suas oves ju=
" risdictionem habent ordinariam =. Collegium Salmanti=
censis Tom. 1. de Sacramentis in genere tract. 6. cap. 13.
num. 2. ita pronunciavit = Superiores, qui casus sibi
" reservare possunt sunt Summus Pontifex in universa
" Ecclesia, Episcopi in suis Diocesibus, Praelati in suis
Religionibus

Religionibus et Parochus in sua Parochia, respectu Sacer-
" dotum, quibus ipse delegat potestatem =; ibique citantur non
adducti Theologi idem sentientium.

IV Ex Canonistis autem Panimolla decis. 1. Annotat. 9. num. 1. ita
loquitur = Parochus in propria Ecclesia, ac Parochia dicitur
" Prelatus et tanquam talis reputari, et estimari debet, et
in apibus cau 7. quest. 1. Abbas in Cap. cum decernimus
num. 10 de judicijs. Major cum emphasi Gonsalez ad Reg.
Cancellaria Apostolica. gloss. 6. num. 100. loquendo de Paro-
cho ait = Et in sua Plebania talem potestatem habere
" censetur, qualem habet Episcopus in sua Diocesi = et
citat Abbatem sic docentem in Cap. 1. num. 28, de dolo
et contumacia; ac etiam adducit alios allegatos à Bar-
bosa, de Officio Parochi cap. 9. num. 1. et seqq.

V. Ex premissis Theologorum, et Canonistarum doctrinis, videtur
inferendum esse, quod Eusebius Parochus legitime ac
validè potuerit prohibere, ac prohibuerit suo Cooperatori
ne absolvat ab illo valde gravi peccato, quod sibi reserva-
vit ex zelo impediendi in sua parochia frequentiam
ejusdem valdè gravis peccati.

VI Nos tamen propositum dubium decidentes, Censemus, Coopera-
torem Eusebij Parochi licitè, ac validè absolvisse à dicto
valde gravi peccato contra prohibitionem sibi factam ab eodem
suo Parocho. Ut hujus nostræ decisionis veritatem
demonstremus, imprimis advertimus, Sacrum Concil. Tri.
Sess. 14. Cap. 7. in quo agit de Casuum reservatione,
loqui sic = Magnoperè verò ad Christiani populi
" disciplinam pertinere, Sanctissimis Patribus nostris
" visum est, ut atrociora quædam, et graviora crimina
" non à quibusvis, sed à Summis dumtaxat Sacerdoti-
" bus absolverentur; undè meritò Pontifices maximi
" pro suprema potestate, sibi in Ecclesia universali tradita
" causas aliquas criminum graviores suo potuerunt pecu-
" liari judicio reservare. Neque dubitandum est, quandò
" omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem

" idem Episcopis omnibus in sua cuique Dioecesi, in aedi=
ficationem tamen, non in destructionem, liceat, pro
" illis in subditos tradita supra reliquos inferiores Sacerdo-
" tes auctoritate, praesertim quoad illa, quibus excommu
" nicationis censura annexa est. =

VII Quamvis autem Sacrum Concilium dicat, quod sicut Sum=
mus Pontifex potest graviora quaedam crimina sibi re-
servare pro universali Ecclesia; ita et Episcopi omnes
possint in sua cuique Dioecesi aliqua gravia crimina
sibi reservare; nequit tamen inde inferri, quod talem
reservationem possint facere soli veri Episcopi, id est
illi soli Praelati, qui habent potestatem Ordinis Epi-
scopalis, simulque gaudent jurisdictione Episcopali
in propriis eorum Dioecesibus.

VIII Nam certum est apud omnes Canonistas, quod potestatem
sibi reservandi aliquos casus habeant etiam illi Praelati,
Episcopo inferiores, qui, cum veri Episcopi non sint, pote=
statem Ordinis Episcopalis non habent, habent tamen
jurisdictionem Episcopalem in Clerum, et Populum
sibi subjectum in Territorio separato a Dioecesi cu=
juscunque Episcopi, ita ut, etsi ipsum Territorium
materialiter existat in Dioecesi alicujus Episcopi, forma=
liter tamen non sit nec in, nec de, nec ex ista Dioece=
si, cum ipsum Territorium ex se constituat quandam
aliquam Dioecesim; et ideo tales Praelati dicuntur
habere Territorium separatum, suntque nullius alterius
Dioecesis.

IX Econtra vero dantur aliqui Praelati Episcopo inferiores, qui=
bus in eorum districtibus competit quidem jus exercendi ju=
risdictionem Episcopalem, eam=
que exercent in Clerum, et Populum sibi subjectum
quin tamen habeant Territorium separatum, sintque nul-
lius Dioecesis; quia ipsam jurisdictionem Episcopalem
exercent sub Episcopo, in cujus Dioecesi reperiuntur
non tantum materialiter, sed etiam formaliter, in quo

sunt

sunt De, et ex Dioecesi ejusdem Episcopi, sub quo non
ex illius delegatione, sed jure proprio exerceant juri=
sdictionem Episcopalem, sic disponente Summo Ponti=
fice.

X. Est autem Regula ab omnibus Canonistis recepta, quod ubi Sacrum
Concilium Tridentinum loquitur de Episcopis in rebus non
pertinentibus ad Ordinem Episcopalem, sed ad potestatem
jurisdictionalem, sub nomine Episcoporum comprehen=
dat omnes illos Praelatos Episcopo inferiores, quibus
competit potestas exercendi jurisdictionem Episcopalem,
sive habeant, sive non habeant Territorium separatum;
idest sive penes ipsos jurisdictio Episcopalis sit tam
habitu, quam actu, sive sit tantum actu, idest, quo=
ad exercitium, habitualitate residente apud unicum
Ordinarium Dioecesanum, seu apud verum Episcopum,
in, de, et ex cujus Dioecesi formaliter existunt.

XI. Nequit tamen inde inferri, quod, cum casuum reservatio
sit actus dependens a jurisdictione episcopali, casus sibi
reservare possint tam Praelati eam exercentes sub Epi=
scopo, quam illi, qui ipsam exercent independenter ab
Episcopo, idest Ordinario Dioecesano;
quoniamque vero Sacrum Concilium Tridentinum, loquendo de
Episcopis, quibus reservationis jus competit, intellexit
de illis, qui habent Dioecesim, ut constat ex relatis illius
verbis = in sua cujusque Dioecesi =: Sicut igitur soli Prae=
lati, qui sunt Nullius Dioecesis [struck], habentque
Territorium separatum, quod aequiparatur verae Dioecesi,
veniunt sub nomine Episcoporum, ad quos pertinet
jus reservandi casus; necessario debet inferri, quod
tale jus non habeant illi Praelati, qui exercent quidem
jurisdictionem Episcopalem, sed sub proprio eorum Episcopo
in cujus Dioecesi tam materialiter, quam formaliter
reperiuntur.

XII. Hac super re plures emanarunt decisivae Declarationes a
Sacra Congregatione Cardinalium Concilii Trid. Interpretum, ut
testatur celebris Canonista Fagnanus in Cap. cum olim [illegible]

De præscriptionibus, num. 22. et seqq.; inter quas fuit illa
diei 5. julij 1582; cum enim fuisset propositum hoc
quæsitum = An Inferior aliquis ab Ordinario in ea parte
Diœcesis, quæ suæ jurisdictioni subjecta est, possit sibi
reservare aliquos casus, quemadmodum Ordinarijs licet
in suis Diœcesibus? Sacra Congregatio respondit, posse;
NB. si tamen habeat jurisdictionem quasi Episcopalem in
eo loco, et nulli Diœcesano subsit nec ipse, nec ejus
subditi =

XIII. Talis autem Prælatus, qui nulli subsit Diœcesano, nec subsint
ejus subditi, est solus Prælatus, qui Nullius est Diœcesis,
habetque Territorium separatum à Diœcesi cujuscunque
Episcopi, et ipsemet est semiepiscopus; quia tametsi careat
potestate Ordinis Episcopalis, quoad jurisdictionem tamen
Episcopalem ea omnia potest facere in suo Territorio, quæ
facere potest quivis Episcopus in sua Diœcesi; et ideo est
verus Diœcesanus, velut gaudens tota jurisdictione Episco-
pali in Clerum, et Populum sui Territorij separati, non
solum quoad actum, sed etiam quoad habitum; non ob-
stante, quod satis ampla jurisdictio Episcopalis sit in ali-
quibus paucis casibus restricta à Sacro Concilio Tridentino
favore Episcopi viciniores, ut est dare Litteras dimisso-
riales subditis sæcularibus ad suscipiendos ordines, exami-
nare synodaliter et concedere institutionem auctorizabilem
ad exercendam Curam parochialem; nisi Prælatus Nullius
Diœcesis ex Indulto Apostolico, et subsequuta consuetudine,
habeat jus convocandi, et convocaverit synodum, ut demon-
strat Cardinalis de Luca Discursu 30. ad Concilium Trid.m
num. 12. Nec etiam potest Prælatus Nullius Diœce-
sis concedere Indulgentias, etsi talis concessio sit actus
jurisdictionalis; id enim cuicunque tali Prælato prohibitum
fuit Decreto Generali Sacræ Congreg. Rituum, quod
emanavit die 27. 7.bris anno 1659.

XIV. Ex præmissis igitur infertur, potestatem reservandi casus
nullatenus pertinere ad illos Prælatos, qui jurisdictionem
Episcopalem, vel quasi, exercent sub Episcopo, suntque ipsimet
eidem Episcopo subjecti; ~~[illegible]~~ quia eorum districtus, in
quibus talem exercent jurisdictionem super Clerum, ac sæcu-
larem

cam, reperiuntur tam materialiter, quam formaliter in Diae-
cesi ipsius Episcopi; multo minus ergo potestas reservandi
casus potest competere ulli Parocho qua Parocho, unde
prono alveo fluit, veram esse nostram decisionem, videlicet
cooperatorem Eusebij Parochi licite, ac valide absol-
visse panitentem ab illo gravi peccato, cujus absolu-
tionem ei dictus Parochus prohibuit; siquidem talis
prohibitio fuit omnino incompetens, et injusta, velut
directa ad reservandum casum, quod ipse Parochus
nullatenus poterat sibi reservare.

XV. Si enim nullus Prelatus Episcopo inferior, qui est in, et
et ex Diaecesi potestatem habet sibi reservandi
casus, quamvis jure proprio exerceat jurisdictionem ep-
iscopalem, vel quasi; profecto Parochus, de quo loquitur
noster casus, illegitime prorsus, ac illicite prohibuit suo
cooperatori, ne absolveret a peccato illo, quod ei nominavit,
et per consequens ipse cooperator nullam habuit obligationem
abstinendi a tali absolutione, atque valide, ac licite eam
fuit impertitus.

XVI. Constat proinde, non modo improbabilem, sed omni-
no erroneam esse doctrinam Theologorum, et Canonistarum, qui contrarium
senserunt. Id autem accidit, quia materiam de potestate
reservandi casus ex professo non tractarunt, sed obiter,
ac pertransennam tetigerunt, innixi falsa illa ratione,
quod Parochi ordinariam habeant jurisdictionem in
propria parochia, sicut habet Episcopus in tota sua
Diaecesi; id tamen verum non est, quia Episcopus
pro tota sua Diaecesi habet amplam jurisdictionem tam
pro foro interno, quam pro foro externo, Parochus
vero etsi habeat ordinariam jurisdictionem in sua
parochia pro foro interno, idest in foro sacramenti pa-
nitentiae, nullam tamen habet jurisdictionem pro
foro externo, quae proprie loquendo est vera
jurisdictio, a qua dependet potestas reservandi casus,
concurrentibus necessarijs requisitis, de quibus jam loquuti
fuimus.

XVII. Igitur a quibusdam Doctoribus Parochi per hyperbolem
vocantur

vocantur Praelati, ad demonstrandum nempe quod sicut Episcopo in sua Dioecesi competit praeeminentia super omnes Sacerdotes cujuscunque sint gradus, et dignitatis, ita Parocho in sua Ecclesia, et in functionibus parochialibus debita sit praecedentia super omnibus sacerdotibus suae parochiae.

m
ii
kre
n
ki
tur
li
im
ias
o

Tom. I
2 3

I

II

III

Pro Congregatione Die 19. Mensis Maij 1758

Casus I

Justinus, lapsus in peccatum mortale, mox elicuit actum contritionis perfectae, sine tamen ulla expressa intentione quamprimum confitendi; sed triduo post, nacta repentina occasione, confessus est, nullo alio elicito dolore, ac etiam sine reflexione ad dictum suum actum contritionis, obtinuitque absolutionem. Unde oritur

Tom. i. fol. 230

Dubium: an ipsa absolutio fuerit valida?

Casus II.

Anselmus Confessarius, audita confessione cujusdam in festo magni concursus poenitentium, eique imposita poenitentia, protulit super ipsum verba = ego te absolvo =, quin adhuc, ob involuntariam distractionem, habuerit intentionem determinatam absolvendi prius a censuris et dein a peccatis; mox vero, formata intentione absolvendi a peccatis, tamen protulit hae alia verba = a peccatis tuis =.

Dict. fol. 226.

Unde oritur

Dubium: an valide absolverit a peccatis?

I Utrumque dubium, in praesenti Congregatione decidendum, versatur circa absolutionem Sacramentalem; sub diverso tamen respectu. alterum enim versatur circa validitatem absolutionis comparatae ad dolorem poenitentis: alterum comparatae ad verba, et intentionem absolventis.

II Priusquam deveniamus ad decisionem prioris dubij advertimus, quodlibet compositum tam physicum, quam morale pro ejus substistentia necessario requirere, respectivam unionem, seu coexistentiam earum partium, quae essentialiter sunt constitutiva ejusdem compositi.

III Cum itaque Sacramentum Poenitentiae, quod a Christo Domino

Domino institutum fuit per modum judicii, sit quidem compositum morale cujus partes essentiales sunt ~~contritio~~ dolor, confessio, et absolutio, hae ipsae partes debent invicem moraliter coalescere, ut ejusdem Sacramenti subsistentia, et validitas verificetur.

IV Non solum autem sufficit, si dolor, et confessio moraliter duntaxat uniantur cum absolutione; immo id necessarium est, quia dolorosa peccatorum confessionem absolutio debet subsequi; sed etiam sufficit, si dolor ipse tantummodo moraliter conjungatur cum confessione peccatorum: non enim necessario requiritur, ut haec duo physice coexistant optima quidem foret talis conjunctio doloris cum confessione; haec tamen potest esse sufficienter dolorosa in ordine ad consequendam absolutionem Sacramentalem, quamvis dolor peccatorum confessionem physice non concomitetur, sed vel praecedat, vel subsequatur eo modo, quo ... dicemus.

V. Siquidem est communis, ac certa Theologorum sententia, nullam esse legem, ~~...~~ qua praecipiatur, dolorem physice debere conjungi cum peccatorum confessione id enim esset onus moraliter impossibile, respectu illorum paenitentium, qui raro confitentur, habentque plura peccata mortalia exponenda cum variis circumstantiis speciem mutantibus, vel notabiliter aggravantibus; praesertim autem si tales paenitentes cerebri debilitate laborent, vel sunt meticulosi aut distractionibus obnoxii; ejusmodi enim homines facile omitterent confiteri ~~...~~ quartam, vel tertiam aut etiam majorem partem suorum peccatorum si, cum singula exponerent, de singulis deberent actualiter dolere.

VI. ~~Si~~ autem pro validitate absolutionis Sacramentalis neutra

necessarium non est, quod dolor physice concomitetur confessionem peccatorum, disquirendum, quomodo dolor, tam physice praecedens, quam physice subsequens confessionem peccatorum, satis cum ea moraliter conjungatur ad effectum, ut revera sit dolorosa sitque per consequens materia proxima absolutionis sacramentalis.

VII Complures magnae authoritatis Theologi judicant peccatorum confessionem satis esse dolorosam in ordine ad consequendam absolutionem sacramentalem, si dolor ~~[illegible]~~ eliciatur quidem post completam peccatorum confessionem, signo tamen aliquo exteriori reddatur sensibilis, et ad eandem confessionem referatur.

VIII Sed circa qualitatem talis signi exterioris ipsimet Theologi non conveniunt: nam aliqui putant, hujusmodi signum esse ipsam praecedentem confessionem ex voluntate suscipiendi sacramentum poenitentiae imperatam, ad quod essentialiter requiritur etiam dolor. Aliqui vero credunt, dolorem post completam confessionem peccatorum elicitum, fieri sufficienter sensibilem, et cum eadem confessione moraliter conjungi per expectantiam absolutionis, et perseverantiam genuflexionis, quae videtur esse quaedam continuata peccatorum confessio.

IX. Nonnulli opinantur, dolorem moraliter conjungi cum peccatorum confessione praecedenter facta, eamque sensibiliter reddere dolorosam per Confiteor, quod praemitti solet, et videtur significare dolorem, tam praesentem, si quis est elicitus, quam etiam futurum, seu eliciendum post peccatorum confessionem, sed ante absolutionem. Alii demum existimant dolorem elicitum durante? post confessionem peccatorum, satis fieri sensibilem, satisque moraliter conjungi

conjungi cum jam facta confessione, si pœnitens post elicitum dolorem vel ex se, vel interrogatus à confessario, dicat se dolere, aut etiam, si, nihil dicens, sibi tundat pectus.

X. Verum etsi probabiliter sic opinentur quamplures Theologi, sunt tamen alij pariter magnæ authoritatis, qui judicant ad Sacramentum pœnitentiæ non sufficere dolorem elicitum duntaxat post peractam peccatorum confessionem, immo requiri dolorem qui sit elicitus cum intentione confitendi peccata in ordine ad obtinendam absolutionem Sacramentalem.

XI Hæc sententia fundatur in hac valde gravi ratione: dolor necessariò requisitus ad valorem Sacramenti pœnitentiæ debet esse actio Sacramentalis, utpote quæ cum confessione constituit materiam proximam absolutionis Sacramentalis. Igitur dolor essentialiter debet efficere dolorosam peccatorum confessionem; id autem præstare nequit, nisi eliciatur ex intentione confessionis, quæ, vel actualiter fiat, vel mox sit facienda. Sed quomodo dolor potest elici cum intentione confitendi peccata quando confessio tempore præcedit dolorem, et hic eam subsequitur?

XII Patroni sententiæ, quod ad validitatem absolutionis Sacramentalis non sufficiat dolor elicitus duntaxat post peractam peccatorum confessionem, adducunt pro confirmatione paritatem de Baptismo: quemadmodum enim ablutio, quæ fieret sine intentione baptizandi, non esset actio Sacramentalis, nec posset referri ad Baptismum, ac etiam adderetur forma Baptismi, etsi ablutio ipsa immediate post referretur Sacramenti Baptismi. Sic nec dolor elicitus post jam peractam confessionem, ideoque elicitus sine intentio

videtur esse posse actio sacramentalis;
intentione conficiendi, quamvis immediate post referre=
retur ad eandem jam peractam confessionem, et etiam
sequeretur forma absolutionis.

XIII Nec videtur obstare, quod ablutio sit actio ministri, qui
nomine Christi agit, et ideo specialiter debeat eam
exercere cum intentione conficiendi sacramentum
baptismi. Nam, loquendo de adulto baptizando, valide
non baptizatur, si non habet intentionem suscipiendi
baptismum; sicut nec ordinaretur valide, qui pone=
ret contactum materiarum sine intentione susci=
piendi sacramentum ordinis; et quemadmodum
nec ille susciperet sacramentum poenitentiae,
qui peregisset quidem dolorosam confessionem sed
sine intentione obtinendi absolutionem sacramen=
talem.

XIV. Prima ex praefatis sententiis, speculative loquendo, est qui=
dem probabilis; sed ad praxim nequit reduci, quia
agitur de valore sacramenti; non enim in sacramen=
tis conferendis vel recipiendis licet sequi opinio=
nem probabilem de valore sacramenti, relicta tutio=
re, ut constat ex propositione damnata ab Innocen=
tio XI.; cum igitur posterior sententia, quae requi=
rit, ut dolor sit elicitus ex intentione conficiendi,
seu comitetur, seu praecedat ipsam confessionem, eamque
reddat dolorosam, non solum sit probabilis, sed etiam
tutior, profecto id observandum est in praxi; igitur
non est expectandum, ut dolor primo post completam
peccatorum confessionem eliciatur, ne sacramenti valor
periculo nullitatis exponatur; immo nullitas ipsa
esset certa in casu, quo poenitens modico illo tempo=
re, quod solet intercedere, à confessione ad absolu=
tionem, aut penitus obliviscitur doloris, aut seri=
um, sufficientemque dolorem non eliciat.

XV Sed amplectendo ~~ad~~ hanc posteriorem probabilem,
tutioremque sententiam videtur à nobis non
approbari, quod cuilibet Confessario [illegible] Roma=
num

num ~~…~~ proponit observandum, dum ~~in~~ §. 12. de ordine ministrandi Sacramentum Pœnitentiæ, ~~…~~ expresse inculcat, quod, audita confessione, conatur efficacibus verbis inducere pœnitentem ad dolorem, et contritionem: et pariter videtur a nobis non approbari communis usus fidelium, qui, si forte peccata sine dolore sunt confessi, illum tamen eliciant statim post peractam confessionem, et ante absolutionem, nullo angantur dubio circa valorem Sacramenti.

XVI. Pro resolutione præmissæ Dicipitis difficultatis respondemus monitum, quod in Rituali Romano cuilibet Confessario datur, esse saluberrimum, et velut tale observandum, præsertim in casibus, in quibus Confessarius timeret, aut dubitaret, peccatorum confessionem non fuisse animatam serio, et sufficienti dolore; dum tamen post completam confessionem, conatus et efficacibus verbis inducere pœnitentem ad dolorem, et contritionem debet illum interrogare, an revera doleat de peccatis suis, seque de illis iterum accuset? Si pœnitens respondeat affirmative, Confessarius debet procerto judicare, confessionem peccatorum sibi factam esse sufficienter repetitam, et vere esse dolorosam, ac Sacramentalem, in ordine ad impertiendam validam absolutionem.

XVII. Pariformiter judicandum est de illis pœnitentibus, qui Sacerdotibus Confessarius negligit observare præfatum salutare monitum; si enim confessionem peregerunt, nullo concomitante sufficienti dolore, nec tali præcedenti dolore, qui confessionem imperavit, dum post eam peractam eliciant dolorem, ut hic confessionem ipsam reddat dolorosam; si sequi volunt, ut tenentur, præfatam sententiam valde probabilem, et tutiorem, debent se iterato accusare in genere de peccatis jam confessis.

XVIII. Ut tandem propositum dubium super primo casu decidamus, Censemus, invalidam omnino fuisse absolutionem, quam ~~…~~ noster justinus obtinuit in circumstantiis, de quibus in casu loquitur

loquitur. Quamvis enim ipse justinus, mox post suum lapsum in peccatum mortale, eliciverit actum perfectae contritionis, tunc tamen expresse non proposuit velle quamprimum confiteri; dum autem triduo post, nacta repentina occasione, confessus fuit, non elicuit novum dolorem, immo nequidem se retulit ad praecedenter elicitum actum perfectae contritionis: igitur nullus adfuit dolor, nec praecedens, nec concomitans, nec subsequens confessionem, qui eam redderet dolorosam: igitur pro certo judicandum est, invalidam ac nullam fuisse absolutionem, quam in hujusmodi circumstantiis obtinuit.

XIX Scimus quidem, Theologos non paucos diversimode sentire circa tempus, quo dolor, praecedens confessionem, possit eam reddere dolorosam, aptamque materiam pro absolutione Sacramentali. Aliqui apud Dianam part. 3. tract. 4. putant sufficere si dolor etiam ante nonnullos annos fuerit elicitus et nunquam retractatus. Escobar lib. 14. problemate 24. et Arriaga disp. 37. num. 15. autumant in genere, posse sufficere dolorem etiam longo tempore antecedentem peccatorum confessionem. ~~[illegible]~~ apud Granado apud Aversam quaest. 11. sect. 1. opinatur, absolute sufficere aliquam temporis propinquitatem dolorem inter et confessionem. Verum praefatae opiniones nobis videntur [illegible] continere manifestum errorem, vel saltem inducere scandalosam conscientiae laxitatem.

XX Plures cum Hurtado existimant, dolorem posse moraliter conjungi cum actuali peccatorum confessione quamvis eam quatuor, quinque, aut etiam pluribus diebus praecesserit. Navarrus autem, Sotus, Ledesma et alii docent sufficere, si dolor uno alterove die praecesserit confessionem. Tamburinus cum Diastillo dicit, satis esse, si dolor uno die antecesserit confessionem. Sporer demum et alii pro certo affirmant, eum dolorem esse sufficientem, qui tribus, aut etiam quatuor horis confessionem praecesserit. Posteriores istas opiniones non audemus

considerare

considerare tanquam inducentes scandalosam conscien:
tiae laxitatem, minusque velut erroneas; immo illas
judicamus esse valde probabiles; quia in uniuscu:
relative jusque hypothesi, dolor elicitus praecedenter ad con:
tamen ad ipsam fessionem # moraliter conjungitur cum ~~ista~~ tali confessio:
ne, eandemque reddit sacramentaliter dolorosam,
Authoritas velut, imperante dolore praecedenti, positam ex inten:
tione obtinendae absolutionis, ut supponitur a citatis #

XXI Quamvis vero suae fulciatur probabilitate quaevis ex
dictis posterioribus opinionibus; et quamvis sententia
Sporer judicanda etiam sit tanquam certa, ut
ipsemet dicit esse talem; illarum tamen nulla
est applicabilis nostro casui. quia noster Justinus,
dum elicuit contritionem perfectam post suum lapsum
in peccatum mortale, nullam habuit expressam
intentionem peragendi illam ~~tunc~~ confessionem, quam
triduo post peregit, et peregit sine alio novo do:
lore, immo nequidem cum reflexione ad dictam
suam contritionem perfectam: igitur eadem
contritio non reddidit dolorosam ipsam triduo post
peractam confessionem; et per consequens conclu:
dendum est, obtentam ab ipso absolutionem omni:
no fuisse invalidam.

XXII Certum enim est, ad essentialem conjunctionem par:
tium, quae constituunt Sacramentum poenitentiae,
necessario requiri, quod dolor, elicitus ante
peccatorum confessionem, sic ad eam referatur,
ut efficiatur dolorosa, et quidem in ordine ad
mox consequendam absolutionem sacramentalem:
igitur peccatorum confessio, ad absolutionem ordinata,
fieri debet virtute doloris, vel concomitantis, vel
paulo ante praecedentis, et quoad hunc

XXIII Suarez Tom: 4. in 3. partem Disp: 20. sect. 4. num.
29. ~~doctrinam hanc~~ optime explicat, inquiens =
„ Est certum ~~quidem~~ posse quidem dolorem hunc
„ tempore antecedere ipsam confessionem = et paulo
post prosequitur sic — Verum oportet advertere,
„ semper

" semper esse necessarium, ut talis dolor internus ex
" intentione pœnitentis formali, vel virtuali, ad confessio=
" nem referatur: quod fit, quoties quis peccata recogitat
" ex Deo eis dolet, ut ea confiteatur; vel prober signum
" sui doloris in ordine ad confessionem faciendam, seu
" absolutionem obtinendam: ac denique quoties quis
" dolet de peccatis cum expresso proposito illa confitendi
" et cujus virtute postea confessionem facit; nam
" quilibet ex his modis sufficit ad veram accusationem
" aliqua verò hujusmodi relatio necessaria est; quia
" intentio sacramenti, et partium ejus in ordine ad
" constitutionem illius, necessaria est ad sacramentum
" conficiendum =

XXIV Nec obstat dicere in contritione illa perfecta quam noster justinus elicuit triduo ante confessionem fuisse inclusum votum implendi omne præceptum, igitur etiam præceptum peragendi confessionem omnium peccatorum mortalium; et per consequens videtur quod ipsa contritio se satis retulerit ad confessionem triduo post peractam, eandemque reddiderit dolorosam in ordine ad obtinendam validam absolutionem sacramentalem.

XXV Non inquam obstat id dicere; quia talis argumentatio valde multum probaret; nam probaret etiam quod contritio elicita ante unum, aut plures menses, vel ante unum, aut plures annos, quæ nunquam fuisset retractata, sed nec etiam renovata in tempore apto, quo conjungeretur moraliter cum actuali confessione, hanc redderet dolorosam mate= riamque proximam absolutionis sacramentalis; igitur argumentatio ipsa nihil probat, velut deducta ex aliqua illarum opinionum quas reputavimus esse, aut erroneas, aut inducentes scandalosam conscientiæ laxitatem.

XXVI Profecto est omnino imperceptibile, quomodo confessio a nostro justino peracta, potuerit in ordine ad absolutionem esse dolorosa virtute contritionis triduo ante ab ipso elicitæ sine ulla expressa voluntate confitendi,

si nequidem habuit ullam reflexionem ad eandem contritionem, dum confessionem suam peregit; igitur hac fuit nuda expositio, et historica narratio peccatorum; ideoque non potuit esse pars substantialis Sacramenti pœnitentiæ. igitur absolutio, quam recepit, fuit omnino invalida.

XXVII. Sed quamvis etiam supponeretur, quod prælata argumentatio aliquam contineret probabilitatem; longe probabilius tamen est oppositum, simulque tutius; in conferendis autem, et in suscipiendis Sacramentis semper debemus sequi sententiam tutiorem, ne Sacramenta ipsa exponantur periculo nullitatis; saus enim tam conferens, quam suscipiens, sequendo sententiam etiam speculative probabiliorem, relicta probabili, et tutiore, peccaret mortaliter.

XXVIII Cum igitur in nostro casu, et probabilius, et tutius sit procedere juxta sensum nostræ decisionis; nostar Justinus graviter peccavit, et per contrapositionem invalidam absolutionem obtinuisse, non eliciendo dolorem, qui fuisset necessarius ad reddendam dolorosam confessionem quam peregit.

I Sic decisio dubio respiciente invaliditatem absolutionis comparatæ ad dolorem confitentis, nunc transeamus ad discussionem alterius dubii respicientis pariter absolutionem sed relate ad verba, et intentionem confessarii absolventis; priusquam tamen idcirco proferamus nostram decisionem, nobis occurrit advertendum, Theologos diversimode fuisse opinatos respectu verborum, quæ sunt de essentia absolutionis sacramentalis.

II Divus Thomas quæst. 8 8. art.3 aliique gravissimi Theologi docuerant, hæc sola verba = absolvo te = aut his perfecte æquivalentia esse de essentia formæ absolutionis sacramentalis; quia ea sola sufficienter significant, quod Christus voluit [illegible] ficere [illegible] formam [illegible] Sacramentum [illegible]

III

IV.

V

instituit ad instar judicij; scilicet personam absolventis cum legitima potestate; personam rei, qui absolvitur; genus vinculi a quo absolvitur, et demum exercite ipsum actum absolutionis.

III. Cumprimis enim per verbum - absolvo significatur saltem implicite persona Sacerdotis absolventis; per pronomen autem = te = significatur persona rei, qui absolvitur: Deinde per ipsamet verba = absolvo te - simul sumpta prolata ex intentione Sacerdotis in his determinatis circumstantijs judicij Sacramentalis, idest post auditam dolorosam peccatorum confessionem, significatur etiam genus vinculi, a quo reus absolvitur: ac demum per eademmet verba exercite significatur ipse actus absolutionis, quo ~~quo~~ reus a peccatorum vinculo absolvitur.

IV. Siquidem etsi verbum - absolvo - prolatum extra præmissas determinatas circumstantias sit de se indifferens ad significandam solutionem ab hoc, vel illo vinculo; tamen ex substrata materia dolorosæ confessionis peccatorum, et ex intentione Sacerdotis idem verbum proferentis, sufficienter determinatur ad significandam potius solutionem a vinculo peccatorum quam a quocunque alio vinculo; pari nempe modo, si quo verbum - baptizo quod significat abluo, si est prolatum extra circumstantias non determinatas pro Sacramento baptismi, potest significare mundationem ab his, vel illis sordibus naturalibus; si tamen est prolatum in circumstantijs determinatis pro ~~bapt~~ Sacramento baptismi, significat internam mundationem animæ a sordibus peccati originalis in infante, et etiam peccatorum personalium in adulto.

V. Quis audebit negare, quod præfata opinio tam ab intrinseco, quam ab extrinseco valde magnam habeat probabilitatem; hæc tamen non obstante, a quamplurimis

quamplures alii gravissimi Theologi, quos inter sunt Petrus Sotus, Paludanus Major, Gabriel, Durandus docent illa sola verba = absolvo te = non esse sufficientia ad essentiam formæ absolutionis sacramentalis à peccatis; sed necessario requiri etiam hoc = à peccatis tuis = aut alia eis æquivalentia.

VI Nam illa duo verba = absolvo te =, etiam dum à Sacerdote pronunciantur in confessionali super poenitentem pœnitentem, qui dolorosam suorum peccatorum confessionem peregit, adhuc sunt indifferentia ad significandam absolutionem, vel à pœnitentiis, vel à censuris, prout vel ex ipsa nostri casus specie resultat: forma verò absolutionis sacramentalis debet determinatè significare absolutionem à peccatis; quia non plus efficit, quam quod determinatè significat.

VII. Quidquid tamen sit de probabilitate utriusque præfatæ sententiæ, decidendo propositum dubium, Censemus Nos, Anselmum Confessarium suo pœnitenti Titio validam absolutionem sacramentalem à peccatis allegatis fuisse impertitum: siquidem nihil est, quod validitati ejusdem absolutionis officiat, sive amplectamur unam sive alteram ex præfatis duabus sententiis.

VIII. Nam si juxta priorem sententiam judicemus, totam essentiam absolutionis sacramentalis consistere in illis verbis = absolvo te = debet necessario inferri, quod in casu nostro illico post prolationem eorundem verborum, verificata fuerit integra absolutio sacramentalis; etsi Anselmus Confessarius ob animi distractionem non habuerit actualem determinatam intentionem absolvendi à peccatis; quia sufficit ... [illegible] ... actu ... [illegible] ...

alem intentionem faciendi, quod Christus voluit
fieri in institutione Sacramenti pœnitentiæ
prout quivis probus confessarius idipsum intendere
debet; sic enim Anselmus Confessarius, non obstante
sua involuntaria distractione, ob quam post ea
verba = absolvo te = non protulisset hæc alia =
à peccatis tuis =, adhuc revera absolvisset à
peccatis, vigore intentionis virtualis, quæ juxta
omnium Theologorum sententiam certo sufficit
ad validè administranda quæcunque Sacramenta.

IX. Nihilominus tamen si noster Confessarius, post prolata
illa verba = absolvo te =, seu cum intentione vir-
tuali, seu etiam cum intentione actuali absolven-
di à peccatis, advertenter omisisset adjungere
hæc alia verba = à peccatis tuis = profectò pec-
casset mortaliter; quia sententia etiam hæc
verba requirens ad essentiam absolutionis a
peccatis, est valde probabilis, simulque tutior,
igitur eam sub peccato mortali quivis confessa-
rius sequi debet, ut infertur ex allegata propo-
sitione damnata per Innocentium XI.; ac
etiam quia graviter transgrederetur præceptum
Ecclesiæ præscribentis pro absolutione omnia
hæc verba = Ego te absolvo à peccatis tuis =;
sicut mortaliter peccaret sacerdos, si vel unum
jota omitteret de forma consecrationis calicis,
quamvis certum sit non omnia verba, quæ
sunt in Missali, pertinere ad essentiam ejusdem
consecrationis.

X. Si verò amplectimur sententiam, requirentem ad
essentiam absolutionis sacramentalis omnia dicta
verba = absolvo te à peccatis tuis =; multò ma-
gis judicare debemus pro validate absolutionis,
de qua loquitur noster casus: quia opus non erat,
ut Anselmus Confessarius, dum protulit ea
verba = ego te absolvo =, haberet determinatam
intentionem, seu actualem, seu virtualem, absol-
vendi Lucium à peccatis.

XI. Sin-

XI Nam verba indicativi modi, quibus conficiuntur Sacramenta, tunc solummodo debent habere determinatam suam sacramentalem significationem, quando profertur ultimum verbum necessario requisitum ad essentiam formae sacramentalis: siquidem negari non potest, cur ultimum illud verbum, sicut efficit sacramentum, non etiam sufficienter determinet praecedentium verborum indeterminatam significationem.

XII. Igitur, quamvis Anselmus Confessarius non habuerit determinatam intentionem absolvendi Lucium à peccatis, dum protulit ea sola verba = ego te absolvo =; quando tamen illico post formavit intentionem absolvendi à peccatis, et adjunxit haec alia verba = à peccatis tuis =, satis per ea determinavit praecedentem indeterminatam significationem illorum verborum = ego te absolvo =, trahendo illa ad significandam absolutionem à peccatis.

XIII Veritas ista confirmatur paritate verborum consecrationis eucharisticae: nam pronomen hoc = in recto significat aliquam substantiam indeterminatam, et indifferentem, dum ipsum solum pronomen pronunciat sacerdos; et tunc pronomen est determinatum ad significandum duntaxat corpus Christi, quando sacerdos adjungit verba - est corpus meum -. Igitur etiam illa verba = ego te absolvo =, quae in se sunt indifferentia ad significandam absolutionem, seu à censuris, seu à peccatis, per subjuncta illa verba = à peccatis tuis = verè determinantur ad significandam absolutionem à peccatis.
Igitur vera est nostra decisio etiam in hypotesi, quod sequta posteriorem sententiam, ad e[...]

tiam formam absolutionis sacramentalis pertineant hæc omnia verba: absolvo te a peccatis tuis=

Tom. 1. fol

Tomo 1. fol

Pro Congregatione diei 19. Novembris 1718

Casus I.

Tom. 1. fol. 181. Prudentius, audita confessione Petri, se simpliciter accusanti de semel commissa ebrietate, deprehendit post opportunas interrogationes, eum in solemnitate Dni Natalis sumpta paullo ante Eucharistia, temere comedisse, et bibisse in taberna, donec, expensa tota modica pecunia, tinquam ebrius fuerit palam deductus ad proprium domum, ubi uxor, et proles famelica illum expectabant, ut aliquid pro prandio afferret. Unde oritur

Dubium; quales considerationes debeat Confessarius facere Petro ut cognoscat, quomodo debuisset se accusare, teneaturque dolere de dicta sua ebrietate?

Casus II.

Tomo 1. fol. 243. Albinus, cum accessisset ad suscipiendum sacramentum poenitentiae, se accusavit contraxisse consuetudinem falso jurandi, et blasphemandi; ideoque post peractam ab hinc sex mensibus ultimam confessionem, saepe falso jurasse, ac blasphemasse, plerumque tamen sine advertentia ad malitiam perjurii, et blasphemiae, aliquoties autem ex subito irae motu. Unde oritur

Dubium: quomodo Confessarius se gerere debeat cum dicto poenitente?

I Praeliminariter ad decisionem propositi utriusque dubii, pro praesenti Congregatione a nobis proposititis, oportet advertere communem Ecclesiae traditionem sanctorumque Patrum universalem consensum, nec non uniformem fidelium praxim fundatam in voluntate Christi, comprobare, quod ad integritatem confessionis sacramentalis pertineat, ut exponantur a poenitente omnia, et singula peccata mortalia cum omnibus eorum circumstantiis mutanti: bus speciem culpae mortalis.

II Hanc Christi voluntatem nobis expresserunt etiam Concilia Oecumenica, et praesertim Concilium Tridentinum celebra:

tum

sub
rum, Innocentio III., Florentinum sub Eugenio IV.
ac demum Tridentinum quod sess. 14. de Poeni:
tentia, postquam declarasset, à Domino institutam
integram peccatorum confessionem fore necessariam
omnibus post baptismum lapsis, eandem necessita:
tem expressit his verbis = Ex his colligitur, opor:
" tere a poenitentibus omnia peccata mortalia quo:
" rum post diligentem sui discussionem conscientiam
" habent in confessione recensere. =; et paullo post
addidit sic = Colligitur praeterea, etiam eas circum:
" stantias in confessione explicandas esse, quae speciem
" peccati mutant, quod sine illis peccata ipsa, nec à
" poenitentibus integre exponantur, nec judicibus
" innotescant, et fieri nequeat, ut de gravitate cri:
" minum recte censere possint et poenam, quam oportet
" pro illis imponere poenitentibus =
III Ideoque in Canone 7. ejusdem Sessionis hanc tulit Sanctio
nem = Si quis dixerit, in Sacramento Poenitentiae non esse
" ad remissionem peccatorum necessarium
" jure divino confiteri omnia, et singula peccata mor
" talia, quorum memoria cum debita, et diligenti
" praemeditatione habeatur, etiam occulta, et quae
" sunt contra duo ultima Decalogi praecepta, et cir:
" cumstantias quae peccati speciem mutant = Ana
thema sit.
IV Oportet etiam memorare, peccata quoad numerum praecise distingui
ac multiplicari bifariam; scilicet, vel per interruptio
nem moralem actuum physice plurium, ut ut versanti
um circa unum idemque objectum; vel per diversi
tatem et multiplicitatem objectorum, circa quae actus
etiam physice unus versatur, nisi talia objecta se ha:
beant per modum unius, constituantque moraliter unum
objectum. Haec igitur est duplex illa radix, quae pro
ducit numericam peccatorum distinctionem, et multi:
plicitatem, quam Theologi moralistae pluribus exem:
plis

ciis demonstrant, quæ temporis brevitas non sinit referre.

V Tunc verò peccata sunt inter se specie diversa, quando eâ opponuntur virtutibus specie diversis; et ideo continent malitiam specie diversam, velut oppositam legibus formaliter diversis in lineæ morali. Sicut autem duplex est peccatorum diversitas, scilicet numerica et specifica; sic etiam duplex est peccati circumstantia, altera nempe aggravans, altera specificans.

VI Si circumstantia, quæ peccati malitiam afficit, eandem ipsam malitiam pariter auget, vel minuit, ut fiat ob majorem, vel minorem intensionem, aut valde majorem; erit duntaxat aggravans, et respectivè minuens. Si verò circumstantia est talis, quæ peccato in certa specie malitiæ constituto, novam malitiam specie diversam adjicit, erit specificans, quia peccatum ipsum transfert ad aliam malitiam specie diversam; ut constat in fornicatione adulterina, in furto sacrilego, et in aliis quamplurimis casibus.

VII Est fidei dogma, declaratum, ut jam diximus, à S. Concilio Tridentino, exponi debere circumstantias, quæ peccati speciem mutant, quia ad substantialem ejus integritatem in confessione, quia id pertinent de jure divino. Quoniam verò nec ab ipso Concilio, nec ab ullo alio præcedenti fuit unquam declaratum, etiam circumstantias aggravantes pertinere ad ipsius confessionis substantialem integritatem; ideo disputatio, quæ ante idem Concilium Tridentinum fuerat in Scholis exorta, etiamnum perseverat.

XIII Idcirco semper nos judicavimus esse saniorem tamen, et securiorem sententiam illorum Theologorum, qui affirmativam sustinent sententiam, non obstante, quod S. Thomas in 4. Sententiarum, Dist. 16. quæst. 3. art. 2. expressè docuerit sic — "Circumstantiæ aggravantes, quæ aliam speciem peccato non tribuunt, vel quæ tribuunt quidem, sed non mortalis peccati, non sunt de necessitate confessionis

" fessionis; tamen eadem confiteri, perfectionis est,
sicut de venialibus dictum est –

XIV. Nam, etsi ea de re per nullum Concilium fuerit aliquid positive definitum, certum tamen est, quod in Cathechismo Romano composito, et edito jussu Concilii Tridentini, in Parte 2. de Poenitentia §. 47. sequens doctrina continetur = Neque vero solum peccata
" gravia narrando explicare oportet, verum etiam illa
" quae unumquodque peccatum circumstant et pravi
" tatem valde augent, vel minuunt = ; his autem verbis docetur, exponendas esse in confessione singulorum peccatorum mortalium tam circumstantias mutantes speciem, quam circumstantias notabiliter aggravantes, uti constat ab exemplo furti, quod immediate subjungitur per hoc verba = Furtum etiam,
" in peccatis numerandum est; verum siquis aureum
" nummum furetur, levius omnino peccat, quam is, qui
" centum, vel ducentos, vel ingentem aliquam auri
" vim, praesertim vero, qui sacram pecuniam abstulit =
denique concluditur sic = Haec igitur, ut
" diximus, enumeranda sunt, quae vero gravitatem
" rei magnopere non augent, sine crimine omitti possunt =

XV. Hinc S. Carolus Borromaeus in Instructionibus Confessorum, approbatis in 4.ta Synodo provinciali Mediolanensi, monet sic = Confessarius apprime scire debet circumstantias
" peccati speciem mutantes aut augentes: nam
" hae duo circumstantiarum genera debent necessa
" rio explicari =. Tametsi autem S. Concilium Tridentinum expresse non diremptum sua declaratione quaestionem inter Theologos adhuc tunc pendentem; illative tamen id satis fecit.

XVI. Nam eadem ratio, ob quam Concilium declaravit, circumstantias peccati speciem mutantes esse aperiendas in confessione, militat etiam pro sententia Doctorum, qui affirmant, debere pariter aperiri, et exponi circumstantias magnopere seu notabiliter augentes

augentes malitiam peccati intra ejus speciem; siqui=
dem Concilium, loquens de necessitate exponendi cir-
cumstantias, quæ peccati speciem mutant sic = quod
„ sine illis peccata ipsa neque à Pœnitentibus integrè
„ exponantur, nec judicibus innotescant; et fieri ne
„ queat, ut de gravitate criminum rectè censere possint
„ et pœnam, quam oportet, pro illis imponere pœniten
„ tibus =.

XVII. Cum autem hæc ipsa ratio probet, à pœnitentibus debere
declarari etiam circumstantias magnopere aggra-
vantes malitiam peccati; inferrendum est, eas ipsas
circumstantias pertinere ad integritatem confessio-
nis; quamvis enim malitiam peccati non transle-
rant formaliter ad aliam malitiam specie distin-
ctam, transferunt tamen æquivalenter, ac morali-
ter, propter malitiam tantopere aggravatam,
ut in æstimatione prudentum censeri debeat quasi
aliud peccatum, si non specie, saltem numero diver-
sum, ut constat in furto centum aureorum, compara-
rato ad furtum unius aurei, in paritate aliarum
circumstantiarum.

XVIII. Nec obstat allegata S. Thomæ opinio, eam enim tenuit
dum erat junior, et priusquam suam Summam Theo-
logicam scripsisset, in qua, nisi morte fuisset præventus
priusquam egisset de Sacramento pœnitentiæ, vero-
similiter opinionem istam retractasset. Certum autem
est, selectissimos Theologos ex Dominicana, qui adla-
borarunt in componendo Catechismo jussu Concilij Tridenti-
ni edito, contrariam sustinuisse sententiam, Ecclesia
approbante; eos inter fuit Dominicus Soto, qui in
4. sentent. dist. 18. quæst. . art. 7. docuit sic
„ Circumstantia notabili modo ad judicium sapientis aggra-
„ vans peccatum, sive mutet, sive non mutet speciem
„ est necessario confitenda =. Hæc ipsa doctrina fuit
celebriorum Theologorum, præsertim illorum qui
post Concilium Tridentinum scripserunt; et ideo in
praxi omnino est observanda.

XIX. Nunc tandem devenientes ad

Censemus

Censemus, nostrum Cobium, in exposita facti specie, multipliciter peccasse, et ideo Prudentium Confessarium ei teneri facere sequentes considerationes, ut cognoscat, quomodo debuisset se accusare, et dolere de ebrietate à se commissa, et quatenus sit sufficienter dispositus ad recipiendam Sacramentalem absolutionem:

XX Imprimis igitur tenetur Confessarius Cobio demonstrare, eum commisisse peccatum mortale contra virtutem temperantiæ se inebriando; quia omnis ebrietas, quæ homo sufficienti cum advertentia, et deliberatione (: ut in casu nostro accidisse supponimus:) privat se usu rationis, est crimen lethale, dicente Apostolo 1.ª ad Cor. cap. 6. = Neque avari, neque ebriosi, neque maledici Regnum Dei possidebunt =; ideoque S. Augustinus Serm. 32. de Tempore ait = Quamvis ad hoc venires, ut tibi diceretur: aut bibe, aut morieris, melius erat, ut caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur =; et mox subjungit sic = Qui ebrietati resistit, si cum Dei adjutorio perseverare voluerit, et pro ipso ille aliquas pertulerit tribulationes, omnia ei Dominus ad martyrii gloriam reputabit =

XXI Illud unum non est, quod communis Theologorum sententia cum S. Thoma 2. 2. quæst. 150. art. 2. adstruat, quamlibet ebrietatem formalem continere malitiam peccati mortalis, eo quod ebrietas non solum privat hominem usu rationis, sed etiam eum reddit inhabilem ad observandum divina præcepta affirmativa, et exponit gravi periculo peccandi saltem materialiter contra præcepta negativa; præterea eum efficit similem, imo deteriorem bestiis; excitat ignem luxuriæ, concitat ad jurgia, et rixas, et alia que gravissima mala producit in anima; in corpore vero plures causat morbos, ut vertiginem, tremorem, febrim, apoplexiam, aliosque complures, quos

quos enumerat celebris Paulus Zachia, Quaestionum medico-Legalium lib. 2. tit. 3. quaest. 3. num. 21. et seqq.

XXII Faciet etiam noster Confessarius comprehendere Codio suo paenitenti, eum graviter peccasse contra quartum praeceptum Decalogi, vigore cujus maritus tenetur alere uxorem, et filios; profundando igitur modicam pecuniam, quam habebat, advertenter, ac deliberate se inebrians, atque ita, debitum familias alimentum defraudando, mortaliter peccavit contra praeceptum diversum ab illo temperantiae; hanc itaque circumstantiam mutantem speciem debuisset exponere in confessione; sicut etiam debuisset se accusare de peccato publici scandali a se contra charitatem causati; quia suo pessimo exemplo potuit alios movere ad se inebriandos; id autem pro certo tenendum est, si ipse Codius sit habitualiter ebriosus, et pluries acciderit, se fuisse tanquam ebrium publice deductum a Taberna ad domum.

XXIII Juxta sententiam gravissimorum Authorum, quibus nos conformamus, Codius peccavit etiam gravi peccato sacrilegii, super quo pariter versari debet consideratio Confessarii. Certum enim est cujuslibet rei sacrae violationem continere in se malitiam sacrilegii, ut docet S. Thomas 2.2. quaest. 99. art. 1.; quis autem est tam modice timoratus Dei, ut non existimet, maxima irreverentia tractari Eucharistiam, quae omnium est res sanctissima, si statim post ejus sumptionem publice committatur [illegible] peccatum ebrietatis, et committatur in Festo Sanctissimi Natalis Domini, quae circumstantia temporis, si non est mutans speciem malitiae, certe eam summopere aggravat; et ideo ipsa quoque pertinet ad integritatem confessionis.

XXIV Praefatas igitur considerationes omnes, et singulas Prudentius Confessarius tenetur facere suo paenitenti Codio, ut is cognoscat, quomodo se debuisset in confessione accusare, quod cum non fecerit, id praestet, eliciatque dolorem sufficientem pro obtinenda absolutione sacramentali.

I Priusquam decisionem nostram proferamus super altero ex propositis dubiis, potissimum reflectere debemus super duabus illis circumstantiis expressis in facti specie; alterâ, quod Albinus consuetudinem habens falsò jurandi, et blasphemandi, ~~[illegible]~~ confessionem falsò ju-ravit, et blasphemavit, plerumque tamen sine advertentia ad malitiam perjurii, et blasphe-miæ; alterâ, quod aliquoties id fecerit ex subito iræ motu.

II. Ut igitur noverimus, quomodo Confessarius se gerere debeat cum Albino pœnitente sic se accusante, velut certum debemus cum primis supponere, nullum peccatum posse committi sine prævia ali-qua advertentia ad Legem Dei, et ad malitiam objecti peccaminosi: sic enim docent omnes Theologi catholici; sicque semper docuerunt omnes SS. Patres, quos inter S. Augustinus lib. 22. contra Faustum Manichæum cap. 44. loquens de incestu commisso à Loth in ebrietate, ait = „Quatenus culpandus est quidem, non tamen „quantum ille incestus, sed quantum illa meretur „ebrietas =. S. Thomas 2. 2. quæst. 89. art. 3. docet sic = „Ille, qui ex lapsu linguæ falsum „jurat, siquidem advertat se jurare, et falsum „esse, quod jurat, non excusatur à mortali, sicut „nec à Dei contemptu: si autem hoc non advertit, „non videtur habere intentionem jurandi, et ideo à „crimine perjurii excusatur =

III Nec solum prærequiritur aliqua quæcumque advertentia ut committatur peccatum mortale; sed ea debet esse plena, et perfecta ut pariter Theologi omnes docent cum S. Thoma, qui 1. 2. quæst. 88. art. 2. in corpore ita loquitur = „Ex parte agentis contingit „quod aliquod peccatum, quod ex suo genere est morta-„le, sit veniale, propter hoc scilicet, quod actus est „imperfectus

imperfectus, idest non deliberatus ratione = . Pro deli=
beratione autem rationis S. Doctor certe intellexit
plenam, et perfectam advertentiam, ut constat
ex quaest. 13. art. 3. ad 3., ubi se explicat his verbis=
cum percipit homo totaliter; quod idem significat,
ac hominem habere plenam, et perfectam adverten=
tiam ad malitiam peccati mortalis.

IV. Ratio est manifesta, quia quemadmodum si gravitas ma=
litiae objectivae nullo modo sit cognita, etiam nullo
modo est volita; ita, si non sit plene cognita, etiam
non est plene volita; volitio enim sequitur modum
cognitionis: igitur cognitio imperfecta gravis malitiae
objectivae non potest refundere in actum gravem malitiam
formalem. Siquidem Deus ipse non potest facere, ut
notabilis defectus advertentiae non minuat notabili=
ter libertatem, et per consequens etiam malitiam
peccati gravis; ideoque pariter non potest facere, ac
velle, ut peccatum, quod, commissum cum plena
advertentia, foret mortale, non sit veniale, si
commissum est cum semiplena, et imperfecta ad=
vertentia.

V. Profecto in ipsis contractibus magni momenti, qui fiunt
inter homines, requiritur plena advertentia contrahen=
tium ad id, de quo agitur, ut censeri debeant subjacere
oneribus, et obligationibus inde consequentibus; secus
enim in ipsomet foro externo instare possunt, ut
contractus indeliberate initi, vel declarentur nulli, vel
a judice rescindantur. Igitur multo magis, ad
peccandum mortaliter, praerequiritur plena, et perfecta
advertentia; agitur enim de gravissimo negotio animae
aeternum perdendae, vel salvandae; agitur de retinenda
Dei amicitia, vel de incurrendis sempiternis gehennae
poenis. Quapropter necessarium est, ut in homine,
qui peccat mortaliter, plenus reperiatur consensus
ad peccandum, quod fieri nequit sine plena adver=
tentia, et libertate.

VI. Summo:

VI. Summopere tamen [illegible]; hic attendere
debemus, non requiri, ad peccandum mortaliter, ut
in homine sic peccante præcedat cognitio et adver=
tentia reflexa, qua nempe cognoscat, et advertat
se revera habere plenam cognitionem et adverten=
tiam ad peccatum mortale; quia, ad illud revera
committendum, sufficit cognitio, et advertentia directa
idest sufficit, quod homo cognoscat, et advertat esse
contra legem Dei graviter prohibentem, actum illum
ad quem committendum se determinat; id enim
omnino sufficit, ut peccet mortaliter.

VII. Pariter non requiritur ad peccandum mortaliter, ut
homo habeat plenam cognitionem malitiæ forma=
lis, quæ reperitur in quolibet peccato mortali; siqui=
dem malitia formalis, quam continet peccatum morta=
le, desumenda est à vilitate hominis offendentis, et à
dignitate Dei offensi. Sicut autem nullus homo potest
plenè cognoscere infinitam Dei dignitatem, ita neque
potest plenè cognoscere formalem malitiam peccati
mortalis; igitur talis cognitio est homini impossibilis; et
per consequens non debet, immo non potest, ea esse
homini necessaria ut mortaliter peccet.

VIII. Sufficit proinde, quod homo, ut peccatum mortale com=
mittat plene advertat, et cognoscat [illegible] obje=
ctivam peccati mortalis malitiam; ad habendam
autem hanc plenam advertentiam et cognitionem,
requiritur duntaxat, quod homo advertat, se commissu=
rum, vel omissurum actum à lege divina et respective
præceptum sub gravi obligatione, [illegible];
et ideo fore se amissurum gratiam Dei, seque reddi=
turum æternâ pænâ dignum; immo sufficit, quod
homo legem Dei transgrediendo, advertat se agere
cum aliquo horrore, et cum remorsu conscientiæ.

IX. Nunc transeundo ad alteram circumstantiam in nostra facti
specie expositam; idest, ad subitaneum iræ motum, in
quo noster Albinus aliquoties falso juravit et blasphe=
mavit; advertimus [illegible] Theologos [illegible],
qui animi motus ad tres classes reducant. Prima
classis

classis dicunt esse illos, quos appellant primo primos; quia nempe praeveniunt omnem advertentiam et libertatem hominis operantis, ita quidem, ut etiamsi nullum peccatum committat: motus autem hujusmodi sunt ii, qui subitanee, ac incogitanter homini contingunt; ex. gr. dum homo valde iracundus de repente obviam sibi habet infensissimum hostem; et dum accensus lascivia ex improviso incidit in foeminam sibi valde placentem.

X. Alteri classi accensent motus illos, quos vocant secundo primos; ii autem sunt, qui praeveniunt non omnem omnino, sed plenam duntaxat et perfectam deliberationem; ideoque statuunt Theologi, hujusmodi motus vacare a culpa mortali, et continere posse solum culpam venialem.

XI Ad tertiam classem reducunt motus illos, quos nominant secundo secundos, ac etiam absolute secundos, quales sunt ii, qui fiunt cum plena advertentia, et deliberatione; et circa illos pronunciant, continere peccatum mortale, vel veniale, prout sunt prava objecta, quae respiciunt. Hoc tamen pro regula, quod recte notat S. Thomas 1. 2. quaest. 74. art. 7. ad 4.; videlicet, in nobis requiri aliquod tempus ad deliberationem perfectam, quamvis postmodum in unico instanti possimus praestare consensum mortaliter peccaminosum.

XII. Praesupposita antedictorum principiorum cognitione, quam quivis Confessarius habere tenetur, deveniendo ad decisionem propositi dubii, Censemus, Confessarium sic ~~[illegible]~~ cum suo paenitente Albino debere se gerere, ut eum cumprimis interroget, ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ an falso juraverit, et blasphe=
~~XIII~~ ~~[illegible]~~ maverit in tali subito irae motu, qui omnem rationis advertentiam in ipso praevenerit nec ne? Si ex responsionibus noverit, revera fuisse irae motum praeveni=

entem

eatem omnem rationis advertentiam, et per consequens
falso jurasse, et blasphemasse in ira motu primo primo,
judicare debet Confessarius, Albinum poenitentem in se
siquidem venialiter peccasse. quomodo autem potuerit
peccare in causa, ~~[illegible]~~ paullo post dicemus.

XIII. Si vero ex responsionibus noverit Confessarius, ~~[illegible]~~ in
Albino praecessisse rationis advertentiam, illum sic
interrogare debet, ut ex responsionibus comprehendere
possit, an praecesserit in illo advertentia plena, et
sufficiens ad deliberandum, aut tantum semiplena,
et insufficiens ad perfectam deliberationem; si ex
sibi datis responsionibus colligere potuit, Albinum
in ira quidem falso jurasse, et blasphemasse, cum tamen
~~[illegible] tamen~~ advertentia, et deliberatione suffi-
cienti ad committendum peccatum mortale, illico
inquirere debet in qualitatem, et numerum ejusmodi
perjuriorum, et blasphemiarum.

XIV Sed circa blasphemias ab Albino confessas advertere debet
Confessarius an iste poenitens sit persona docta, vel rudis;
nam si fuerit rudis, oporteret eum interrogare, an
revera blasphemias protulerit, ei explicando quid sit
vera blasphemia; vel tantum effuderit maledictiones
et imprecationes, quas non raro personae rudes con-
fundunt cum blasphemiis; si autem poenitens fuerit
persona docta, eum interrogabit de qualitate blasphe-
miarum, ut possit relevare etiam circumstantias
notabiliter aggravantes. Sed tam perjuria, quam
verè blasphemiae erunt peccata mortalia, si fuerint
prolata cum praevia ~~sufficienti~~ plena advertentia,
et deliberatione.

XV. Pariter, si Albinus esset persona rudis, deberet eum Confes-
sarius interrogare, an tunc, cum juravit, juraverit
cum actuali animo, de falso. Saepe namque contingit,
quod homines rudes credant se pejerasse; quia expost
deprehendunt falsum esse, quod juraverant tanquam
verum: sic autem falluntur, quemadmodum etiam
falluntur, quando e contra existimant, se non jurasse
falsum ex eo, quia deinde comperiunt rem esse
veram, quam in ipso actu jurandi existimabant esse
falsam.

XVI E contra si confessarius ex poenitentis responsionibus cognoverit,
cum

cum falso jurasse, et blasphemasse cum illa previa semiplena advertentia; idest in iræ motu secundo primo, debet judicare, juramenta illa, et blasphemias non ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ continere formalem malitiam peccati mortalis, sed tantum malitiam peccati venialis. Quamvis tamen Albinus dixerit se falso jurasse, et blasphemasse cum prævia advertentia duntaxat semiplena, et imperfecta, confessarius non debet illico id credere, quin potius tenetur tales ei ulteriores interrogationes facere, ex quibus rei veritatem valeat eruere.

XVII. Quoniam autem Albinus non solum ~~[illegible]~~ confessus est, se post peractam ab hinc sex mensibus ultimam confessionem, sæpe falso jurasse, ac blasphemasse, plerumque tamen sine advertentia ad malitiam perjurii, et blasphemiæ, aliquoties verò ex subito iræ motu; sed confessus est etiam, se contraxisse consuetudinem falso jurandi, et blasphemandi; ideo Confessarius debet illum interrogare an ~~[illegible]~~ talem consuetudinem per verum dolorem et firmum propositum retractaverit, et retractet: si responderit negative, ipsum tanquam indispositum ad recipiendum sacramentum pœnitentiæ, sine absolutione debet dimittere, nisi mox ad eam recipiendam se recte disposuerit.

XVIII. Si verò responderit affirmative, Confessarius debet judicare, falsa illa juramenta, et blasphemias, vel non fuisse ~~[illegible]~~ ullo modo peccaminosas, si nempe contigerunt in motu iræ primo primo; vel fuisse venialiter tantum peccaminosas, si videlicet acciderunt in motu iræ secundo primo; quia non fuerunt voluntaria in causa, nec etiam in se, nisi cum præmissa distinctione motus primo primi, et motus secundo primi; ideoque vel nullo modo fuerunt peccaminosa, vel tantum venialiter. ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~.

XIX Quod si Albinus responderit nunc se per verum dolorem, firmumque propositum retractare dictam pravam consuetudinem, non autem eam retractaverit antequam commisit falsa illa perjuria, et blasph[illegible]

et blasphemias, de quibus in praesenti confessione se accusavit, tunc Confessarius debet judicare, tam perjuria illa, quam blasphemias fuisse actus peccaminosos, non quidem in se, bene tamen in causa, seu in prava illa voluntate non removendi consuetudinem iurandi, pejerandi, et blasphemandi, ad eum nempe modum quo ebrio imputatur homicidium in ebrietate commissum, si illud praevidet ad peccatum grave peccatum, si illud praevidet se patraturum in ebrietate, et nihilominus se inebriavit.

XX In hoc autem casu Confessarius tenetur inquirere, tam in qualitatem, quam in quantitatem jurorum juramentorum, et blasphemiarum, ut Albinus de illis omnibus verum dolorem habeat, firmoque proposito illam pravam consuetudinem retractet. Si tandem Confessarius ex Albini confessione immediata sequenti, noverit eum fuisse relapsum in similia perjuria, et blasphemias, ac etiam noverit ex praecedentibus confessionibus eum esse habitualem consuetudinarium, nihilque profecisse his remediis spiritualibus propositis ad evellendam hujusmodi inveteratam consuetudinem, potest in praesenti confessione abstinere ab absolutione, eamque ad breve tempus differre per modum magis efficacis remedii; non tamen illi Albino potest absolutionem denegare, si prudenter credere potest eum esse sufficienter dispositum.

XXI Nam poenitenti actualiter disposito absolutio non est neganda, quando peccata fuerunt commissa ex intrinseca fragilitate relabentis, seu consuetudinarii; secus autem judicandum est, quando consuetudinarius recidivus ob proximam occasionem extrinsecam peccandi, quam ipse potest, et non vult a se removere, tunc enim sic relabenti est absolute deneganda absolutio, velut indisposito ad eam recipiendam, ut contingit in casu concubinatus.

ione
, tam
j pro:
tamen
remi:
e+,
tatur
trate:
wit.
a, tam
m ju:
de
noque
tractet.
imma

in
nia
bitur:
ra:
huja
pro
tmen.
esti:
solu:
potest

elt
ex
tinery;
tuti:
tinta:
a le
solute
resi:

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Pro Congregatione diei 18. Aug. 1768.

Casus I

Albinus junxit suo vectui equum a Lucio sibi commodatum, et equum sibi a Julio locatum: uterque autem equus perijt ob ejusdem Albini culpam, sed duntaxat levissimam juridicam: nihilominus tamen et Lucius et Julius equorum solutionem ~~[illegible]~~ amicabiliter petierunt ab Albino, qui neutri eam voluit praestare: verum in judicio ab utroque sepe: ratim impetitus sententialiter condemnatus fuit ad persolvendum pretium tam unius, quam alterius ex dictis equis. Unde oritur

Dubium: an Albinus ante sententiam juste renuerit, et post sententiam teneatur in conscientia solvere pretium utriusque equi?

Casus II.

Didacus famulus interpolatis vicibus furto surripuit suo Domino tres aureos, et casu ~~invenit~~ horologium casu invenit suo Domino deperditum postquam hic per ab eodem suo Domino deperditum, postquam hic per tres menses conquestus erat, horologium ipsum deduisse sibi furto a se ablatum ab aliquo ex suis domesticis. Ut autem Didacus restitueret Domino dictos tres aureos, et vitaret suspicionem furti respectu horologij, tam hoc, quam illos pro debita restitutione consignavit suo Confessario, apud quem paulo post casu mere fortuito perierunt. Unde oritur

Dubium: an Didacus aliqua obligatione maneat adhuc obstrictus erga Dominum?

fl. 2 s. g. et fl. 51. t.

I Utrumque dubium in praesenti Congregatione decidendum, versatur circa obligationem illatum damnum reparandi. Primum autem dubium propositum est super casu, tales circumstantias ~~[illegible]~~ continente, quae nos inducunt ad praemittendam

nonnulla

nonnulla inconcussa utriusque juris principia communiter approbata, et etiam a Theologis recepta, ex quibus dependere debet nostra decisio velut a solidis verisque fundamentis.

II Imprimis autem nobis occurrit advertendum, culpam in sensu theologico idem significare, ac peccatum, sive mortale, sive veniale; igitur theologica culpa dum committitur contra justitiam, semper continet formalem injuriam vulnerantem conscientiam, et quidem graviter, si est lethaliter peccaminosa, leviter vero si venialiter est peccaminosa.

III Culpa vero accepta in sensu juridico significat talem debitae diligentiae omissionem, ex qua sequitur proximo quoddam damnum. Hinc igitur orta est illa generalis distinctio in culpam theologicam et juridicam. Jurisconsulti culpam juridicam proprie talem communiter dividunt in latam, levem et levissimam. Eorum aliqui, minus proprie loquentes, dicunt, culpam juridicam esse etiam illam, quam appellant latissimam, et latiorem; haec tamen distinctio non habet legale fundamentum; quia culpa latissima, et latior est potius dolus quam simplex culpa juridica; dolus autem continet in se culpam theologicam, quia, quicunque dolose procedit, utitur calliditate, fallacia, et machinatione ut alterum circumveniat, fallat, decipiat, et damnificet. sic enim dolum qualificat L. 1. ff. de dolo malo.

IV In nostro autem casu non dicitur, utrumque equum perijsse ob aliquam theologicam culpam Albini, seu gravem seu levem, sed perijsse ob ejusdem Albini culpam juridicam, et quidem levissimam duntaxat; ut autem recte intelligamus que, et quae

quia, et qualis sit culpa juridica levissima, ut est contradistincta a juridica ~~[illegible]~~ levi, et lata recurrendum nobis est ad jurisconsultos docentes, culpam juridicam latam esse ommissionem ejus circumspectionis, et diligentiæ, quam homines ejusdem conditionis pessime solent adhibere; infe= runt proinde, culpam latam committere illum, qui ex. cau. librum sibi commodatum relinqueret foris ante ostium, et ideo perditur.

V. Culpam levem committeret ille, qui librum sibi com= modatum relinqueret intra cubiculum, ostio fa= men aperto; sic enim ommitteret eam diligentiam quæ ab hominibus vel modium circumspectis solet adhiberi, claudendo saltem januam cubiculi. Levissi= mam demum committeret ille, qui clausit quidem januam, sed non tentavit, an ~~illa~~ ea esset bene obserata, prout solent facere homines prudentes et diligentes.

VI. Hæc est quædam exemplificatio, quæ pro norma servire potest ad contradistinguendum in respectivis circum= stantijs culpam latam a levi, et hanc a levissima. Cæterum ista contradistinctio potissimum pendere debet a bene regulato judicis arbitrio; cum sit impos sibile determinare praecisos fines pro quocunque casu particulari; innumeræ sunt enim circumstan= tiæ, quæ unum casum ab alio possunt diversi= ficare; ideoque in materia legali, et morali ~~[illegible]~~ est opus maxima prudentia, ~~[illegible]~~ ut rectum formetur judicium.

VII. Prætereaque juvat advertere, quod, etsi alia sit culpa theo= logica, et alia culpa juridica, ut jam diximus; nihilominus culpa juridica nonnunquam conjun= ctam sibi habeat culpam theologicam. Nam si ommissio diligentiæ a Legibus requisitæ accidit contra dictamen conscientiæ, non solum est

culpabilis

culpabilis juridice sed etiam theologice, quia revera est peccaminosa, vel graviter, vel leviter respective. Praesertim autem culpa juridica lata ut plurimum conjunctam sibi habet culpam theologicam in eo, qui libere, et advertenter omittit debitam cautelam, et diligentiam, unde oritur alteri injusta damnificatio. Sed cum culpa juridica levi raro conjuncta vadit culpa theologica et haec nunquam aut fere nunquam conjuncta est cum culpa juridica levissima.

VIII Quoniam autem commune Reipublicae bonum postulat, ut non solum accuatur hominum circumspectio, et diligentia in praecavenda damnificatione proximi; sed etiam ut tollantur dubia circa obligationem illata damna reparandi; complures editae fuerunt leges civiles a Sacris Canonibus saltem tacite approbatae tamquam justae, ac rationabiles, quibus imponitur obligatio reparandi damnum proximo illatum etiam per culpam mere juridicam, quae ex facti circumstantiis potest cognosci ac demonstrari, non sic autem culpa theologica, quae consistit in animo, et intentione operantis.

IX Praefatae justae leges, obligantes ad reparandum damnum proximo datum per culpam etiam mere juridicam, leguntur sub varijs Rubricis Corporis civilis, praesertim autem sub Rubrica ad legem Aquiliam, et sub Rubrica si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, sicut et sub Rubricis plurium, diversorumque contractuum, quos inter est Locatum conductum, et commodatum, de quibus expresse loquitur noster casus.

X Sed recte, quia contractus plures sunt, ac inter se diversi plures pariter sunt ac inter se diversae [illegible]

legum dispositiones loquentes de obligatione, quam
habent respectivi contrahentes, reparandi dam-
num illatum per culpam mere juridicam. Si
earundem legum dispositiones omnes vellemus re
ferre, nobis non sufficeret totum, quod hujus diei
restat, tempus. Satis igitur ~~[illegible]~~ debet esse referre
tres Regulas a Doctoribus communiter desumptas
ex praefatis pluribus, et variis legum dispositionibus
circa damnum reparandum in unoquoque contractu
ob culpam etiam mere juridicam illatum.

XI Prima Regula est haec: si est talis contractus qui redun-
det duntaxat in gratiam dantis, accipiens tenetur
tantum de culpa lata, non vero de levi, minusque
de levissima: et ideo in contractu depositi qui non
depositarij, sed deponentis gratiam recipitur, pereunte
re deposita apud depositarium sine ejus dolo, aut
culpa lata, deponenti damnificato nulla competit
actio, ut constat ex §. certo ff. de deposito. Ab hac
tamen Regula excipitur contractus Mandati, et quasi
contractus Tutelae, Negotiorumque gestorum; in his
enim militat specialis ratio compensandi damnum
illatum etiam ob culpam levem, ut habet §. con:
tractus ff. de R. J.

XII. Secunda Regula est: si contractus fit gratia solius reci-
pientis, ut regulariter fit in contractu commodati,
damnum illatum compensandum sit non solum
ob culpam latam et levem, sed etiam ob levissi:
mam, arg.o cap. unici de commodato: ab hac tamen
regula excipitur Precarium, in quo accipiens tenetur
solum ob culpam latam, quia res precario concessa
quolibet tempore revocabilis est ad libitum concedentis,
ut habet §. qualitum ff. de precario; id autem ne:
quit facere commodans, sed expectare debet lapsum
temporis, pro quo rem commodatam concessit commo-
datario.

XIII Tertia Regula est: si contractus respicit gratiam, seu
utilitatem

utilitatem utriusque contrahentis, tam dantis, nempe quam recipientis, ut ex. gr. fit in contractu locati conducti; damnum quod infertur, tam ob culpam latam, quam ob culpam levem, damnificans tenetur illud reparare, non vero, quod infertur ob solam culpam levissimam; et hoc à Legibus ipsis est clare dispositum.

XIV. Praesupposita veritate adductorum principiorum legalium, volentes decidere dubium propositum super primo casu, censemus, Albinum ante sententiam bona conscientia recusasse solvere pretium utriusque equi: post sententiam vero in conscientia teneri solvere pretium equi sibi à Lucio commodati, non sic autem teneri solvere pretium equi sibi locati à Julio.

XV. Haec nostra decisio duas continet partes; altera loquitur de statu praecedente sententiam judicii, altera de statu subsequente sententiam. Sed ipsamet pars, quae loquitur de statu praecedente sententiam, duo continet capita, quorum uno statuimus Albinum tuta conscientia renuisse solvere pretium equi à Julio sibi locati; id autem est certum, cum enim contractus locati conducti cedat in utilitatem, tam Julii locatoris, quam Albini conductoris, hic non tenebatur, nisi de culpa lata, et de culpa levi. cum igitur equus locatus conductus perierit duntaxat ob culpam levissimam juridicam ejusdem Albini, fuit ab eo bona conscientia recusatum pretium ob equum, qui Julio locatore amicabiliter petitum, sic, et non aliter periit.

XVI Altero capite ejusdem primae partis statuimus, Albinum pariter bona conscientia renuisse ante sententiam solvere pretium equi à Lucio sibi commodati,

commodati; hanc autem assertionem probamus sic:
Ex nullo jure, idest, nec ex Lege aliqua naturali, nec ex ulla positiva divina, nec etiam ex Lege aliqua humana, seu canonica, seu civili, demonstrari potest, eum esse obligatum in conscientia, ante omnem judicis sententiam, ad reparandum damnum, quod in contractu, vel extra contractum intulit alteri per solam culpam juridicam.

XVII Non ex Lege aliqua naturali; hanc enim extare nulla ratione potest ostendi; posset tamen ostendi et ostenderetur, si lumen rationis, a Sapientissimo naturae Auctore Deo hominibus inditum, hic dictaret, esse obligationem reparandi damnum sola culpa juridica illatum, idest, illatum tali culpa, quae nullam continet injuriam formalem; haec enim non committitur nisi concurrat culpa theologica.

XVIII. Quin potius ipsa naturalis ratio videtur dictare, quod valde arduum, et durum foret cuilibet homini, si damnum alteri ex mera inadvertentia, inconsiderantia seu negligentia, praesertim levissima juridice, illatum, in conscientia teneretur resarcire spontanea propriarum rerum expoliatione, ante omnem judicis sententiam. Deo igitur gravissimi Theologi negant extare hujusmodi legem naturalem. Pariterque negant extare ullam legem positivam, seu divinam, seu humanam, quae ante judicis sententiam obliget in conscientia ad resarciendum damnum culpa mera juridica illatum.

XIX Inferunt proinde Doctores, extare quidem Leges civiles, ac etiam canonicas dispositiones, obligantes ad resarciendum damnum illatum vel ob solam juridicam culpam; talem autem obligationem non adstringere in conscientia, nisi post justam judicis sententiam: sic enim satis obtinetur earundem humanarum Legum finis, qui est consulere com-

muni

muni Reipublicae bono; acuendo nempe hominum diligentiam in praecavendis damnificationibus proximi, et tollendo dubia circa obligationem reparandi damna illata ob respectivam culpam etiam mere juridicam; in hunc enim finem Leges inter damnificantis concesserunt respectivas actiones, juxta quas judex debeat ferre sententiam, cui condemnatus in conscientia tenetur parere. Constat igitur, nostrum Albinum bona conscientia renuisse ante sententiam solvere pretium equi à Lucio sibi commodati, qui perijt ob ejusdem Albini culpam, sed duntaxat levissimam juridicam.

XX Rostenor pars nostrae decisionis continet pariter duo capita, videlicet Albinum post judicis sententiam teneri in conscientia solvere pretium equi à Lucio sibi commodati; non vero teneri in conscientia solvere pretium equi a Julio sibi locati. Primam ex his duabus assertionibus probamus sic: Leges à legitima Potestate conditae, respicientes promovendum Reipublicae bonum, quales sunt Leges, quae commodanti concedunt actionem contra commodatarium damnificantem, etiam ob solam culpam juridicam levissimam, sunt rationabiles et justae, ac veluti tales sunt communiter receptae; igitur obligant in conscientia. Sic tamen non obligant ante judicis sententiam ut jam demonstravimus, obligabunt ergo post judicis sententiam.

X XI. Cum enim praefatae Leges forent inutiles, suoque fine carerent, nec satis firma foret Reipublicae potestas, sicut neque judicum authoritas, quia seclusa obligatione in conscientia, posset quis, etiam post latam sententiam conformem eisdem Legibus, vel non compensare damnum, vel compulsus illud compensare, quaerere sibi facere occultam compensationem: cum igitur naturaliter

noster Albinus fuerit per judicis sententiam condemnatus ad persolvendum Lucio pretium equi commodati, eo quod perijt ob culpam juridicam levissimam ejusdem Albini commodatarij, hic in conscientia tenebitur ipsius equi pretium persolvere.

XXII Alteram assertionem, quod nempe Albinus nequidem post sententiam teneatur solvere pretium equi a Julio sibi locati, eâ probamus ratione, ob quam talis sententia fuit omnino injusta, et nulla, velut dire[c]te contraria dispositioni legum, à quibus praescriptum est, quod conductor teneatur quidem de damno illato locatori ob culpam juridicam latam, et levem, non vero ob culpam levissimam: cum igitur ab Albino commissa fuerit ut expresse dicitur in nostro casu, duntaxat culpa juridica levi'sima, ob quam equus sibi a Julio locati perijt, Albinus ipse non tenebitur ad persolvendum pretium, tametsi ad id per sententiam condemnatus.

XXIII. Fuerit nempe sententia omnino injusta et nulla, siquidem dicta sententia fuit opposita legibus obligantibus, velut directe [illegible] legibus, quod intulit conductorem ad compensandum damnum, quod debuit Locatori, ob culpam latam et levem tantum; debuit igitur sententia ipsa fuisse innixa falsa praesumptioni; videlicet Albinum commisisse culpam juridicam saltem levem; hujusmodi autem praesumptio cedere debet veritati, quod Albinus commiserit tantum culpam juridicam levissimam, ut velut certum supponitur in nostro casu.

XXIV. Nam est axioma communiter receptum, quod nec lex, nec judicis sententia obligat in foro conscientiae si innititur falsa praesumptioni, ideoque observatur pro regula inconcussa, quod, quando alicui causa in foro externo adjudicatur ob defectum probationis, pars succumbens, si respectum habet veritatem

veritatem, non tenetur in conscientia se conformare sententiae falsae praesumptioni innixae, nisi propter scandalum vitandum.

XXV. Atque quamvis rationabiliter dubitari nequeat, nostrum Albinum, nec ante, nec post judicii sententiam condemnatoriam, in conscientia teneri ad persolvendum pretium equi a Julio sibi locati: quod tamen in conscientia teneatur non solum post, sed etiam ante judicii sententiam persolvere pretium equi a Lucio sibi commodati, videtur probari posse hoc ratiocinio.

XXVI. Contrahentes censentur se velle obligare juxta tenorem, et modum praescriptum a legibus: igitur ex conventionali quadam obligatione vim habente obstringendi conscientiam, tenentur de culpa etiam juridice levissima, si contractus ad hanc se extendit. Leges autem loquentes de contractu commodati, disponunt quod commodatarius teneatur ad compensandum damnum vel sola culpa levissima juridice illatum commodanti; igitur noster Albinus etiam ante judicii sententiam tenebatur ~~compensandum~~ in conscientia compensare damnum equi a Lucio sibi commodati.

XXVII. Verum hoc ratiocinium non officit nostrae decisioni, quia contrahentes, nisi aliter expresse deducatur in pactum, non censentur velle se obligare in conscientia ad adhibendam majorem diligentiam, quam adhibent in rebus suis custodiendis; nec leges civiles aliter directae sunt in usum, quam ad praestandam compensationem damni, quod illatum fuit cum injuria formali, continente culpam theologicam; et hoc obligatio existit etiam ante judicii sententiam; post hanc vero datur obligatio in conscientia, etsi culpa fuerit tantum juridica, justum tamen praestiterit fundamentum legale ferendi sententiam.

XXVIII. Nec urgeatur dicendo: quod unus ex contrahentibus habeat

habeat, ~~habeat~~ jus quaesitum adversus alterum,
nec diligentiam a legibus praescriptam adhibeat:
scriptam, si eam omittit, alterius jus violat, et pro-
inde damnum illatum in conscientia tenetur repa-
rare ante judicii sententiam. Nam et hoc ratio-
cinium evertitur distinctione culpae theologicae
a mera culpa juridica. Si supponeretur quod alter
ex contrahentibus commisisset talem culpam juridi-
cam, quae sibi habuisset conjunctam culpam theo-
logicam, ~~qua~~ a qua illata damnificatio efficitur
formaliter injuriosa, profecto ante omnem senten-
tiam ~~teneretur~~ in conscientia ad reparandum
illatum damnum: sed in nostro casu commissa fuit
tantum culpa juridica levissima, quae sufficit qui-
dem ad ferendam justam sententiam, non ta-
men sufficit, ut ante sententiam producat obli-
gationem in conscientia compensandi damnum sic
illatum, idest, sine ulla formaliter injuriosa damni-
ficatione.

XXIX Demum nec obstat dicere: vel debita diligentia a
legibus praescripta omittitur deliberate et cum
praevisione damni secuturi, vel indeliberate, et
sine tali praevisione. Si primum, leges ipsae obli-
gabunt damnificantem in conscientia ante sen-
tentiam, quia damnificatio secuta est cum culpa
theologica conjuncta cum juridica. Si secundum, mere
fortuito contigit damnificatio, ad quam reparandam
nequidem post sententiam erit obligatio in conscien-
tia; quia nulla lex potest obligare ad compensandum
damnum, quod contingit solo casu fortuito, utpo-
te quia nullo modo cadit sub humana providentia,
et facultate.

XXX. Verum respondetur non esse damnum mere fortuitum
quod contingit ob culpam juridicam etiam levissi-
mam; quia et haec debet consistere in aliquomodo
voluntaria omissione debitae diligentiae, qua mora-
liter praecaveri, et vitari potuit; quin necesse
sit, ut exultet plene deliberata, contineatque culpam
theologicam.

I. Priusquam deveniamus ad decisionem alterius dubii, quod bicipitem difficultatem continet, utramque tamen et facilis solutionis, advertendum nobis occurrit, Theologos communiter statuere duas generales regulas, ex quibus tanquam radicibus oritur quaevis obligatio restituendi et compensandi damnum alteri illatum.

II. Ex re accepta unam esse dicunt, aliamque ex injusta acceptione. Asserunt illam habere locum, quando res aliena pervenit ad aliquem sine ulla ejus culpa, ut fit in inventione fortuita; hanc vero locum habere in omni casu culpabilis, et injustae damnificationis.

III. In nostro casu expresse dicitur, Didacum famulum interpolatis vicibus furto surripuisse suo Domino tres aureos: igitur obligatio restituendi, quam suo furto contraxit Didacus, orta est ex injusta acceptione: et cum etiam dicatur, ipsum Didacum casu invenisse horologium, obligatio, quam exinde habuit, restituendi, orta est ex capite rei acceptae.

IV. Utraque haec assertio est adeo evidens, et certa, ut nullum in contrarium admittat dubium, nullamque difficultatem. Tota igitur, si qua foret, ratio dubitandi circa unam, aut alteram ex dictis duabus assertionibus, fundari deberet in hoc, quod in eodem nostro casu subjungitur illa verba = Ut autem Didacus restitueret
" Domino dictos tres aureos, et vitaret suspicio-
" nem furti respectu horologii, tam hoc, quam
" illos pro debita restitutione, consignavit suo
" confessario, apud quem paullo post casu mere
" fortuito perierunt =

V. His praemissis, propositum dubium: An Didacus aliqua obliga-

obligatione maneat adhuc obstrictus erga dominum?
decidendo sentemus, ipsum Didacum [illegible]
[illegible] liberum esse à quacunque obli=
gatione compensandi Domino damnum horologij;
adhuc tamen eum esse obligatum ad restituendos
tres aureos.

VI Prima pars hujus nostrae decisionis est ita certa, ut nul=
lum in contrarium admittat prudens dubium:
est enim communis Theologorum sententia,
quod, si res aliqua est in specie debita (idest, in indi=
viduo, ut loquuntur philosophi) vel quia furto in=
venta, vel bona fide possessa, nunc autem à deten=
tore scitur esse aliena, si detentor ipse non
potest eam commode per se ipsum restituere domino
eo quod ex. gr. apud eundem facile posset incidere in su=
spicionem furti, ut in nostro casu supponimus
posse contingere respectu Didaci, si per seipsum
inventum horologium restitueret Domino; obliga=
tioni restituendi fiat satis, si res ipsa ab inven=
tore tradatur Confessario, ut hic eam domino resti=
tuat; quin taliter extincta in inventore obligatio
reviviscat, in casu, quo apud Confessarium
casu fortuito periret, aut in casu, quo Confessarius
ipse rem sibi traditam culpabiliter vitiaret, aut
destrueret.

VII. Cum igitur noster Didacus casu invenerit horologium
deperditum à suo domino, et quidem invenerit
postquam ipse Dominus jam per tres menses con=
querebatur, horologium illud debuisse sibi furto
esse ablatum ab aliquo ex suis domesticis; profe=
cto non aliam [illegible] contraxit
restituendi obligationem, quam ex re accepta,
seu inventa, et tantisper detenta cum animo
faciendi restitutionem modo possibili; idest, sine
periculo incidendi apud dominum in suspicionem,
quod ei horologium furto sustulerit.

VIII Didacus proinde, immunis à quacunque culpabili damni=

damnificatione, immunis quoque evasit à quacunque
obligatione restituendi horologium, dum illud
Confessario consignavit: igitur si horologium ipsum
casu fortuito periit apud eundem Confessarium,
periit soli domino, quin ullo restitutionis, seu
compensationis onere gravatus idcirco remanserit,
aut Didacus, aut Confessarius: siquidem in hoc
nostro casu verificatur illud juris adagium: res, quae
absque ullius culpa perit, suo domino perit.

IX. Alteram nostrae decisionis partem, videlicet, Didacum
adhuc esse obligatum ad restituendum suo domino
tres aureos, quos ei furto surripuit, probatur hoc
ratiocinio communi Theologorum doctrina confir-
matum: Quicunque ad restitutionem est obliga-
tus ex injusta acceptione, videlicet, ex delicto,
eo ipso est obligatus ad compensandum quodvis
damnum, quod alteri est inde sequutum, etiam
ob casum fortuitum; ideoque si res injuste
accepta perit, non perit periculo creditoris, sed
periculo debitoris, qui culpa sua dedit occasio-
nem damni: quomodocunque igitur res furto
accepta pereat, sive ex culpa nova debitoris
ex delicto, sive ex culpa alterius, sive etiam
ex casu mere fortuito; ipse debitor ex delicto
debet resarcire totum damnum, perinde, ac si res
ab eo nunquam fuisset injuste ablata.

X. Quamvis igitur noster Didacus potius bene, quam
male fecerit, tradendo tres aureos Confessario, ut
eos Domino restitueret, ne in fama pateretur;
et quamvis ipsi tres aurei ex casu mere fortuito
perierint apud eundem Confessarium, ideoque sine
ulla nova culpa ipsius Didaci; hic tamen
tenebitur nihilominus ad restituendum domino
tres aureos furto ablatos; quia per hoc furti
delictum ad id mansit obstrictus; nisi enim tale

XI furtum commisisset, ablati tres aurei apud Do-
minum

minime remansissent, cum ergo ob furtum Didaci
non remanserint, quomodocumque perierint, Domi-
nus eorum furtum passus indemnis debet conservari
ab eodem Didaco tanquam injusto damnificatore.

XI. Dicitur quidem expresse in nostro casu, tres aureos
a Didaco consignatos Confessario periisse casu mere
fortuito; sed quamvis inde debeat inferri, Confessarium
ad nihil teneri; non id tamen inferri potest respe-
ctu Didaci; quia hic suo furto, Confessarius vero
nullo modo fuit in causa culpabili, quod sibi
consignati tres aurei perierint: igitur casus fuit
mere fortuitus respectu solius Confessarii, non
si vero respectu Didaci, utpote qui sua injusta
ablatione causam dedit tali casui fortuito; nisi
enim furto surripuisset suo Domino illos
tres aureos, isti apud eundem Dominum reman-
sissent, et nequidem casu fortuito periissent apud
Confessarium; ergo si perierunt, id accidit ob furtum
Didaci; ergo hic adhuc tenetur ad restitutionem
eorundem trium aureorum.

XII. Nec ad eum ab hac obligatione eximendum suffragatur
dicere: Didacus ex parte sua fecit quantum
debuit, et potuit; cum enim sine propria famae
prajudicio manifesto apud Dominum non potuerit
per seipsum ei restituere dictos tres aureos, nullum
alium commodiorem, et securiorem restituendi
modum potuit invenire, quam illos consignando
Confessario, ut eo mediante fieret effectiva
restitutio: igitur Didacus obligationi suae fecit
satis, dum Confessario dictos tres aureos consignavit
ut eorum restitutio fieret Domino, qui praesumendus
erat contentus esse, ut sibi per Confessarium fieret resti-
tutio.

XIII. Non, inquam, suffragatur id dicere; quia Didacus fecit
quidem quod debebat, et poterat in praefatis circum-
stantiis; non tamen cum effectu satisfecit, ad
extinguen-

extinguendum suum debitum a commisso furto proveniens: dum enim consignavit Confessario tres aureos, ut eos restitueret Domino, non absolute se liberavit ab onere restituendi, sed tantum conditionate; idest, si revera ipsi Domino fuerit facta restitutio; et per consequens adhuc mansit tacite obligatus ad efficiendum, ut, si Domino effective restitutio non fieret, eam per alium etiam praestaret.

XIV Nec etiam idcirco suffragatur nostro Didaco sequens argumentum. Si ejus Dominus, a Confessario interrogatus, expresse consensisset, ut trium aureorum restitutio sibi fieret per eundem Confessarium; Didacus per consignationem trium aureorum factam Confessario se liberasset ab onere cujuscunque ulterius restitutionis; pari nempe modo, quo debitor, tradendo pecuniam nuncio a creditore electo et misso, eo ipso se liberat ab onere cujuscunque alterius solutionis, etiamsi nuncius aufugerit cum pecunia, vel facta a latronibus fuerit spoliatus.

XV Quamvis vero in nostra facti specie non intercesserit expressus consensus Domini, ut per Confessarium sibi fiat restitutio trium aureorum, quos fortasse nec scit sibi furto ablatos; censetur idcirco intercessisse tacitus ejusdem Domini consensus; est autem juris principium, quod taciti, et expressi eadem sit vis.

XVI Neque hoc argumentum, inquam, suffragatur nostro Didaco; nam etsi Dominus censeri potuerit ac debuerit tacite consensisse, ut sibi per Confessarium fiat dicta restitutio trium aureorum; ipse tamen tacitus consensus non fuit absolutus, sed conditionatus; si, nempe restitutio recepta, et effective sibi fieret per Confessarium; tacitus igitur consensus Domini fuit cum retentione

juris

juris, ut si tres aurei furto sibi à Didaco ablati, effective ~~non~~ pervenirent, sed casu etiam merè fortuito perirent apud Confessarium, adhuc Didacus sua obligatione ex delicto proveniente obstrictus maneret, et perseveraret, donec ipse Dominus fuerit plenè satisfactus, et compensatus.

m,

k.o.

n

k'

her

li

im

ial

o.

Pro Congregatione diei 31. ianuarij 1763.

Casus I.

Fabinius mercator, cupiens ditescere, plurimos etiam incognitos emptores, in pondere, et mensura leviter fraudavit iteratis vicibus per totius anni cursum, in fine cujus cognovit, se magnum lucrum reportasse, ejusmodi multiplicatis levibus fraudibus. Unde oritur

Dubium: an mortaliter peccaverit, teneaturque sub gravi obligatione ad restituendum?

Casus II.

Sex venatores, insipientes lepores ingressi fuerant vineam Albini, et quilibet eorum leviter omni ficavit segetes; omnes tamen simul grave damnum intulerant [illegible] vineae domino, quin inv[illegible] consilio, aut aliter se induxerint ad inferendum ipsum grave damnum, singulis praecise scientibus de singulis leviter damnificantibus.

Dubium: an [illegible] singuli ex dictis venatoribus graviter peccaverint, qualemque obligationem restituendi contraxerint.

I. Quam frequenter contingant casus, in quibus per fraudes, seu furta levia, grave damnum infertur proximo, satis perspectum est Sacerdotibus in Sacro Tribunali Poenitentiae Fidelium confessiones excipientibus.

II. In altero ex casibus, in praesenti Congregatione decidendis, hypothesis est de Fabinio mercatore, sub hoc tamen nomine comprehendimus quoscunque graviter

damn.

damnificantes proximum frequentatis levibus furti et fraudibus; ideoque quod de fraudante mercatore statuendum esse censebimus, dictum oportet eam rationis judicandum erit, tam de sartoribus seu vestium sutoribus, de fabris ferrarijs, et lignarijs quam de quocunque alio artifice, qui per minutas surreptiones, retentiones, fraudesque alias proximum graviter damnificant.

III Ut dilucide, quantum nobis fas est, procedamus in hac valde practica materia furtorum minutorum, quasi e vestigio propositum dubium decidendo, censemus, Fabricium mercatorem mortaliter peccasse, et teneri sub gravi obligatione ad restituendum. Quod mortaliter peccaverit, et quidem occasione cujuslibet furti levis a se commissi, fraudando in mensura et pondere, tenendum est pro certo.

IV Quamvis enim is, qui repetitis vicibus levia furatur excusandus sit a peccato mortali, si levia illa furta ad notabilem summam perducere statim non intenderit; nullum tamen potest esse dubium, quin mortaliter peccet in quocunque furto levi, qui ab initio habet animum grave damnum inferre proximo per continuata furta levia. Talem autem animum habuit mercator Fabricius, utpote qui plurimos etiam incognitos emptores leviter per singulas vices fraudavit in pondere et mensura, toto cursu unius anni, jam ab initio animo ditescendi, ut profert noster casus; ideoque praeliminariter sibi proposuit levia furta continuare usque ad notabilem summam. Igitur in singulis suis furtis levibus peccavit mortaliter; quia levia furta fuerunt ... matoriam; sed fuerunt ... ob intentionem multum furandi levibus furtis, fraudibus.

V. Haec doctrina est S. Thomae. q. 2. 2. quaest. ...

ad 3. De surripiante levia iteratis vicibus ur—
" Si tamen habet animum furandi, et inferendi
" nocumentum proximo, etiam in talibus minimis
" potest esse peccatum mortale; sicut et in solo
" cogitatu per consensum =. Hanc S. Th. doctrinam
Sylvius inclytus ejus interpres in citatum locum
quest. 3. conclus. i. explicat inquiens = Ex his,
" quae supra diximus, facile est intelligere, eum,
" qui ab initio voluntatem habet per plura mini-
" ma furta notabilem quantitatem conferendi, aut
" res suas ita paulatim notabiliter augendi, peccare
" mortaliter in singulis illis furtis; quia singulis
" vicibus aufert rem parvam cum intentione au:
" ferendi magnam =.

VI (Infertur proinde, nostrum Sabinum ac totum illud tam:
quis, a quo incoepit, et perseveravit leviter frau:
dare in mensura, et pondere usque ad grave dam
num proximi, fuisse versatum in continuo aeterno
damnationis statu; contra illum enim, et quo:
scunque alios iterantes [illegible] furta cum
animo et intentione [illegible] etiam minimis
fraudibus extat illa prohibitio et [illegible]
quam Deus Deuteron. cap. 25 fecit his verbis =
" Non habebis in sacculo diversa pondera, majus et
" minus nec erit in domo tua modius major et
" minor: abominatur enim Dominus tuus eum
" qui facit haec et aversatur omnem injustitiam =

VII Etiam Proverb. cap. 11. legimus sic = Statera dolosa
abominatio est [illegible] cum =, et cap. 20. = Abomi:
natio est apud Dominum pondus et pondus: Sta
tera dolosa non est bona. [illegible]
Michaeam cap. 6. [illegible] Adhuc [illegible]
" impij thesauri iniquitatis, et mensura minor
" [illegible] Numquid [illegible] statera [illegible]
" et sacculi pondera dolosa"? In quibus Divinitas

eju

„ ejus repleti sunt iniquitate, et habitantes in ea loque
„ bantur mendacium, et lingua eorum fraudulenta in o
„ re eorum. Et ego ergo coepi percutere te per-
„ ditione super peccatis tuis=

VIII Et quamvis etiam extra terminos, alias a nobis propo
siti, supponeretur quod Gabinius non habuisset
voluntatem proxime grave damnum inferendi suis
levibus iterandis fraudibus; devenisset tamen paula
tim ad revera inferendum ipsum grave damnum;
nihilominus mortaliter peccasset, non singulis
quidem ~~[illegible]~~ consequentibus levibus fraudibus, sed ea demum
levi fraude, quae damnum tandem evasit grave,
quia postrema illa fraus levis moralem connexio
nem habuisset cum praecedentibus: unde factum
fuisset, quod Gabinius cum illa postrema fraude,
conjuncta cum praecedentibus, proximum damni
ficasset in quantitate sufficiente ad constituen-
dum mortale peccatum furti.

IX Talem connexionem moralem furti ex se levis cum
praecedentibus pariter ex se levibus, Doctores mul
tipliciter exemplificant. Sic, etsi ~~[illegible]~~ praeceptum
jejunii graviter non frangat ille, qui frustula prae:
dam edit interpolatis vicibus non intendens devenire
ad quantitatem notabilem; certum tamen est, quod
repetendo comestionem frustulorum usque ad quanti
tatem graviter prohibitam, peccat lethaliter contra
praeceptum jejunii.

X. Sic etiam lethaliter peccat ille contra praeceptum Ecclesiae
prohibens opus servile in die festo, qui tot inter=
polatis vicibus ipsum opus servile agere [illegible], ut in
eo faciendo tandem [illegible] notabile[illegible] ei festi tem
pus, non obstante quod ab initio non habuerit
talem intentionem. Idem dicendum est ex impe.
ratione ebrietatis; qui enim incipit potare ~~[illegible]~~ levi
cum intemperantia; si tamen tam crebro bibat, ut
ultra [illegible] se tandem inebriet, [illegible]

liter tantum peccaverit in singulis leviter intemperan
tibus potionibus, cum, ut supponitur, non habuerit
animum se inebriandi; mortaliter tamen peccabit
in ultima levi potione, velut sufficiente cum prae
missis ad causandam ebrietatem.

XI. Pariter igitur et ille, qui non habet intentionem inferen
di proximo grave damnum, cum incipit committere
minuta furta; dum tamen paulatim procedit, et
pervenit ad illud leve furtum, quod cum praeceden
tibus constituit magnam quantitatem; peccat
mortaliter; siquidem hoc postremum leve furtum
talem cum praecedentibus levibus furtis habet mo
ralem connexionem, ut ipsum committens peccet
mortaliter; incipit enim per illud res alienas
detinere in tali quantitate, quae sufficit ad
constituendum [illegible] mortale peccatum furti

XII Itaque ex hactenus dictis evidenter constat, nostrum
Fornicium in proposita hypothesi mortaliter peccasse
et quidem dum singula furta levia commisit,
itemque constat, quod peccaverit etiam mortaliter
in ultimo furto levi constituente cum praece
dentibus levibus damnum grave. Necessario pro
inde inferendum est quod in utraque hypothesi
teneatur sub gravi obligatione ad restituendam
totam notabilem summam ex levibus suis furtis
conflatam: et haec est communis ac certa Theo
logorum sententia, cujus veritatem comprobat
et corroborat damnatio quam [illegible]
Pontifex Innocentius [illegible] proscripsit sequentem
propositionem n.o 38.am Non tenetur quis
sub poena peccati mortalis restituere quod abla
tum est per pauca furta, quantumcumque sit
magna summa totalis

XIII Etiam ante hanc damnationem Pontificiam [illegible]
riserat [illegible] sententia [illegible] nonnullas
[illegible] arrestatores cum qui
[illegible] surripiendo monetas quas
[illegible] [illegible]
[illegible]

liter

liter dum memor praecedentium furtorum com-
mittit aliud parvum furtum, neque quantita-
tem constituens cum iis commissis; ideoque te-
neri sub gravi obligatione ad restitutionem;
eo ipso enim quod per ultimum furtum perve-
nerit ad quantitatem magnam, nocuit sibi
quin eo enim ultimo furto, ex se leve, graviter
peccaverit ob connexionem moralem cum praeceden-
tibus ex se levibus, gravemque ~~[illegible]~~ obliga-
tionem contraxerit restituendi notabilem quanti-
tatem eidem personae surreptam motivis furtis. Theologi

XIV Pariter ante ipsam damnationem pontificiam
communiter judicabant contra nonnullos casuistas,
fidelium conscientias perniciose laxantes, eum
etiam graviter obligari ad restituendum, qui im-
memor furtorum levium praecedentium contra
unam eandemque personam commissorum cum
XVI Ex praemissis circumstantijs, et ex illarum consequentijs, satis, ut putamus, comprobata manet nostra resolutio, Parochum alicujus indirecte damnandum Domitium Parochum alicujus indirecte violationis sigilli Sacramentalis. Siquidem, sic se gerens, sternit viam ducentem, si non in notitiam

saltem

saltem in suspicionem illorum sponsorum de futuro, qui in sacramentalibus confessionibus, eidem Parocho facti, se accusarunt de copulis carnalibus commissis ante celebratam inter ipsos matrimonium.

XVII Non enim difficile est, ut prudenter advertit Fagnanus in c. omnis utriusque sexus, de penitentiis et remissionibus, n.° 33., quod licet manifestetur solum peccatum, facile sit aliena subtili curiositate indagantibus, et speciem peccati, qualitatem personarum, locum, tempus aliaque idgenus, * pervenire in notitiam, aut saltem in gravem suspicionem sponsorum de futuro, qui sacramentalem confessionem solent peragere apud proprium Parochum, saepe, ac palam ~~[illegible]~~ copulis cum ... dicti Casus; detestantem peccatum de quo Sponsi de futuro ab ... praesertim autem si tales sponsi de futuro non fuerint eorum parentibus, vel domesticis, debite non frequenti ac custoditi, quin potius permissi uti frequenti, ac familiari consuetudine, sicut nimis detestandus extat ~~[illegible]~~ abusus. A tali aliqua indirecta violatione sigilli sacramentalis facilius cavere possunt concionatores quadragesimales, munes adventitii concionatores ~~[illegible]~~ et annuales, ~~[illegible]~~ respectu Parochiae nostri Dominij ~~[illegible]~~

XVIII. Ipse igitur continebit se intra cancellos Confessionarii, et debebit abstinere a praefatis publicis nimis frequentibus detestationibus ~~[illegible]~~ in illo genere delictorum Ordinario reservatorum, propter respectivas circumstantias jam relatas quibus vestita esse solent eadem delicta. Alia non desunt publica peccata, contra quae et etiam cujuscunque sine periculo directa, et indirecta violationis sigilli Confessionis

Sacramen:

* conjungentibus,

---

paired
Stat
ametur
in
r esse
cum
uens
saltem
gravem
em
ente:
si
venire
dore
alijs
nei:
entia.
quod
gd
ije:
con:
velut
suspi:
puer:
tijs,
resoluti
ta
sic le
notitiam
n

Sacramentalis, poterit in suis concionibus zelo pasto:
rali declamare, caute tamen, ac prudenter.

XIX. Si demum contingat Confessario dubitare an Sigillum
Sacramentalis Confessionis, hoc vel illo facto, hoc
vel illo verbo, directe, aut indirecte violetur,
semper ejusdem sigilli integerrimae inviolabilitati
favendum est; Sicut enim ob reverentiam
Sacramentis debitam, et ne exponantur periculo
frustrationis, non licet in iis administrandis sequi
opinionem probabilem de illorum valore, omissa
tutiore; ita pariter, ne sigillum sacramenti
poenitentiae a Confessario exponatur periculo
violationis, seu directae, seu indirectae, contra
reverentiam eidem Sacramento debitam, et contra
Christi praeceptum, cujus strictissima, et absoluta
obligatio nobis constat ex perpetua traditione
ac Sanctae S. Matris Ecclesiae, requiritur in ipso
Confessario moralis aliqua certitudo, se dictum
sigillum non frangere, aut directe, aut indirecte.

XX. Pro pleniori resolutione alterius quaesiti super
eodem in nro casu propositi sequentibus verbis=
An ejus criminis consciis poenitentes possint prima
vice absolvi a simplici Confessario? Sufficere
debet provida, et clara dispositio, quae legitur
in calce paginae casuum reservatorum in postre:
ma Dioecesana Synodo, atque sequentis tenoris=
„ Ignorantia Reservationis neminem excusat, quo:
„ minus, si peccatum aliquod ex reservatis admiserint,
„ revera illud reservatum sit; permittimus tamen,
„ feminas, quae reservationem ignorantes, in 1.2.3.
„ 4. 6. et 12. casum inciderint, prima vice ab:
„ solvi a quocunque approbato a Nobis Confessario,
„ modo non sit ejus culpae socius. Quae vero post
„ primam absolutionem in eadem peccata reciderint,
„ non absolvantur, nisi ab iis, quibus facultatem Nos
„ tribuerimus absolvendi a reservatis. Dicimus
autem

" autem omnibus Confessariis ut, antequam eas
" prima vice ab his peccatis absolvant, de hac
" reservatione commoneant.... Secundus autem
" ex dictis casibus est ille, circa quem versatur
utrumque quaesitum ~~[illegible]~~,
~~[illegible]~~

Alter ex dictis duobus casibus est sequentis tenoris=
I (" Cellius in confessione, quam facit, reticet, et inter=
" rogatus negat, se reum esse criminis, quod tamen
" commisisse non multo ante confessarius novit: a
" quo proinde veluti indispositus sine absolutione
" dimittitur. Deinde quaeritur sic = Benene se
" gerit confessarius interrogando, et non absolvendo?

II. Ut breviter animi nostri sensum exponamus super
hoc casu, statim advertimus, quod Confessarius,
cui via tantum confessionis sacramentalis notum
est crimen Cellii, ut ex confessione complicis paulo
ante audita, eum quidem possit interrogare,
sed generatim tantum, et tali, ac tanta adhibita
cautela, ut ipse Cellius nequidem possit suspicari
a confessario sibi fieri hujusmodi interrogationes
cum fundamento notitiae ab ipso habitae ex Sacra=
mentali confessione complicis; secus enim ejusdem
confessionis sigillum frangeret; id autem in nullo casu
posse esse licitum, ut in resolutione animi casus
demonstravimus.

III (Si Cellius generatim, et caute interrogatus a Confessario
perseverat negare suum crimen, Confessarius de=
bet ipsum absolvere; modo nulla aliunde subsit
causa ipsi prorogandae absolutionis; cum in hoc
casu

tale eam ipsi denegare non posset, nisi fracto, saltem indirecte confessionis sigillo; juxta enim sequenda esset ea S. Thomae doctrina, quam quodlibet. 1. q. 6. art. 12. tradit his verbis = In foro autem paeniten= tia creditur homini pro se, et contra se loquenti;

‡ hoc autem regula non procedit in tali, quo resistit positive certitudo contraria

IV. Si vero illius crimen reticitum, et negatum, confessario aliunde, quam ex confessione sacramentali esset certo cognitum, idemque confessarius pro comperto similiter haberet, illum non fuisse alteri sacerdoti confessum illud suum crimen, in tali suppositione non posset confessarius impertiri absolutionem, quin particeps fieret sacrilegii, ob triplicem rationem.

V. Prima est: quia confessarius est Pater spiritualis sui paenitentis; quemadmodum igitur Pater nequit sine crimine concurrere ad necem filii sui; ita neque confessarius concurrere ad mortem spiritualem sui paenitentis; id tamen faceret, si extra confessionem sacramentalem certo sciret peccatum mortale illud, nolentis illud confiteri, et ei nihilominus absolutionem impertiretur.

VI. Confessarius est etiam medicus animae sui paenitentis; ut igitur corporalis medicus perniciosam, et lethalem medicinam aegro suo, quantumvis petenti, nunquam porrigere debet; ita, et etiam a fortiori, confessarius absolutionem sine gravi sacrilegio nequit ei conferre, qui peccatum mortale reticet non solum, sed etiam interrogatus negat, cujus ipse confessarius certo scit eundem paenitentem esse reum, et scit extra sigillum confessionis sacramentalis.

VII. Est demum confessarius dispensator Sacramentorum juxta illud Apostoli = Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Dispensator autem fidelis nequit Sacramentum ei

ei administrare, quem indignum esse certò novit, quia ejusdem Sacramenti esset profanator, ex dissidiis r. Quapropter in Confessario, tanquam dos maximè necessaria requiritur prudentia, quae in eo posita est, ut poenitentis sui habitum ac Statum, intimè cognoscat, quatenus ei convenientia ~~convenientia~~ ~~convenientia~~ praescribat remedia, quibus à mortalis peccati habitu efficaciter possit revocari.

VIII Si demum supponeretur, Confessarium non habere certam notitiam de crimine à Caellio reticito, ac etiam negato, sed illam esse fundatam in diffamatione publica; nec pariter haberet certam notitiam quod Caellius usque tunc non fuisset alteri Sacerdoti confessus idem suum crimen; sive etiam figuraretur aliqua alia suppositio; Casus resolutio deberet correspondere respectivis Substantialibus circumstantiis, quibus esset vestitus.

IX. Nobis semper placuit proponere Casus talibus praecisis circumstantiis vinculatos, extra quas jussis respondere ad nostra respectiva quaesita, non fuerit permissum alias arbitrarias, extraneasque confingere suppositiones; cujus enim à Congregatis non fuisset responsum super dubiis à nobis propositis, sed super confictis, quae à nostris specifice diversa extitissent, ob substantialem alienarum circumstantiarum ~~differentiam~~ differentiam.

CC

[illegible]

I

II

III.

IV

Pro Prima Congregatione Generali 1772 die 7. Maii

Prologus

I Ambo casus, qui in calce Diœcesani Calendarij propositi sunt ad discutiandum hodierna feria V., respiciunt emptionem, et venditionem, species omnium contractuum utilissima, frequentissima, et necessaria ad vitæ communis usum, ut quotidiana constat experientia.

II Paulus jurisconsultus in l. 1. ff. de contrahenda emptione scribit, originem emendi, vendendique à permutationibus coepisse; ait enim = Olim non ita erat nummus, neque
„ aliud merx, aliud pretium vocabatur; sed unusquisque
„ secundum necessitatem temporum ac rerum, utilibus inu
„ tilia permutabat; quia verò non semper, nec facilè
„ concurrebat ut, cùm tu haberes, quod ego desiderarem,
„ vicissim haberem, quod tu accipere velles; electa materia
„ est, (: videlicet pecunia:) cujus publica, et perpetua
„ æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate
„ quantitatis subveniret. Eaque materia, formâ publicâ
„ percussa, usum, dominiumque, non tam ex substantia
„ præbet, quam ex quantitate: nec ultra merx utrumque,
„ sed alterum pretium vocatur.

III. Est autem emptio, et venditio contractus solo consensu initus, estque synallagmaticus, scilicet, ultro citroque obligatorius de merce pro pretio, et e contra de pretio pro merce tradenda. Hæc definitio est communiter recepta à Juris Utriusque consultis, et consequenter etiam à Theologis moralistis, qui in hac materia illorum sunt sectatores, [illegible]
Ex eadem definitione infertur, tria requisita esse copulativè essentialia ad emptionem, et venditionem; videlicet verum, perfectumque consensum: certam rem, seu mercem: nec non certum pariter, ac determinatum pretium.

IV. Et quidem de consensu l. in venditionibus ff. de contrahenda emptione, loquitur sic = venditionibus et emptionibus conten=

consensum debere intercedere notum est =: quodque item consensus verus, et non erroneus esse debeat, eadem lex postea declarat, inquiens — Si enim ego me fundum emere ut putarem, Cornelianum, tu mihi te vendere Sempronianum putasti: quia in corpore dissensimus (: idest erravimus :) emptio nulla est =.. Si vero error sit non circa corpus, sed tantum circa nomen, contractus valet, ut declarat ipsamet L. in venditionibus, in qua subjungitur — nulla dubitatio est, quin valeat emptio, et venditio: nihil enim facit error nominis, cum de corpore constet =

V Immo emptio, et venditio solo contrahentium mutuo consensu perficitur, ut Instit. de emptione, et venditione in principio declaratur his verbis = emptio, et venditio contrahitur simul atque de pretio convenerint, quamvis nondum pretium numeratum sit — : ideoque per hoc distinguitur ab illis contractibus, qui nonnisi actuali traditione rei perficiuntur, uti sunt mutuum, commodatum, depositum, pignus.

VI. Sed quamvis emptio, et venditio solo consensu perficiatur quoad substantiam, non tamen quoad integritatem completam, utpote ad quam requiritur mercis, et pretii traditio: non enim nudis pactis, ~~sed traditionibus~~, sed traditionibus rerum dominia transferuntur, ut ait L. Traditionibus Cod. De Pactis.

VII. Alterum essentiale requisitum est res, seu merx; nec enim emptio, nec venditio sine re quae veneat, potest intelligi; ut his verbis expressum habetur in L. 8. ff. de contrahenda emptione. Ipsaque res, seu merx, certa debet esse, et determinata, ut liquet ex citata L. in venditionibus eod. tit. Pro Regula generali tenendum est: omnium rerum pretio aestimabilium quas quis habet, seu habere, aut possidere, vel prosequi potest, venditio recte fit: ut autem hujus regulae verus sensus intelligatur, consulendi sunt Doctores fuse ipsam explicantes.

VIII. Tertia

VIII Tertium essentiale emptionis, et venditionis requisitum est pretium, quod in §. Pretium, Instit. De emptione, et venditione. declaratur [illegible] verbis = Pretium constitui oportet; nam nulla emptio sine pretio esse potest =. Sed et certum, ac determinatum illud esse debet. Quapropter L. Quod saepe ff. de contrahenda emptione, invalidam declarat emptionem et venditionem, cum emere volenti sic venditor dicit: quanti velis, quanti aequum putaveris, quanti aestimaveris, habebis emptum.

IX Valebit e contra emptio, et venditio, quando venditor dicit = tanti hanc rem tibi vendo, quanti eam judex, aut hic, vel ille aestimaverit, aut taxaverit: ut declaratur §. 1. Instit. De emptione, et venditione: Dummodo postea ille, qui nominatus est, rem, seu mercem reipsa taxet; ut mox citato §. prope finem statuitur his verbis = Si autem ille, vel noluerit, vel non potuerit pretium definire, tunc pro nihilo esse venditionem, quasi nullo pretio statuto =

X Controversum est inter Doctores, an emptio, et venditio, sit simplex, vel duplex contractus? Sed eorum quaestio est magis de nomine, quam de re. Nam sustinentes esse simplicem contractum, ajunt, emptionem, et venditionem constare [illegible] duobus factis, seu partibus et quidem distinctis, ac separatis, cum aliud sit emere, aliud vendere, sicut alius est emptor, a quo profitetur pecunia, alius venditor, qui pro pecunia dat mercem; ista tamen duo facta, seu partes simul juncta unum eundemque contractum constituunt; quia pars una sine altera, nec esse, nec intelligi potest, id postulante natura correlativorum.

XI Qui vero autumant esse duplicem contractum, fundant suam opinionem, tam in diversitate factorum personarum, et obligationum hinc inde consurgentium; quam etiam in particula et, quae ponitur in Rubrica Instit. De emptione et venditione; ipsa enim particula videtur significare, emptio

emptionem esse rem distinctam, et diversam a venditione suntque plura exempla, et praesertim in Rubrica de iuris, et facti ignorantia; ubi particula et conjungit duas res omnino diversas. Sed taliter opinantes revera concludunt emptionem, et venditionem sic esse duplicem contractum, ut sint essentialiter reciproci, ac necessario connexi ad instar correlativorum; eo quod posuna nec esse, nec intelligi possit sine altera; nunquam enim est emptio sine venditione, nec venditio est sine emptione, sicut nec emptor sine venditore, neque hic sine illo. Igitur verum est, propositam controversiam esse magis de nomine, quam de re.

XII. Sic procedere placuit, ferme magis [illegible] ad tempus fallendum, quam ad instruendum. Quotquot enim hic [illegible] praemissorum omnium veritatem jamdudum assequuti sumus vel ex sola lectura unius, alteriusve Theologi moralis. Et aliunde facilis utriusque casus discussio intra brevitatis limites nos constringet.

I. Species primi casus concepta est his verbis. — Quidam „panis, et vini venditores, rati se non lucrari, si taxato „pretio vendant, tantum aquae vino immiscent, et de pon„dere panis detrahunt, quantum satis est lucri consecutioni. Quaerum deinde propositum sic [illegible] a culpa et restitutione sunt, an non? E vestigio resolvimus consentes, nec a culpa, nec a restitutione posse excusari.

II. Tota ratio fundamentalis sita est in pretio taxato; debet enim supponi, tale pretium constitutum esse a Magistratu habente legitimam potestatem; et ideo tale pretium a Doctoribus communiter ~~legitimum~~ esse dicitur legitimum, Reipublicae bonum respiciens, cujus certo interest, ut quorundam rerum venalium determinata pretia ab habente publicam

publicam authoritatem constituuntur, ne venditores ducti spiritu avaritiae merces suas vendant pro libitu cum sine magno ementium, praesertim indigentium, praejudicio. Caeterum ipsa pretii taxatio redundat etiam in favorem venditorum; ne videlicet emptores, praecipue potentiores, merces ipsas pro pretio nimis vili extorqueant cum gravi damno eorundem venditorum.

III. Et revera quotidiana docet experientia, passim a Magistratibus, Taxam habentibus legitimam potestatem, constitui certum pretium pro vino apud hospites, pro pane apud pistores, pro carne apud laniones et sic de aliis; hujusmodi autem pretii taxatio juste facta, consistens in indivisibili, ut Doctores communiter tenent, obligat non tantum in foro externo, sed etiam interno; ita ut juxta quantitatem excessus, vel defectus peccet contra justitiam, et ad restitutionem teneatur, tam venditor, si pluris taxato pretio vendat, quam emptor si pro minori extorqueat; dicit namque Scriptura Proverb. cap. 11. = Statera dolosa abominatio est apud Dominum, et pondus aequum voluntas ejus= et Levit. cap. 19. = Statera justa, et aequa sint pondera, justus modius, aequusque sextarius=

IV Nec laici solum, sed etiam Clerici, ac Religiosi tenentur in conscientia observare pretium juste taxatum a legitima potestate laicali; nam turpis est omnis pars suo universo non congruens, ut dicitur in Can. quae contra dist. 8. Deoque universaliter loquendo, etiam Clerici obligantur illis legibus civilibus, quae statui clericali non repugnant; secus enim non esset satis consultum ad conservandam unitatem, et quam in Republica, immo orirentur perturbationes, dissidia, et scandala.

V Huc respicit illud Apostoli ad Romanos cap. 13. dicentis= Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit= et mox ibi subjungentis = ideo necessitate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam

conscientiam = Atque pariter respicit can. Quo jure dist. 8. ubi dicitur = ipsis jure humana (idest civilia) per imperatores, et Reges saeculi, Deus distribuit humano generi =; nec non can. di Imperator dist. 96, et can. ultimus, " an. 11. quaest. 3., ubi dicuntur, Venerandae Romanae Leges (: idest imperiales) divinitus per ora piorum Principum promulgatae; Unde S. Augustinus lib. 3. confessionum cap. 8. ait = generale pactum est societatis humanae obedire Regibus. Immo tales Leges ab ipsis Sacris Canonibus censentur approbatae, ut constat ex cap. 1.º de novi operis nunciatione, in quo dicitur = Sicut Leges non dedignantur sacros canones imitari, ita sacrorum statuta canonum Principum constitutionibus adjuvantur =

VI Profecto rerum venalium pretium censeri debet a legitima potestate legali taxatum esse juxta aequitatis terminos, ut aequalitas sit inter rem venditam, ipsumque pretium, habito respectu ad labores, incommoda, et expensas venditorum, qui ad communitatis utilitatem res venales comperant, et retinent, ut, sese, suamque familiam sustentare valeant. Magistratus igitur taxando pretium quod exercent, nolle imperare justum, et moderatum lucrum sed duntaxat excessivum, et exorbitans, quod laedit aequalitatem venditorem inter et emptorem.

VII Constat proinde nec a culpa, nec a restitutione posse excusari illos venditores panis, et vini, qui lucrari volentes supra pretium legitime taxatum, tantum aquae vino immittunt, et de pondere panis detrahunt, quantum juxta eorum opinionem, nihil relevantem contra praesumptionem stantem pro justo pretio a legitima potestate taxatum, satis est ad capiendum lucrum.

VIII In suppositione tamen, quod manifeste constaret, pretium indebite, irrationabiliter, ac injuste fuisse a Magistratu taxatum, possent illud vini, et panis venditores in foro conscientiae ~~transgredi~~, reducere ipsum pretium ad justitiae terminos, immittendo modicum aquae vino, et paululum diminuendo

diminuendo pondus panis. Statim tamen id exequendum non esse ob debitam Magistratibus reverentiam, sed ad illos pro tax. pretij emendatione, si opus foret, recurrendum.

IX Si verò ad illos non pateret recursus, vel non esset sperandum justa emendatio, tunc praefati venditores vini, et panis possent ex se tuta conscientia pretium merci aequale reddere; idque in Confessionali facilè concedi posse clementibus poenitentibus, et asserentibus in conscientia certum esse, quod ipsi, stante injusta taxatione, vel deberent grave damnum pati, vel certè carere necessario medio propriae sustentationis, dependente ab honesto, et discreto lucro. Hanc doctrinam communiter tradunt Theologi, et praesertim Navarrus cap. 23. n.° 88. Lessius lib. 2. cap. 21. n. 14. Molina, Lugo, Sylvester, et alij, quos omittimus enumerare.

I Alter casus est sequentis tenoris = Fulvius ex centum vini dolijs, quae habet, quinquaginta vendit Antonio, stricto summo, quo vendebatur pro qualibet mensura, quinquaginta dolia. Ex insperato hoc corrumpuntur reliqua quinquaginta, vel aliter pereunt = Unde quaeritur, ad quid teneatur Antonius.

II Pretium mercium à JurisConsultis, et Theologis, generaliter loquendo, dividitur in legale, seu legitimum, de quo actum est in resolutione Primi casus; et vulgare, seu naturale, quod, absque taxatione Legis, aut Magistratus, mensuratur communi, ac prudenti hominum judicio, seu aestimatione, quae fit, non solum considerata mercis natura, et qualitate, sed etiam ejusdem utilitate vel necessitate, abundantia, vel penuria, ipsaque hominum affectione, de quibus loquitur L. Pretia ff. ad Legem Falcidiam.

III Quoniam verò hominum, etiam prudentum, et peritorum judicia persaepe non eò usque conveniunt, quin aliqua

discrepantia

discrepantia interveniat; ideo ipsum pretium vulgare seu naturale non consistit in indivisibili seu in certa, et determinata pecuniæ quantitate, sicut pretium legale, seu legitimum: sed habet quandam latitudinem, ob quam à Doctoribus passim dividitur in tres classes: illud primæ classis appellant infimum; illud alterius classis nuncupant medium, ac etiam moderatum; et illud tertiæ classis nominant summum, seu rigorosum.

IV Quantum autem hæc tria pretij vulgaris seu naturalis genera inter se distent, nullus Jurisconsultus, nullusque Theologus certam, et mathematicam regulam tradere potest, propter innumerabiles circumstantias variantes hominum judicia; nonnulli tamen judicant per modum exempli, quod si res aliqua secundum commune pretium æstimaretur centum ducatis circiter, infimum pretium in nonaginta quinque, et supremum in centum, et quinque posse consistere. Alia atque alia hujusmodi exempla debita cum proportione possunt efformari.

V Porro ab omnibus Doctoribus admittitur tanquam certa hæc Regula = Quamdiu limites pretij summi, aut infimi
" non excedantur, emptio venditio in utroque foro est
" licita et justa; quamvis eadem res specifica, ab
" alijs medio, ab alijs infimo, et à nonnullis supremo
" vendatur pretio =. Ratio est, quia quodvis horum pretiorum, tam à Jurisconsultis, quam à Theologis communiter reputatur licitum, et justum.

VI Nunc propius accedendo ad resolvendum propositum dubium, tanquam certum supponimus, emptionis venditionis contractum, initum Albicium inter et Antonium, fuisse licitum, ac justum. Nam Doctores, innixi Textu express. Cap. In Civitate, et Cap. Navigant. De usuris, communiter tradunt hujusmodi emptiones venditiones esse licitas, et justas; dummodo venditores sincero animo deliberassent differre ad aliud tempus propriarum mercium distractionem, et ad hanc praeventive deveniant, ut instantiæ ac desiderio emptorum ~~deveniant~~ satisfaciant.

satisfacient ~~[illegible]~~, nihil obstante, quod in pactum deductum
esset pretium summum vulgare, seu naturale:
quia ex hoc intra limites justitiae continetur; ut
jam ~~jam~~ diximus.

VII. Si Fulvio ex insperato reliqua quinquaginta dolia vini, non
fuissent corrupta, vel aliter perijssent, sed ea vendidisset
summo pretio comparative ad alios venditores vini
ejusdem qualitatis; utique non posset ambigi, quin
Antonius, pro sibi praeventive venditis alijs quinquaginta
dolijs, esset in utroque foro obligatus ad persolvendum
Fulvio summum pretium; non enim recedendum
foret a mutua inter ipsos inita conventione; siquidem
omnis contractus legem accipit a contrahentium voluntate.

VIII. Igitur tota propositi dubij summa provenit ab insperata cor=
ruptione, vel alia deperitione illorum quinquaginta
doliorum, quae Fulvius nec infimo, nec medio, nec
summo pretio potuit vendere: ~~[illegible]~~.
pro ejusdem autem dubij resolutione Censemus, Antonium
pro sibi a Fulvio praecedenter venditis quinquaginta
dolijs teneri persolvere illud summum pretium
quo communiter ab alijs praesignato tempore venditum
est vinum ejus qualitatis, cujus erat vinum quod ex
insperato corruptum fuit, vel aliter perijt.

IX. Nam, deficiente lege privata contrahentium Fulvij, et Antonij
ob improvisam deperitionem materiae, seu quinqua=
ginta doliorum vini, a quorum venditione debuisset
dependere certitudo pretij ab Antonio persolvendi
pro illis quinquaginta dolijs, quae ipse jam emerat
a Fulvio; opus est recurrere ad generalem eam
regulam, quae ab alijs venditoribus vini consimilis
qualitatis servata est eo tempore, quo Fulvius desti=
naverat vendere quinquaginta dolia ~~[illegible]~~ postea
ex insperato corrupta; ex hoc utique consonum est

recta

rectæ rationi, nec non ordini justitiæ: hanc autem nostram decisionem veritati adeo conformem esse judicamus, ut nulla indigeat ulteriori demonstratione.

X. Animadvertendum tamen est, Antonium non teneri pro emptis quinquaginta dolijs persolvere Fulvio venditori integrum illud summum pretium, quo alij sua vina ejusdem qualitatis vendiderunt, sed cum detractione stabilienda peritorum judicio, habita ratione ad expensas, quas Fulvius fecisset pro conservatione vini usque ad tempus summi pretij; et etiam habita ratione ad minorationem ejusdem, sicut et ad periculum corruptionis; cum enim ab his omnibus venditor Fulvius evaserit immunis, anticipando traditionem vini factam Antonio, justum, et æquum est, ut à præfato summo pretio fiat proportionata detractio, sicque initi inter eos contractus servetur æqualitas.

tem
no:
emus,

vro
nditn
vira
tione
ad
ne
habita
pen:

tra:
uem
tionata
fur

Congregatio Generalis Diei 6. Augusti 1772.

Prologus.

Tanta hisce nostris temporibus irrepsit pravarum opinionum colluvies, ut impij homines, et sacrosancta fidei nostra dogmata summa temeritate obscurare, et Christianae moralis principia labefactare, aut etiam evellere moliantur. Nemo tamen nostrum est, qui sinat se abduci ullatenus nefarijs doctrinis; immo omnes, divina auxiliante gratia, pergimus sequi evangelicum sermonem ut possimus exhortari in doctrina sana, quae secundum pietatem est, et eos, qui contradicunt arguere; sicque nemo, qui ex adverso est, habeat malum dicere de nobis, quemadmodum Apostolus nos commonet.

Nos omnes igitur, non tantum fidei dogmata, sed etiam Christianam moralem studeamus servare illibatam a quibuslibet erroribus, et corruptelis: a Christifidelium conscientijs arceamus omnem veneficam laxitatem: erroneas et adulatrices opiniones, quas pater mendacij exquisitis cavillationibus adinvenit ad depravandam S. Matris Ecclesiae purissimam doctrinam, et verbo, et exemplo reprobemus, ac detestemur, scientes, et ostendentes, quia heri, et hodie Jesus Christus, qui docet, et informat suam Sponsam, non habentem rugam, neque maculam.

In dirigendis fidelium hominum moribus, ne nimium fidemus privato nostro ratiocinio, sed a Deo patre luminum humiliter postulemus, ut omne Dei verbum scriptum, ac traditum, sacros Ecclesiae Canones, Sanctorumque Patrum sententias, eo sensu, ac Spiritu intelligamus, quo prolatae

prolata, ac proposita fuerint; ne nostras, aliorum=
que conscientias infeliciter decipiamus, tanquam
seducti vanis quorundam ratiunculis, et apparenti=
bus argumentis. Etsi enim humana ratio intellectus
sit quædam effusio, et emanatio divini luminis, vi=
demus tamen, non paucos solere ratiocinari, prout
depravatæ voluntate sunt affecti.

Deinde tot, et tam variæ in omnibus fere materiis I
emanarunt, et propagatæ sunt opiniones [illegible] licet,
et scandalosæ, fallaci fuco depictæ, ambitioni,
avaritiæ, carnaliumque hominum voluptatibus
accomodatæ, ad quas profligandas, et convellendas
summa providentia invigilavit, et invigilat
S. Mater Ecclesia, velut columna, et magistra
veritatis.

Inter doctrinas moralem christianam concernentes, non II
ultimum locum obtinet, quæ prohibet, et damnat
labem usurariam; in discernendis autem contractibus usurariis à
non usurariis, plures Doctores, in omni jure versati,
sua fatigarunt ingenia, ob avarorum versutiam
in excogitandis plura illiciti lucri velamina; ut
per varias conditiones, clausulas, et pacta mutui
naturam confunderent cum aliis contractibus, ex
quibus alias licitum, justumque lucrum provenit.

Nonnulli confugiunt ad titulum lucri cessantis, vel III
damni emergentis, non obstante, quod non verifica=
tur conditiones à Theologis, et jurisconsultis requisitæ.
Non pauci putant, se posse tueri periculo perdendæ sortis
mutuatæ, etsi timor sit magis idealis, quam probabilis.
Alii confugiunt ad prætextum usuræ moratoriæ, seu
punitoriæ; etsi pariter nullum rationabile adsit fun=
damentum. Non desunt, qui incidunt in pactum
antichreseos, aut in illud Legis commissoriæ quemque

utrumque

utrumque idem pactum à Jure sic reprobatum velut illicitum, et usurarium. Alij demum alijs fucatis coloribus suam palliant usuralitiam intentionem, ut contingit præcipue in contrahendis societatibus, continentibus conditiones, repugnantes æquitati naturali et excludentes æqualitatem à justitia commutativa requisitam.

I (Ambo casus in hodierna Congregatione discutiendi, videntur loqui de contractibus illicitis, et usuratitijs.
Primus est sequentis tenoris = Severus mutuum
" sub usuris petit à Cajo, quem aliter non mutuaturum
" prævidet; sic accepti mutui partem dat sub usura
" amico suo = Desuper duplex quæsitum proponitur:
Alterum: an peccet Severus mutuum petendo?
Alterum: an peccet dando?

II Priusquam super his quæsitis, et super illis alterius casus, sententiam nostram proferamus, velut certum judicandum est, usuram sumptam in sensu proprio, et stricto, esse lucrum immediate proveniens ex mutuo. Sic autem accepta usura, quæ alias nuncupatur simpliciter lucratoria, ad differentiam compensatoriæ prohibita est, non solum ecclesiastico jure, sed etiam divino, et naturali; ideoque usura ipsa est intrinsece mala.

III. Et quidem de jure ecclesiastico constat ex plurimis sacris canonibus, adeo ut in Clem. unica, de usuris dicatur =
" Si quis in illum errorem inciderit, ut pertinaciter
" affirmare præsumat, exercere usuram non esse pecca=
" tum, decernimus, eum ut hæreticum, puniendum. =
De jure quoque divino prohibitam esse usuram, patet ex Cap. super eo, de usuris, ubi expresse dicitur = usurarum crimen utriusque Testamenti pagina detestatur = . Omittimus allegare complures veteris Testamenti authoritates, præsertim in Psalmis comprehendes

prehensas; et loquendo de novo Testamento suffi=
cit nobis, Christum apud Lucam cap. 6. dixisse:
Benefacite, et mutuum date, nihil inde sperantes.
quae verba, etsi quoad primam partem contineant
consilium, quoad posteriorem tamen continent
praeceptum prohibitivum.

IV. Quod etiam jure naturali prohibita sit usura, docet
communissima Theologorum sententia, innixa huic
ineluctabili argumento. Mutuator nequit exigere
lucrum pro sorte mutuata; quia justitia commuta=
tiva postulat aequalitatem in contractibus; sed
nec etiam potest exigere lucrum pro usu sortis mu=
tuatae; quia usus ipse, seu utilitas sortis mutuatae
pertinet ad dominum, idest ad mutuatarium, qui
sortis mutuatae fit dominus; mutuum enim ideo
sic appellatur, quia de meo tuum fit.

V. Igitur directe adversatur justitiae, quod mutuatarius
teneatur mutuatori quidpiam solvere pro usu sortis
sibi mutuatae, utpote ad se jam spectantis, et non
amplius ad mutuatorem. In summa, exigens
usuram, vel petit sibi restitui plus sorte, vel petit
aliquid pro eo, quod non est suum, idest pro usu
sortis; horum autem quodlibet continet mani=
festam injustitiam, quae repugnat juri naturali;
et per consequens usura est intrinsece mala.

VI. Loquendo tamen de jure civili, inficiari non possumus,
usuram etiam proprie talem fuisse permissam, aut
saltem toleratam, ad vitandum majus malum, ut
communiter tradunt Doctores fundamento plurium
Legum extantium tam in ff. quam in Codice; ipsae
tamen Leges nullum habent vigorem, velut correctae
a Jure Canonico, quod in omni Foro est observan=
dum, et universaliter observatur in hac materia,
sicut et in omnibus, quae concernunt peccatum
vitandum, animarumque salutem.

VII. Ceterum

VII. Caeterum plura extant Decreta in Statuto Veneto usuram prohibentia sub gravibus poenis; et in Statuto hujus nostrae Patriae cap. 137. dicitur = L'empia
" voracità degli usurari, dannata dalle umane, e
" divine Leggi, volendo noi reprimere, con particolar
" Statuto decretamo, che non sia lecito a chi si sia
" imprestar denaro, con percevir certa usura, nè con
" publiche, nè con private scritture, e percevita non
" si possa esiger in pena di perder il denaro imprestato
" oltre le pene, che dalle Leggi sono prescritte. =

~~[illegible]~~

VIII Ut tandem deveniamus ad resolutionem hujus quaesiti super antefato primo Casu proposit., Censemus, Se: verum peccasse mutuum sub usuris petendo a Cajo, quem aliter non previdet mutuaturum; ac etiam peccasse ~~Cajum~~ sic accepti mutui partem dando sub usura suo amico.

IX Primam partem hujus nostrae decisionis veram esse, demonstramus concordi Theologorum, et Canonistarum doctrina, qui, etsi a peccato immunem declarent accipientem mutuum sub usura in gravi necessitate; damnant tamen peccati absolute illum qui mutuum petit sub usura, nulla ratione habita ad necessitatem quamcumque, etiam urgentissimam.

X Doctores enim ratiocinantur sic, et nos cum illis: In nulla necessitate potest esse licitum quemcumque de causa aliquem directe, ac vi actionis, inducere ad peccandum, ut certum est apud moralistas tractantes de scandalo. Severus autem mutuum expresse petens a Cajo sub usuris, hunc directe, ac vi actionis suae inducit ad peccandum, non obstante, quod praevideat, ipsum Cajum aliter non fore mutuaturum; petit namque id, quod intrinsece, ex

ex natura

ex natura sua est malum, quodque nullo in casu mutuans potest licite praestare. Certum igitur est, severum sub usuris petendo mutuum a Cajo, peccare et quidem peccato scandali, sicque contra charitatem.

XI. S. Thomas, ~~[illegible]~~ 2. 2. quaest. 78. art. 4. in ☉, sequendo doctrinam S. Augustini, loquitur sic = Dicendum, „quod inducere hominem ad peccandum nullo modo „licet: uti tamen peccato alterius ad bonum, est „licitum; quia et Deus utitur omnibus peccatis ad „aliquod bonum = prosequitur Angelicus Doctor = „Et ideo S. Augustinus epist. 52. num. 2. Publicola „quaerenti: utrum liceret uti juramento ejus, qui „per falsos Deos jurat, in quo manifeste peccat, eis „divinam tribuens reverentiam; respondet, quod, qui „utitur fide illius, qui per falsos Deos jurat, non „ad malum, sed ad bonum, se non sociat illius peccato, quo per daemonia juravit, sed sociat se pacto „ejus bono, quo fidem servavit: Si tamen induceret „eum ad jurandum per falsos Deos, peccaret = „Hucusque S. Thomas referens doctrinam S. Augustini.

XII. ~~[illegible]~~ Ex hac autem doctrina idem in nostro proposito inferendum est; idest, quod ipsi mutuatario, propter aliquod bonum, ad subveniendum nempe propriae necessitati, licitum sit accipere mutuum sub usuris a mutuante, qui praevidetur non aliter fore mutuaturum; semper tamen illicitum sit eundem mutuantem per expressam petitionem inducere ad mutuandum sub usuris; sicut semper illicitum est petere ab aliquo idolatra, ut juret per falsos Deos, quaecumque demum sit prava jurantis deliberata voluntas; quia utrobique concurrit inductio ad patrandum, quod est intrinsece malum.

XIII. Praeterea in antefato Cap. Super eo, de Usuris, Alexander III. declarat, eo modo prohiberi usuram, ac prohiberetur

prohibeatur mendacium; ita, ut quemadmodum nemini fas est mentiri, nequidem ad tuendam vitam hominis; ~~ita~~ sic, nec ullo in casu liceat exercere usuras, nequidem ad redimendos captivos. Cum igitur mendacium, tanquam intrinsece malum, sic prohibeatur, ut nec proferri, nec peti, aut postulari licite possit ullo in casu; quia nempe talis prolatio petitio, seu postulatio, de se, ac directe tendunt in objectum intrinsece malum: Pariter nec expressa petitio, aut postulatio mutui sub usuris, est unquam licita immo semper intrinsece mala, velut juri naturali repugnans.

XIV. Nihilominus fuerint aliqui Moralistae, qui ratiocinabantur sic: In Cap. Debitores, de jurejurando, dicitur, eum, qui juravit, se soluturum usuras, teneri juramentum adimplere: igitur solvere usuras non est peccatum, alioquin tale juramentum utpote de re mala foret illicitum, ac etiam nullum juxta vulgatam illam regulam juris in 6.° = Non est obligatorium contra bonos mores praestitum juramentum =. Quod vero quis licite praestare potest, licite quoque potest postulare..

XV. Difficultatem hanc resolvit S. Thomas, quaest. 13. de Malo, art. 4. ad 7., inquiens = iste qui dat, |: idest solvit :| usuram, patitur injustitiam, non a seipso, sed ab usurario, qui, licet non inferat ei quamdam violentiam absolutam, infert tamen ei quamdam violentiam mixtam, quia scilicet necessitatem habenti accipere mutuum, gravem conditionem imponit, ut nempe plus reddat, quam sibi praestetur: et est simile, si quis alicui in necessitate constituto, venderet rem aliquam multo amplius, quam valeret. Est enim injusta venditio, sicut et usura est injusta mutuatio =: Hucusque Angelicus Doctor.

XVI. Recte

XV Recte proinde in praefatum Cap. Debitores Glossa ait: (solvere usuram non est peccatum, sed ille, qui recipit peccat = In nostro autem casu Severus non est constitutus in ulla necessitate petendi mutuum expresse sub usuris a Cajo; quia idem Severus, uni: liber suae necessitati satis potuisset facere, mutuum absolute petendo a Cajo. Si tamen Cajus recusasset mutuum concedere sine usuris, tunc Severus potuisset licite acceptare conditionem solvendi usuras, vic. se habendo mere passive; ut advertunt gravissimi Theologi, ex praesertim Sylvius fidelis interpres S. Thomae. Noster Severus e contra, petendo expresse mutuum sub usuris, se habuit active; eo quod nullam sibi a Cajo imposita usurarum conditione fuit adactus, sed sponte, ac directe usuras exhibuit; id autem sine peccato scandali facere non potuit, ut jam demonstravimus.

XVI Si quis tamen urgeret dicendo: modicum esse illud damnum spirituale, quod mutuatarius infert mutuanti, ab eo mutuum expresse petens sub usuris; cum ipse mutuans jam sit eo animo constitutus, ut nulli sine usuris velit dare mutuum, prout in nostro casu supponitur de Cajo.

XVII Verum, ut omittamus, quae de multiplicatione peccatorum actualium tradunt Theologi, num ipsum mo- torum actualium ... dium ovium malum spirituale arma sponte offerre homini, qui ex mala voluntate, ad inimicum occidendum, illa reposuit? Severe ne erit peccatum actionem eam externam patere, quae aeque ac interna mala voluntas necessariam constituit materiam Sacramenti poenitentiae? S. Augustinus lib. de Trinitate cap. 5. sic docet: mala voluntate vel sola quemque miserum effici, sed miseriorem potestate, qua desiderium malae voluntatis impletur: et hanc doctrinam pluribus in locis confirmat S. Thomas; praesertim autem in 2. Sententiarum dist. 40. q. 1. art. 3. = de malo, quaest. 2. art. 2. ad 8. | 1. 2. quaest 20. art. 4.

XVIII. Nemi

XVII Nemo igitur dixerit, licitum esse alicui proponere occasionem proximam, et directam opere complendi usuram, ad quam patrandam est animo dispositus. talis enim inductio respicit objectum intrinsecè malum, quodque jura societatis subvertit, rationi naturali repugnat, bonorumque proprietates confundit cum manifesta læsione justitiæ commutativæ; hæc omnia mala secum fert pravitas usuraria opere completa.

XVIII Nonnulli Moralistæ confugiunt ad hanc cavillationem: Expressa petitio mutui sub usuris, ea est ille nostri Severi, tendit in hanc petitionem: Caje da mihi mutuum gratis: sed si id facere recusas, da saltem sub usuris. Verum hujusmodi explicatio est prorsus arbitraria: non enim videmus, quomodo absoluta petitio Severi transeat in petitionem disjunctivam: secus etiam hæc propositio: jura per falsos Deos: posset hanc interpretationem admittere: jura per Deum verum: sed si verum Deum agnoscere recusas, jura saltem per Deos falsos: sicque expressa petitio juramenti per falsos Deos foret licita, quod est contra doctrinam S. Augustini, ac S. Thomæ.

XIX Rejecta igitur præfata explicatione, concludendum est, expressam petitionem mutui sub usuris, de se, et objective, ut loquitur schola, semper esse illicitam, et contra charitatem, quia præbet alteri directam occasionem peccandi, quam à quolibet tenetur unusquisque potius avertere ex præcepto charitatis.

XX Si demum Severus partem mutui, quod à Cajo petiit, et accepit sub usura, alterique amico pariter sub usura concessit, de quo loquitur altera pars quæsiti, nullatenus potest in dubium revocari, Severum peccasse

contra

contra justitiam, et impolitam usuram: exigere non posse, nisi ex solo titulo damni emergentis, neutiquam vero ratione mutui, quod ipse Severus asserit à Cajo: Cum itaque hac de re nulla possit esse contro: versia, vel difficultas, nihil plus occurrit dicendum pro resolutione secundæ partis ejusdem quæsiti, quæ revera fuit inutilis, et frustra membranam occupavit.

I Progredimur igitur ad discussionem, et resolutionem alte= rius Casus, qui conceptus est his verbis = Lucius
" imperitus homo ex pecuniis alteri datis lucrum
" refert ad rationem quinque, vel sex pro centenario
" annis singulis, ignorans quo titulo, quove jure
" id lucrum consequatur. Duo pariter super hoc casu proposita sunt quæsita; videlicet = An Lucius usuræ labem ~~contrahat~~ contrahat; et an cogendus sit ad percepti lucri restitutionem?

II Super utroque hoc quæsito, animi nostri sensum exponentes, Censemus, Lucium ex se, sive ex natura actionis, usuræ labem contrahere, et adstrictum esse obligatione restitutionis. Ut demonstremus veritatem hujus nostræ decisionis quoad primam ejus partem, nihil plus requiritur, quam adhærere ac intelligere obvio, et ~~[illegible]~~ literali sensui ejusdem Casus, in quo expressè dicitur, Lucium nescire quo jure, quove titulo consequatur annuum lucrum quinque, vel sex pro centenario ex pecuniis alteri datis.

III Profecto si Lucius judicare aut saltem opinari posset se licitum, justumque lucrum reportare ex datis alteri pecuniis, utique id non posset ignorare, ut ut sit homo imperitus; Sensus enim non imperitis solum

3. non imperitus solum, sed prorsus stolidus foret.

Cum igitur expresse supponatur, Lucium ignorare solummodo praemij titulum consequendi annuum lucrum quinque, vel sex pro centum ex pecunijs alteri datis: quid aliud inde consequitur, nisi quod tale lucrum referat ex mutuo simpliciter tali, ideoque lucrum ipsum sit usuratitium?

IV. Diximus autem, Lucium ex se, sive ex natura actionis, contrahere labem usurae non vero malitiam usuratitiam; cum enim ipse supponatur esse homo imperitus, facile concipi, et admitti potest, praefatum lucrum referre bona fide, sicque committere quidem usuram subjective, seu materialiter, non vero formaliter, ut loquuntur Scholae, et per consequens nullam malitiam labis usuratitiae coram Deo contrahere.

V. Ut etiam demonstremus veritatem alterius partis nostrae decisionis, videlicet, Lucium esse adstrictum obligatione restituendi lucrum annuum, quod reportavit ex pecunijs alteri datis, sive sufficit Lucium nunquam acquisivisse dominium lucri usuratitij, sive illud fuerit formaliter, sive dumtaxat materialiter tale, ut ex hactenus assertis, et probatis manifestum est. Igitur ita Lucius remanet adstrictus obligatione lucrum illud restituendi.

VI Non enim bona fides operantis potest immutare ordinem justitiae, qui ex natura rei pendet, non vero ab erronea operantis conscientia. Igitur Lucius, si justitiae ordinem pervertit, referendo lucrum supra sortem, ut ut bona fide id fecerit, tenetur perceptum lucrum restituere

VII. Quin obstet dicere: si Lucius sciret, se usurarie agere, perficeret licitum aliquem contractum, ex quo justum lucrum ei proveniret: potest igitur ex capite lucri cessantis percipere lucrum quinque

vel

vel sex volentium ex pecunijs alteri datis. Non obstat, inquam id dicere; quia conditionalis voluntas Lucij non sufficit ad constituendum aliquem contractum, qui jus conferat ad referendum aliquod lucrum supra sortem; necessaria enim est actualis voluntas partium ad valide celebrandum quemcunque contractum. Immo, si sufficeret objectivalis conditionalis voluntas Lucij, omnes contractus ab usura labe redderentur immunes.

VIII. Si quis urgeret dicendo, Lucius utpote imperitus, ac contrahens bona fide, censeri debet alteri dedisse pecuniam, eo adeo meliori modo, quo potest lucrum reportet, eo nempe modo, quo viri timorata conscientia solent alijs suas pecunias dare; ideoque, si eidem Lucio revera obveniat aliquod damnum ob alteri traditam pecuniam: sive pecunia ista intervire debere q alicui lucroso negotiationi, in praxi censendus est, vel se reddere immunem à quolibet damno emergente, vel voluisse contrahere societatem lucrativam.

IX. Taliter ratiocinanti respondendum foret, omnem similem praetextum esse insufficientem ad excusandum Lucium à labe usuraria, quia inde non infertur, nisi quaedam habitualis voluntas in Lucio, qui tamen non tribuit ullum jus ad capiendum lucrum supra sortem alteri concreditam. Habendum igitur est pro regula generali ac certa, nullum contractum perfici sola habituali partium voluntate, sed requiri semper voluntatem actualem,

Non
voluntas
con=
uod
ctua=
m
bject
ndra:
itus,
ri
uo
suo
s
ob
ula
voni,
rem
e.
nilem
Sum
ertur,
ui
ucram
m
volur=
m),

Congregatio generalis pro prima feria V. Maji 1778.

Tertium jam annum agimus solitum illud morales, non nostro, sed alieno arbitrio compositos, casimus decidere; sic exigente recentium temporum circumstantiis, adversus vetustissimam contrariam consuetudinem capitulares a nobis nostrisque prodecessoribus identidem observatam.

I. Prior ex duobus casibus, qui in ultimo Diocesani Calendarij leguntur propositi ad discutiendum in hodierna congregatione est sequentis tenoris.

" Titius, laboris aerumnarumque proprij status " pertaesus, sibi, filijsque suis non dissimiles " expertus, mortem precatur; et frequenter " diei nativitatis suae, filiorumque maledicit.

Super hoc casu Quaeritur = An, et qualiter Titius delinquat? Et quibus potissimum maledictionum similium precationum argumentis, ut usus aliunde frequentissimus sit a Parochis eliminandus?

II. Circa primam quaesiti partem advertimus maledictionem sumptam pro imprecatione malorum, ex genere suo esse peccatum mortale, Apostolo ad Cor. cap. 6. ajente – Neque maledici, regnum Dei possidebunt =. Siquidem hujusmodi maledictio, seu malorum imprecatio, repugnat virtuti charitatis, qua nos ipsos, et proximum diligere debemus; ideoque si quis sibi, vel alteri grave malum imprecetur procul dubio graviter peccat.

III immo ipse ... et gravius

4

eo gravius est in suo genere, quo magis ex ordine charitatis tenemur diligere personas, quibus maledicimus seu male imprecamur: unusquisque autem, ceteris paribus, magis tenetur diligere seipsum, suosque filios, quam ceteros alios: ergo per consequens magis peccat mortem etsi ipsi imprecando, quam dicam imprecaretur alijs extraneis vel non adeo sanguine conjunctis.

IV Quamvis vero maledictio ex genere suo sit peccatum mortale; contingit tamen esse veniale, vel ex levitate mali, quod imprecatur proximo: vel ex inconsideratione, seu inadvertentia intellectus ad gravitatem materiae, ut potest accidere, dum quis ex subito motu iracundiae, terroris, vel passionis profert verba imprecatoria: vel demum ex defectu malae intentionis, seu desiderij, ut eveniat malum, quod quis ore exprimit; sed aut ex ludo, aut ad ostendendum tantummodo displicentiam, et indignationem.

V In his tamen duobus postremis casibus maxime attendendum est, ut monet S. Thomas 2. 2. q. 76. art. 3. ne in interveniat nec ne scandalum respectu audientium: quod si contingat, ut non raro accidit, ob illud scandalum maledictio, seu imprecatio evadit peccatum mortale.

VI Advertimus praeterea duplici modo posse aliquem maledicere diem nativitatis suae, filiorumque suorum; primo secundum se, prout nempe ipsa nativitas est initium rationalis creaturae in hoc mundo, quod maximum est bonum tum in naturali ordine, tum in supernaturali ad quem ipsa creatura est capax elevari. Secundo posse aliquem maledicere diem nativitatis suae suorumque filiorum; propter culpam

originalem

originalem, quam homo nascendo contrahit, ac propter sequentes poenalitates, derivantes ab ipso peccato originali; sed et insuper poenalitates sub duplici aspectu considerari possunt, ut sapienter tissimus Cardinalis Cajetanus advertit in commentario libri Iob cap. 3: videlicet, possunt considerari in quantum exprimunt malum poenae derivatum ab originali peccato, ac etiam considerari debent in quantum a divina justitia proordinata sunt in punitionem ejusdem peccati originalis, nec non a Dei providentia disposita sunt pro exercitio virtutum.

VII Praemissa ejusmodi consideratione, docet citatus Cardinalis Cajetanus, Iob fore immunem a peccato maledictionem diei nativitatis hominis, propter culpam originalem, quam homo nascendo contrahit ac etiam propter poenalitates provide exprimentes malum poenae, ut derivatum a peccato originali; cum in eis nihil, nisi ratio mali inveniatur, et sub hoc respectu Iob maledixit diei nativitatis suae.

VIII. Si vero dictae poenalitates, derivantes a culpa originali, considerarentur tanquam praeordinatae a divina justitia, et providentia, profecto maledictio contra illas quod est criminosa, et blasphema, per eam enim homo detrectat se subjicere divinae dispositioni. Non sic, sed priori modo, Iob consideravit calamitates, quas patiebatur, et ideo, diei nativitatis suae maledicendo, non peccavit, ut testatur Scriptura inquiens = in omnibus his non peccavit Iob labiis

nostri ... ... qui contra Deum locutus est =
neque ...
IX. Sed progrediendo jam ... ad resolutionem quae-
stionem, an ... qui et qualiter ... ipsius
peccaverit; sentimus, eum peccasse, ...
et quidem contra charitatem, exoptando sibi, ...
filijs omnium malorum gravissimum in ordine
naturali, quod est mors, renuens quodammodo se
subjicere divinae voluntati, quae in aerumnoso
statu ipsum constituit, ut per patientem
abundantiorem mercedem, ac praemium coele
quaereretur in coelis.
X Censemus itidem, ipsum catholice peccasse contra charita-
tem maledicendo diei nativitatis suae, suorumque
filiorum; Nam in ... non attenditur subtilibus ...
distinctionibus Cardinalis Cajetani a nobis relatis, ...
... a culpa fuit immunis patientissimus Job.
... qui diei nativitatis suae male-
dixerunt.
XI Et recte, si videris ... signa interroget ...
circumstantijs, suarum frequentium maledictionum,
nihil aliud in eo invenies, nisi iracundia in ...
... sui status, et maximum defectum in
conformando se divinae voluntati, de ... ita ...
...
XII. Quae cum ita sint, ... praesumendum est
in hominibus qui saluti animae non sunt solliciti,
et in alijs etiam saepe delinquunt; nulla in con-
trarium occurrit ratio, qua possimus ipsum
eximere a gravi peccato contra charitatem.
XIII Verum quomodo gravis peccati reus censendus est, ipsius
sibi, ejusque filijs mortem imprecans, non alio
fructus ... nisi ut liber fiat ab aerumnis,
et laboribus,

et laboribus, quibus undique circumdatus erat, et oppressus erat adeo, ut amariorem existimaret vitam, quam sit ipsa mors, ut dicitur Ecclesiast. cap. 30. Moyses Num. cap. 11. contristatus ob Populi pervicaciam ajebat = Obsecro, Domine, ut interficias me, et inveniam gratiam coram oculis tuis, ne tantis malis afficiar =

XIV Praeterea Job in mediis suis afflictionibus dicebat cap. 6. = Et qui coepit, ipse me conterat; solvat manum suam, et succidat me = Elias fugiens Jezabelem, sub juniperum totus lassus, mortem expetebat, [illegible], dicebat = Domine, tolle animam meam = 3° Reg. cap. 19 = non enim melior sum quam patres mei = Et ut omittamus alia hujusmodi exempla, Mattathias, et Judas ejus filius lib. 1. Machabaeorum cap. 3. et 5. dixerunt = melius est nobis mori in bello, quam videre mala gentis nostrae =

XV. Et tamen quis dixerit, viros illos praefatas imprecationes sibi, aliisque facientes lethaliter peccasse? Igitur nec noster Simus lethaliter peccavit mortem sibi, suisque filiis imprecando, et maledicendo diei nativitatis suae, [illegible] Suorum filiorum.

XVI Sed respondendum est, magnum intercedere discrimen inter maledictiones Simi, et inter imprecationes, et desideria mortis, quae referuntur in citatis Scripturae locis; in istis enim gravissima, et extraordinaria mala significantur; Simus e contra sibi, et filiis mortem imprecatus est, et diei nativitatis suae maledixit, ob aerumnas, et labores huic vitae communes, non sufficientes ad ostendendum

melioram [illegible]

meliorem eidem esse mortem.

XVII Et quod praesumptum est, desiderium moriendi non
fuit dictum à Psalmista Viris sanctis ex impatientia,
vel tristitia, [illegible] sed cum totali con-
formitate animi ad divinam voluntatem;
Jonas e contra, quia optavit sibi ex illis mortem
ex sola impatientia sustinendi labores, et aerum-
nas hujus vitae communes, et absque debita
ordinatione suae voluntatis ad divinam, lethaliter
peccavit.

XVIII. Altera pars Quaesiti est hoc = Quibus utendum argu-
mentis similium imprecationum, maledictionumque
usus, alicubi frequentissimus, ut à Parocho
eliminandus. Ad hoc autem quaesitum respon-
demus, pluribus argumentis uti posse Parochum ut
eliminet usum profanum imprecationum maledicto-
rumque abolendo.

XIX. Opportunum ac utile videtur imprimis esse argumen-
tum, labores, et aerumnas, quas patiuntur homines
derivare à divina providentia quae sic ordina-
vit in poenam originalis culpae, nostrorumque
personalium peccatorum; quapropter tenentur ho-
mines culpae obnoxii se subjicere ordini
rectissimo divinae justitiae, nisi velint ex justo
Dei judicio graviores calamitates perpeti in hac
vita et aeternas poenas post mortem.

XX. Alterum argumentum esse potest, quod per tribula-
tiones, et aerumnas in hoc mundo, si patienter eas
sustineamus, nos forte acquisituros aeternam beatitudinem
eamque uberiorem pro modo nostrae temporalis [illegible]
[illegible]. Multum etiam prodesse afferre
exemplum Christi Domini, qui [illegible]
[illegible], qui in hoc mundo sine [illegible]
[illegible]

simos cruciatus usque ad mortem perpessi sunt, et maledicentibus benedicebant obtemperantes praecepto Domini, ut constat ex illis Apostoli verbis 1.a ad Cor. 4. = maledicimur, et benedicimus.
Quapropter ~~item~~ Apostolus Petrus ep. 1. 3. omnem prohibet maledictionem inquiens: = nec maledictum pro maledicto: Qui plura [illegible] alia argumenta ut voluerit adeat [illegible] et commentatores
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~

I. Posterior ex propositis duobus casibus exhibetur sub hac specie. ~~Ernestus petit a Judice juramentum deferri adversario suo,~~ quem cateroquin, tum Ernestus, tum judex certo habent, sin minus valde dubitant [illegible] [illegible] peieraturum.
Num honeste petat Ernestus [illegible] [illegible] Judex. [illegible] [illegible]

II. Casus iste duplicem continet partem, alteram nempe personam privatam Ernesti, alteram judicis personam publico munere fungentem: et [illegible] periurii [illegible] vel qui praecognitio [illegible] est certa, vel est dubia.

III. Pro qualiti resolutione censemus, privatam personam Ernesti catholice peccare, petendo a judice deferri adversario suo juramentum; minime vero delinquere judicem, qui ad instantiam Ernesti defert juramentum.

IV. Quod Ernestus catholice peccet, probatur doctrina S.i Augustini, qui sermone 16. de Sanctis ait = ille, qui scripsit in cordibus vestris, quod dico: ille, qui hominem provocavit ad iurationem, et scit [illegible] cum [illegible] esse iuraturum, vincit homicidam.

homicida corpus occiderit, et
cidam quoniam
ille animam. — Itemque docet S. Thomas 2.2.
quaest. 98. art. 1, estque communissima theo:
logorum sententia.

V. Nulla enim potest adduci causa, quae à peccato mortali excuset Ornellam petentem tale juramentum. Non quidem fruitio proprii juris, non recuperatio propriae rei, non firmatio veritatis aut alicujus contractus, seu conventionis: immo contrarium potius resultat. Statim namque ac Adversarius juravit cum falsitate Ornellae non competere jus, suam non esse rem, ipse Ornellas rem suam non recuperat, immo eam perdit simulque perdit propriam animam, ex illum sui adversarii pejerantis.

VI. Nec juvat asserere, quod ille, qui scienter falsum jurat, se interficit et non qui jusjurandum exigit. Nam S. Augustinus citato loco ait: ille suo perjurio se peremit, sed iste manum interficientis expressit et pressit. Nec etiam juvat urgere licentiam qui jurat pejerare, jam se de peremit, priusquam reipsa pejeret; ideoque qui tale juramentum exigit, non est censendus causa interitus pejerantis. Non, inquam, juvat sic urgere; quandoquidem pejerandi voluntatem saepe non habent homines, dum urgentur ad jurandum; igitur exactor juramenti est causa, ut perjurium opere compleatur.

VII. Quod vero attinet judicem, quem a peccato immunem jam asseruimus, pro irrefragabili fundamento alligamus communem Theologorum sententiam innixam doctrinae S. Thomae qui 2.2. quaest. 98. tradit, ipsum judicem exigendo juramentum, secundum ordinem juris, ad petitionem alterius, nequaquam

ut persona privata
peccare, etiamsi sciat, alium fore commissurum perjurium; (Judex enim ratione publici officij quod gerit, non potest sequi privatam suam scientiam, sed debet administrare justitiam secundum allegata et probata ad praescriptum juris, idest servato semper juris ordine, qui cum publico damno, et sine dolo non debet, nec potest subverti.

VIII. Cum igitur supponendum sit juris ordinem in nostro casu postulare, ut judex ad petitionem seu instantiam Ernesti exigat juramentum ab adversario ejusdem Ernesti; profecto judex ipse non peccat tale juramentum exigendo; quamvis et ipse, ut privatus, pro certo habeat, sive minus prudenter dubitet, fore pejeraturum Ernesti adversarium.

IX. Si autem judex, qui certus est falsum juramentum fore, omittendum ab eo, quem in judicium vocat ad instantiam Ernesti, illud deferendo non peccet; profecto nec peccabit in casu, quo versatur in dubio de falsa juratione, proferenda per adversarium ejusdem Ernesti.

X. Cum quid autem idipsum censeri debeat de Ernesto, videlicet, quod sicut ipse lethaliter peccat petendo a judice juramentum deferri adversario suo, quem pro certo habet fore pejeraturum; pariter pecc. lethaliter in casu quo duntaxat dubitat de perjurio committendo, et judicamus, Ernestum in casu tali, dubij non peccare lethaliter, quia debet praesumere suum adversarium non fore pejeraturum, cum nemo praesumendus sit malus, nisi certo innotescat de ejus nequitia, et quidem in eodem genere.

XI. Aliter enim vix possent homines, ab aliis juramentum petere ob metum, vel dubium de perjurio.

Sequa

si quis rebus suis injuste spoliarentur. Profecto juramentum est opportunum remedium, a legibus, et sacris canonibus introductum, ad veritatem delegendam, quando ea aliis non possit haberi; ut nempe, qui veritatem dicere sponte renuit, terrore gravissimi criminis, scilicet perjurii, quod committeret si eam celaret, induceretur ad eam sincere fatendam; igitur juramenti remedio licite uti possumus; nec ab hoc jure certo et a legibus nobis probato possumus exturbari propter solum dubium futuri perjurii.

...ofecto
...gibus,
...m
... ; ut
...e, per
... com:
... sindre
... uti
...bus
...ptide
...uem

Congregatio Generalis diei 5. Augusti

Ob recentem diuturnam meditationem, quam per [illegible] trimestre [illegible] validas [illegible] [illegible] animique [illegible] quibus [illegible] in dissertationibus [illegible] legentur [illegible] [illegible] hodierna congregatione [illegible] more solitum nostrum [illegible] observabimus, [illegible] tamen brevitatem [illegible] [illegible] exercitando [illegible]

[illegible] est [illegible] [illegible] [illegible] in sacris

I [illegible] constitutus negat se velle recitare Divinum Officium, nisi [illegible] de lege hujusmodi obligationis [illegible] ab Episcopo [illegible] idem recitare in ordinatione.

[illegible] hoc casu duo proposita sunt quaesita: primum: [illegible] [illegible] secundum: [illegible] omittendo recitationem [illegible] ab Episcopo injunctam.

[illegible] Quaesitum de [illegible] in

II [illegible] attinet primum [illegible] obligationem [illegible] sacris constituto [illegible] sub reatu peccati mortalis Divinum Officium [illegible] ipse [illegible] est ad innumeros insignes Doctores Theologos, et Canonistas, qui communiter docent, ejusmodi obligationem provenire ab universali consuetudine S. Matris Ecclesiae, inque ab Apostolorum tempore fuit semper et ubique servatum [illegible] Subdiaconos, Diaconos, ac Presbyteros etiam non habentes ullum beneficium, Praebendam, sub gravi obligatione teneri [illegible] ordinis sacri et tanquam publicos ministros [illegible], ad recitandum privatim horas Canonicas.

III [illegible] sententiam [illegible], [illegible] sequuntur [illegible]

libro quos citat Suarez de Religione tract. tit.
i cap. 4 num. i Lessius de Iustitia et iure, lib. 2
cap. 37. dub. 9. et Reginaldus in sua Praxi Fori Poe-
nitentialis lib. 18 num. 135. et 136. ubi communem
praefatam doctrinam firmat sequentibus his verbis
" Diaconi ac Subdiaconi obligationem recitandi horas
, canonicas ratione Sacri Ordinis provenire
, ex antiqua, et generali consuetudine, quae cum
, sit rationabilis, et legitime praescripta, vim legis
habet juxta cap. ult. extr. de consuetudine
" consuetudinem esse rationabilem constat ex eo quod
IV Cum ministri Ec-
clesiae per ordinem sacrum deputantur
se ad celebrandum divinum cultum, et aequum sit
ne in incertum ferrentur ab
initio, quae quidem fuerunt determinata, prout modo leguntur
ipsa Ecclesia fuerunt determinata, prout modo leguntur
tur in Breviario. Est igitur rationi consonum ut
Ordinati in Sacris subeant quotidie hoc onus, ad quod
se obligarunt amplectentes statum vitae ad hanc
recitationem destinatum per susceptionem Ordinis
Sacri.
V: Fuisse autem, et esse omnibus Clericis in Sacris constitutis
praescriptam hanc consuetudinem nemo unquam dubi-
tavit, aut dubitat, cum semper observata fuerit
per cursum decem, ac septem saeculorum, et ultra
in Ecclesia Catholica, idest jam a
tempore Apostolorum: et veritatem hanc compro-
bant plurima testimonia ex Sacris historiis, et
probatissimis Auctoribus deducta, quae fuse congessit
celebris Clericatus in sua Decision. 26. de Sacramento
Ordinis.
VI Ex omnibus ejusmodi testimoniis evidenter demonstratur, jam
a tempore Apostolorum coepisse usum, usque ad
praesentia tempora continuatum, ut Clerici in Sacris
constituti, etiam nullum beneficium habentes, re-
citaverint

citaverint quotidie ~~[illegible]~~ divinum officium:

et profecto S. Clemens lib. 8. Constit. Apostol. cap. 34. id demonstrat in illis verbis: Precationes facite mane, hora tertia, ac sexta, et nona et vespere, atque ad galli cantum; hoc autem loquendi modo horarum canonicarum tempus, ac methodus designatur, et usus earum injungitur quoad omnes ordinatos.

VII Quamvis vero recitatio horarum Canonicarum, seu Psalmodiae coeperit cum ipsa Ecclesia, idest tempore Apostolorum, ~~[illegible]~~ exhortatione, non solum Clerici omnes, sed ~~etiam~~ viri ad fidem conversi congregabantur simul ad psallendas die, ac nocte divinas laudes, ut testantur [illegible] S. Patres antiqui, incertum tamen est, quis eas composuerit ex Psalmis, Hymnis, Lectionibus, Responsorijs, ~~Versiculis, Benedictionibus, Absolutionibus, Capitulis, Invitatorijs, Antiphonis, Collectis, seu Orationibus~~, quibus omnibus organizatur Breviarij corpus.

VIII ~~[illegible]~~ Sed hoc non obstante ~~[illegible]~~ est [illegible] omnes dictas partes revisas, expurgatas, et firmatas fuisse cursu temporis a respectivis Summis Pontificibus, Gonzalez in Cap. Cum de celebrat. Missarum num. 19. refert, a Theodosio Imperatore anno 368 rogatum Damasum Papam, ut Divinum Officium pro singulis septem horis in melius disponeret, hoc fuit commissum S. Hieronymo ob eximiam ejus

IX Peritiam in Sacra Scriptura, et in linguis Hebraica, Graeca, ac Latina, ~~et~~ illud [illegible] anno 38[illegible] [illegible] servatur, [illegible] Psalmi ~~[illegible]~~ Storie Dat[illegible]. sic constituta Breviarij forma fuit a Gelasio Papa confirmata anno 494 in Concilio Romano, ac subsequenti saeculo fuit revisa, et ad recitandum proposita a S. Greg.

a S. Gregorio Magno:

X Quoniam vero alii, atque alii irrepserant abusus posterioribus temporibus, Innocentius III. circa 1200 ordinavit ejusdem Breviarii, ac etiam Missalis reformationem, quam Gregorius IX. Author V. libr. Decretalium approbavit, et ubique observari decrevit. Nihilominus tamen trium subsequentium saeculorum decursu novi alii irrepserant abusus, et praesertim in mutilatione Psalmorum, ac introductione ad Episcoporum libitum novarum lectionum; ideo Concilium Tridentinum Sess. 25. in Decreto de Indice librorum, de Catechismo, Breviario, et Missali, requisivit Romani Pontificis judicium, et auctoritatem.

XI. Proinde S. Pius V. Anno 1568. purgavit et ad legitimam formam reduxit, tam Missale, quam Breviarium Romanum, ut constat ex ejus Bulla incipiente: Quod a Nobis, in qua praecepit ut in toto Orbe servetur ab illis, qui tenentur horas canonicas recitare, jussitque Praelatis, ut id introducant tam in Choro, quam extra Chorum.

XII Anno 1602. recognitum fuit Breviarium Romanum a Clemente VIII., quia ob incuriam Typographorum et ob audaciam quorundam, erat aliquantulum depravatum. Tandem Urbanus VIII. Anno 1631. aliqua quae ex rudi Latinitate in Hymnorum metris ab elegantia deflectebant, jussit castigari, et poliri, vel ex integro condi, fecit. Habemus igitur in praesenti Breviarium omnibus numeris ac perfectionibus absolutum, ut constat ex Bullis dictorum Pontificum Clementis VIII. et Urbani VIII. initio ejusdem Breviarii impressis post illam S. Pii V.

XIII. Etsi vero fere saeculi ecclesiastici horarum canonicarum ordo, et forma, quibus nunc recitantur, ~~introductio facta fuerit~~ derivaverint, primaevam tamen originem

flore

quoad substantiam
horae [illegible], uti [illegible] consuetudine
Apostolorum tempore jam introducta, et ab ali-
quibus Conciliis tum Generalibus tum Provincialibus
Summorumque Pontificum Decretis probata, vim
habens obligandi sub culpa mortali tria Ecclesiastica-
rum personarum genera, videlicet possidentes beneficia
quibus est annexum onus recitandi, et respective
psallendi ipsas horas Canonicas.

XIV. [illegible] personarum Ecclesiasticarum, quae pensum divini
officii quotidie persolvere tenentur, sunt Religiosi
professi, utriusque sexus, in Religione [illegible]
Ad tertium genus pertinent Clerici ad sacros Ordines promoti
[illegible] Subdiaconi, Diaconi, ac Presbyteri, etsi nullum
habeant beneficium neque alicui Ecclesiae sint deputati
seu adscripti.

XV. [illegible] in Sacris constitutis
[illegible] aequo, se velle recitare
[illegible] tenere [illegible] in conspectu [illegible]
divinum officium [illegible] evidenter demonstrar[e]
[illegible] adduximus ad [illegible] obligationem derivandam
[illegible] hujusmodi [illegible] nec a divino positivo
non ex jure naturali divino, nec etiam ab [illegible]
[illegible] jure Scripto, sed a vetustissima consuetudine
[illegible] ab Apostolorum traditione [illegible]
originate [illegible].

XVI. ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ testimonium S. Augustini [illegible]
(extat ~~[illegible]~~ [illegible] dicentis: Quod universa
contra Donatistas [illegible]
tenet Ecclesia nec Conciliis institutum, sed semper
auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur.
et lib. 5. cap. 23. idem S. Doctor ait: Sunt multa,
quae universa tenet Ecclesia, et ob hoc ab Apostolis praecepta
bene creduntur, quamquam scripta non reperiantur.

XVII Probationem igitur ~~[illegible]~~ Apostolici praecepti facit
vetustissima consuetudo universalisque observantia
ejusdem recitationis, quae denotat [illegible]

ex traditione, fide in totam Ecclesiam diffusum, et in eadem Ecclesia ab ejus initio usque ad praesentia tempora servatur.

XVIII. Quod alterum quaesitum his verbis conceptum Qualiter omittendo [illegible] (prius nempe in Sacris constitutis) [illegible] recitationem precum ab Episcopo injunctarum. – Verum recitationem precum ab Episcopo injungere Minoristis quidem est Episcoporum in ordinatione injungere, et recitationem Psalmorum poenitentialium, et recitatio nocturni Subdiaconis, et Diacono ac etiam [illegible] celebratio [illegible] Sacerdotio initiatis trium Missarum, ut constat ex Pontificali Romano.

XIX. Fuerunt quidem nonnulli Moralistae qui profiterent recitationem cadere sub praecepto graviter obligante; sed haec opinio fuit universaliter rejecta, velut nullo solido fundamento; nullum enim extat jus, seu lex praecipiens sub gravi obligatione ejusmodi recitationem. Illarum igitur precum injunctio est tantum de consilio ut fiat in gratiarum actionem, et inter alios docet Celestinus Clericatus in sua Decisione 26. n. 39. de Sacramento Ordinis. Igitur non est onerandus [illegible] ut [illegible] [illegible] immorari.

Discusso Primo Casu, digredimur nunc ad resolutionem
Secundi, qui expressus est sequentibus his verbis =
" Florentius mandat nonnullis Sacerdotibus celebrari
" triginta Missas S. Gregorii, pro quibus stipem polli-
" cetur, si custodito ritu, et ordine S. Gregorii fue-
" rint celebratae.

I Super hoc casu propositi sunt duo quaesita: Alte-
rum = Quid sint istae Missae, et an licite semena [illegible]
sibi onus illas faciendi Sacerdotes? = Alterum: Num
juste deneget stipendium Florentius, eo quia, vel
interruptae vel non omnes de servitium facta fu-
erint.

II Discussio hujus casus potest magis inservire pro aliqua
speculativa eruditione, quam pro practica morali
instructione, ut quisque nostrum ex dicendis
prudenter judicabit. Pro fundamento principali
hujus judicii, sit responsio nostra super primo
initialibus illis verbis prioris quaesiti = Quid sint istae Missae?
(videlicet S. Gregorii)

III Non possumus autem melius respondere, quam praelle-
gerendo narrationem, quae legitur lib. 4 Dialogorum
cap. 55. Summi Pontificis Gregorii Magni, qui cuidam
Monacho nomine Pretioso Abbati sui Monasterii, respondit
[illegible] Vade, ab hodierna die triginta diebus
continuis offerre pro eo sacrificium stude, ut nullus
omnino praetereatur dies, quo pro absolutione illius ho-
stia salutaris non offeratur =

IV. Sanctus Pontifex dictum mandatum dedit Abbati Pretioso
qui ei retulerat Monachum nomine Justum, vita
functum, poenis Purgatorii esse addictum, ut ex appa-
ritione sibi facta noverat; [illegible] autem [illegible]
triginta Missis, animae [illegible]
ruit

alteri Monacho ejusdem Monasterij nomine Copioso.
vidit ~~Abbatem Pretiosum~~ eique protestatus fuit
se jam a poenis Purgatorij esse liberatum.
V. Hac igitur et non alia fuit origo celebrandi triginta Missas
continuas pro defunctis, ejusque usus manavit in Ecclesia, etiam nunc extat
~~[illegible]~~, ut patet ex Rituali Romano, indicante
non solum diem depositionis sed etiam diem tertium
septimum ac trigesimum, sic perseverante memoria
institutionis triginta missarum facta a S. Greg.
rio, praesertim ejus verbis ad Abbatem Pretiosum.
VI Sed ut fit ... earum ... fierent semper pro
... modi aliqui superstitiosi fuerunt introducti;
videlicet, ut omnes triginta missae debere esse de
Requiem; ut celebrarentur ab uno, eodemque Sacer
dote; et ab ipso celebrarentur continuis diebus
~~[illegible]~~ nulla facta interpolatione;
alteroque si una, vel altera ex his ~~[illegible]~~ circum
stantijs deficeret, amitterent valorem liberandi
animas a Purgatorio.
VII. Praefatos superstitiosos abusus fuse refert Pater ...
... de ... Lusitanus, Ordinis Eremitarum,
Magister in Theologia, in publico Bononiensi Gymn.
nasio Sacrae Scripturae Professor, et ... Com.
... in illa Cathedrali Ecclesia Decisor, in
suo libello ... edito Bergomi anno 1588.
qui ad Caelum ... ex decisis ab eo in Congregati...
8 Jan. S. ... 20 Julij ... testatur inter
alia fuisse quoque introductum, ut singulis ex
triginta diebus ante Missam dicendum esset Noctur
num illius diei, ac deinde Psalmi poenitentiales cum
precibus: et post celebrationem Missae Vigiliae
mortuorum essent recitandae, nec non quolibet die ...
VIII nandum.
Verum Summus Pontifex Gregorius Magnus ... Abbati
Pretioso non dixit, ut omnes triginta ...

de Requiem, sed praescripsit ut studeret offerri [pro] eius
pro anima oneribusque justis defuncti sacrificium Missae
triginta diebus continuis; id autem expresse fieri prae-
cepit tam in Missa de Requiem, quam in Missa
de officio currente.

IX. Nec etiam ~~praescripsit~~ dixit, ut ab uno eodemque Sacerdote
offerrentur dicta triginta missae; dixerat enim
Abbati Pretioso, offerre stude, non vero per teme-
tipsum vel per alium determinatum Sacerdotem.
Nec tandem praescripsit absolutam continua-
tionem, excludentem quamcumque interpolatio-
nem, quae ex ritu Ecclesiae in triduo
majoris hebdomadae.

X. Sacra Congregatio Rituum anno 1628. die 8.
Aprilis, suo Decreto prohibuit celebrationem
abusive nuncupatarum, ut pia,
Missarum S. Gregorij, sic offerebantur, recentibus nempe
ritu superstitioso, conditionibus, aliisque a mente tam magni
Pontificis et Ecclesiae Doctoris alienis.

XI. Planet tamen S. Congregatio Rituum Decreto suo die
2. 8. Octobris ejusdem anni probavit
[illegible] celebrationem, quae fieret
eam triginta Missarum celebrationem
juxta institutionem S. Gregorij, remotam a quocumque
ritu superstitioso, cujusmodi est, ut omnes triginta
Missae sint de Requiem, ab uno, eodemque Sacerdote
celebratae, semperque interruptae.

XII. Cum jam satisfecerimus parti primi Quaesiti, refe-
rendo quales revera sint Missae S. Gregorij, transea-
mus ad satisfaciendum alteri ejusdem Quaesiti
membro his verbis expresso. An licite sumant
sibi onus illas faciendi Sacerdotes.

XIII. Resolutio autem hujus alterius partis Primi Quae-
siti sua sponte profluit ex jam dictis: Cum enim
triginta Missarum praescriptio facta per Summum
Pontificem

Pontificem Gregorium Magnum fuerit remota à
quacunque abusiva, seu superstitiosa observantia
ideoque probata extiterit jam relato Decreto S.
Congregationis Rituum diei 28. Octobris de anno 1628,
necessario consequitur Sacerdotes licite sibi sumere
onus illas celebrandi.

XIV. Quoniam vero ex [illegible] secundo quaesito, quod est
hujus tenoris = Num juste deneget stipem Floren:
tius, eo quia vel interruptim, vel non omnes de
Requiem facta fuerint? videtur dicere super
[illegible] Florentius mandaverit celebrari tri
ginta Missas, non juxta, sed contra [illegible] praescriptionem
S. Gregorij, ideo concludendum est, Sacerdotes
licite non sumpsisse sibi onus illas celebrandi, quia
earum celebratio adversatur inhibitioni Decreti S. Congregationis
Rituum diei 8. Aprilis qui est contra praescriptionem anni
1628, et per consequens genuina [illegible]
S. Gregorij Magni

XV Nihilominus tamen pro resolutione ejusdem secundi
quaesiti, censemus, Florentium injuste denegare
stipem Sacerdotibus, qui [illegible] sibi commissas
triginta Missas celebrarunt, vel non interruptim, vel non
omnes celebrarunt de Requiem. Nam harum con
ditionum observantia prohibita est ab Ecclesia tan
quam abusiva, et superstitiosa, ut jam diximus.

XVI. Si quis in Dominica Passionis inciperet celebrare triginta
Missas S. Gregorij, numquid non deberet omittere cele
brationem triduo hebdomadae majoris? Numquid deberet
celebrare feria sexta Parasceves? Numquid in festis
duplicibus, et solemnibus, ac etiam in Dominicis
debere celebrare Missam de Requiem
[illegible] aeque proficua Missa de
XVII Pro suffragio animarum purgantium
currenti, ac Missa de Requiem. Nihil
igitur obstat contractus, seu quasi contractus Florentij
Sacerdotibus, quibus stipem pollicitus fuit si triginta
Missas S. Gregorij celebraverint, etsi non omnes inter
ruptim, nec de Requiem omnes celebraverint: et quo
inde sufficit, quod omnes triginta celebraverint, ut Floren
tius solitam eleemosynam teneatur correspondere. Quando
quidem utile per inutile non debet vitiari juxta Reg. [illegible]
[illegible]

† quod attinet Sancto
fructum provenit
entem ex sacrificio
ut omnes Theologi
concordant cum
S. Thoma id docente
in 4. dist. [illegible] q. 1.
art. 3. ad [illegible]

XVIII.

Plurima in utroque jure extant exempla quibus praefata Regula declaratur, confirmaturque verus sensus, qui est hic: Quidquid ex se, sive de iure validum est, vim, et valorem suum non amittit ob unitionem, vel accessione alicujus de iure prohibiti aut invalidi seu inutilis, ac inepti: Nam, si secus utile vitiaretur, et inutili, plurimi actus alias subsistentes, invalidi existerent, non sine confusione, ac praejudicio humani commercii.

Appendix.

Postquam usque huc scribendo pervenimus accidit nobis videre Notificationem 29. Tom. I. Summi Pontificis Benedicti XIV. immortalis memoriae, quam tanquam Archiepiscopus Bononiensis edidit die 2. Xbris anni 1734., in cujus §. 5. agitur de 30. missis S. Gregorii Magni; et quidquid ibi legitur redundat in confirmationem praefatae nostrae resolutionis: sicut, et quod prius idcirco dissperuit Clericatus in Decisione 14. de Sacrificio Missae, authoritatem sequentium complurium Theologorum practicorum, quos ibidem refert, ac Cuiac.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Pro Congregatione generali prima feria 5.
Mensis Augusti 1774

I [illegible]rior ex duobus casibus in Calendario Dioecesano studio
nitate Archiepiscopali propositis, ad [illegible] nutriendum
[illegible] a Congregatione circumscriptis est formalibus
[illegible] terminis [illegible] Anastasius post inita Sponsalia
de futuro vel de praesenti contractu, non tamen
consumato matrimonio, perpetuam seu castitatem
promittit: Duo quaesita desuper instituta
leguntur: Alterum = An licita, et qualiter valida
et obligatoria sit [illegible] [illegible]. Alterum = [illegible]
ejusdem dispensatio petiti potius deberet ?
II Priusquam pro resolutione utriusque propositi quaesiti
mentem nostram exponamus ad memoriam redu[illegible]
mus decisionem illam, quam in Congregatione
generali diei 27. Augusti de anno 1733. protuli
mus super casibus ad nostrum arbitrium propositis,
ut semper fuerat per aliqua saecula observatum
non solum a nostris praedecessoribus Theologis seu
etiam a Canonistis hujus Rev.mi Capituli [illegible]
da enim Congregatione, nostro tunc fervescente
juvenili vigore, [illegible] di[illegible] de [illegible] dissol
ventibus Sponsalia inita per verba de futuro, ac
etiam inita per verba de praesenti constituentia
matrimonium ratum; [illegible].
III Quidquid tamen sit de subversione praefatae antiquissimae
consuetudinis, est summopere dolendum, zelantissi
mum nostri veneratissimi Archipraesulis desiderium
non fuisse sortitum illum effectum quem sibi
proposuerat in publicandis transmittendisque binis
encyclicis pastoralibus [illegible]: experientia enim
demonstravit, menstruas Congregationes subal
ternas, in eisdem pastoralibus [illegible]

rerum

parum utiles, aut etiam inanes evasisse, ob negligentiam eorum, qui debuissent interesse, et non interfuerunt.

IV Quamvis ob diutinam nostram gravem aegritudinem, etiamnum et corporis et mentis aliquam sentiamus imbecillitatem conabimur saltem pro modulo satisfacere muneri nostro in praesenti Congregatione. Et quidem, quod attinet promissionem perpetuae castitatis per Anastasium Deo factam post inita sponsalia de futuro, censemus ipsam quoad comparatam fuisse omnino illicitam et invalidam nullamque habere vim dissolvendi jam eadem contracta sponsalia de futuro.

V Haec enim semel valide inita graviter obligant, et in utroque foro, interno scilicet et externo, debent adimpleri, juxta communem et certam Theologorum, et Canonistarum sententiam, innixam argumento cap. 10. de sponsalibus, ubi Summus Pontifex Innocentius III. Episcopo Pictaviensi praecipit, ut eum, qui sponsalia contraxit, ad nubendum ... moneat, et, si monitis non acquievenit, ... compellat ad sponsam recipiendam in uxorem, et ad eandem maritali affectione pertractandam.

VI Ratio autem hujus canonicae dispositionis ... est in promptu, jure naturali, quod postulat omnem mutuam promissionem ... gravi, qualis profecto sunt sponsalia de futuro matrimonio, graviter obligare et in utroque ... foro ... omnes Doctores tradunt juxta cap. 1. et 3. de pactis

VII. Siquidem Deus, supremus Author naturae, signando super homines lumen vultus sui, eis praecepit, ut

ut invitem, jura servent, reddantque officia, quae
humana societas expostulat, simulque prohibuit
datam fidem violare, damnaque, ac praejudicia
inferre proximo.

VIII. Si autem noster Anastasius sub praetextu perpetuae
castitatis, quam Deo promisit post inita sponsalia
de futuro matrimonio, ea non adimpleret, damnum,
ac praejudicium inferret sponsae, cui matrimonium
promisit, seque datae fidei violatorem constitueret;
illicita igitur, et invalida extitit ejus promissio Deo facta
de servanda perpetua castitate, nullamque
habebat vim dissolvendi jam contracta sponsalia
de futuro.

IX. Secus enim gravia inde orirentur absurda; siquidem
contingere posset, sponsam relictam non invenire
alium maritum, praesertim si aliquamdiu in
sponsalitio contractu perstiterit; quia tunc, tan-
quam vilior effecta, ab aliis respueretur; ideoque
sponsum suo statui decentem non inveniens, coge-
retur alium deterioris conditionis ducere, aut incon-
tinentiae periculo, quod foret pejus, exponeretur,
si remaneret innupta.

X. Nos omnes scimus, votum, ut sit Deo acceptabile, debere
esse de meliori bono; ac etiam scimus, non esse
obligatorium contra bonos mores praestitum juramen-
tum; in nostro tamen casu promissio perpetuae
castitatis Deo facta ab Anastasio post inita
sponsalia de futuro matrimonio, revera fuit illicita,
et invalida, nullamque vim habuit dissolvendi
dicta sponsalia de futuro. Sicut igitur apud Deum
est abominabilis eleemosina ex furto facta, ita
nec potuit esse acceptabilis promissio perpetuae
castitatis ab Anastasio facta post inita sponsalia
de...

tanquam redundans

de futuro matrimonio, in damnum
et praejuditium partis, cui promissio matrimonium

XI. In nostra Congregatione diei 27. Augusti de anno 1733 ≠ n
tot gravibus fundamentis demonstravimus, sponsa= nec
lia de futuro matrimonio, semel valide contracta, civili
tantum habere roboris, firmitatem ut ad ipsa
dissolvenda nullum justum motivum praebeant spon=
salia subsequentia, quae sponsus cum alia con=
traxisset, juramento confirmasset, eandemque
deflorasset, ac etiam impraegnasset.

XII. Haec enim omnia, nec seorsim nec simul sumpta,
possent sufficere ad spoliandam sponsam
illo jure quaesito, quod in ipsam derivavit a priori=
bus sponsalibus legitimis, ac validis; secus enim
magna aperiretur via dolis, et fraudibus; quia
sponsus, cupiens liberari priori sponsa et aliam
ducere, sine ulla alia causa posset se liberare,
spondendo nempe uni alteri matrimonium sub jura=
mento, eamque deflorando et impraegnando, quod
quam foret absurdum, et scandalosum, nemo prae=
tendens non videt.

XIII Profecto si coram Nobis, dum Archidiaconali munere
fungimur in Montibus, et in Planis, pro hoc tempore
fuimus in Montibus, et in Planis, agitata fuisset
hujusmodi contentio, nunquam potuisse=
mus nos determinare, ad ferendam sententiam
in favorem posterioris sponsae impraegnatae, decla=
rando prioretn sponsam cecidisse jure suo quaesito.

XIV. Non tamen imus inficias, immo convenimus cum
gravissimis Theologis, et Canonistis, asserentibus, quod
si posterior sponsa valde grave et non aliter, quam
matrimonio reparabile damnum pati supponeretur,
prior sponsa vero nullum damnum subitura esset
per dissolutionem sponsalium, haec titulo charitatis
teneretur cedere juri sibi quaesito ex sponsalibus;
ista tamen

ipsa tamen obligatio locum haberet duntaxat in foro interno, non autem in externo; nullo enim jure ≠ potest probari, ut quis in foro externo, ad liberandum alterum de gravi damno, ex justitia teneatur renunciare juri sibi quaesito.

≠ nec naturali nec divino nec civili, nec canonico

XV Constat ex hactenus dictis, promissionem perpetuae castitatis Deo factam ab Anastasio post inita sponsalia de futuro matrimonio, nullam habere vim illa dissolvendi. Nunc autem ulterius progrediendo, censemus, ejusmodi promissionem perpetuae castitatis ab Anastasio, Deo factam post inita sponsalia de praesenti, idest post matrimonium ratum non vero consumatum, hoc nullatenus posse dissolvere; siquidem talem vim habet duntaxat votum solemne professionis religiosae:

XVI Communis proinde, ac certa est Theologorum et canonistarum sententia, quae docet, post matrimonium rite contractum, idest cum omnibus solemnitatibus praescriptis a Sacro Concilio Tridentino sessione 24. de Reform. matrimonij, nondum tamen consumatum, licitum esse cuivis conjugum, etiam altero invito intrare Religionem, eamque solemniter profiteri: sic enim dispositum est in Cap. 2. de conversione conjugatorum, ubi leguntur haec verba: Post
" consensum legitimum de praesenti, licitum est
" alteri, altero etiam repugnante, eligere monaste-
" rium, (: sicut Sancti quidam de nuptijs vocati
" fuerunt) dummodo carnalis commixtio non interve-
" nerit inter eos =

XVII Huic canonicae dispositioni consonat illa Cap. 7. eod. tit. ubi leguntur sequentia formalia = Mandamus (: sic Alexander III. rescripsit Episcopo Brixiensi :) mandamus, quatenus, si vir illam carnaliter non

cognoverit

cognoverit et eadem ad religionem transire voluerit, recepta adeo sufficienti cautione, vel ad religionem transire, vel ad virum suum redire intra duorum mensium spatium debet =. Hinc est, quod Sacrum Concilium Tridentinum sess. 24. de Sacramento matrimonij can. 6. hanc tulit sanctionem = Si quis dixerit, matrimonium ratum non consummatum, per solemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimi, anathema sit =

XVIII. Dum igitur unus ex conjugibus religionem ingreditur, alter remanens in saeculo, potest ad secunda vota transire; idest, cum alio matrimonium contrahere; priusquam tamen id facere possit, expectare debet donec alter conjux, anno novitiatus finito emittat professionem; nam matrimonium ratum non dissolvitur nudo ingressu in religionem, sed hujus subsequenti professione; siquidem citati Sacri Canones intelligendi sunt de ingressu in religionem cum effectu, hunc autem producit solemnis professio religionis.

XIX. Sive vero Anastasius perpetuam castitatem Deo promisit post inita sponsalia de futuro, sive post inita sponsalia de praesenti, idest post contractum matrimonium, noverit se obstrictum esse ex parte sua ad servandam promissam perpetuam castitatem; etiam in statu matrimonij: sic enim in eo, juxta communem Theologorum sententiam, debet se gerere, donec super voto à Pontifice obtinuerit dispensationem, ut conjugale debitum non petat, comparti vero legitimum jus habenti, illud reddat; secus enim violati voti, seu sacrilegij reus evaderet, si forte in carnale aliquod crimen laberetur.

XX. Sed à quo potest, debetve Anastasius petere hujusmodi dispensationem? Haec est altera pars quaesiti,

cui

cui remanet respondendum. Priusquam tamen
id probemus, advertendum est, juxta communem
Theologorum sententiam quinque esse vota soli
summo Pontifici reservata; videlicet votum
castitatis perpetuae; votum Religionis ab Ecclesia
approbatae; votum peregrinandi Hierosolymam
ad Sanctum Sepulchrum; ~~et~~ votum peregrinandi
Romam ad limina Apostolorum Petri, et Pauli;
ac demum votum peregrinandi Compostellam
ad S. Jacobum: idque comprobatur argumento extra=
vagantis = etsi dominus = de poenitentiis, et remissio:
nibus, in qua sub excommunicatione prohibetur,
ne quis sine speciali licentia summi Pontificis
dispenset in aliquo ex dictis quinque votis.

XXI Nihilominus tamen, respondendo dictae alteri parti ejus=
dem quaesiti, Contendimus, Anastasium a proprio
Episcopo, ejusque Poenitentiario, seu alio delegato,
immo et a quolibet confessario Religionis mendi:
cantium, posse obtinere dispensationem super
promissione, seu voto perpetuae castitatis ~~[illegible]~~
Deo ~~[illegible]~~ a se facto, vel post inita Sponsalia
de futuro, vel post inita sponsalia de praesenti,
idest post ratum, et non consumatum matrimo:
nium.

XXII. Ratio est, quia per votum perpetuae castitatis soli
summo Pontifici reservatum, intelligi debet,
juxta communissimam Theologorum sententiam
de illa perpetua castitate perfecta, non vero
de imperfecta, qualis est illa conjugis, qui non
potest petere, reddere tamen ~~[illegible]~~ tenetur debitum
conjugale; nisi uterque conjux pari consensu, et
voluntate, ejusmodi votum emiserit, quasi in
forma mutui contractus.

XXIII

Illa

XXIII Illa namque reservatio, a Papa sibi facta, est
praejudicialis ordinariae potestati episcoporum; ideoque
tanquam odiosa stricte debet interpretari argum.
cap. 15. de R. I. in 6.° Odia restringi, et favores con-
venit ampliari. Igitur dicta reservatio voti
perpetuae castitatis intelligenda est duntaxat de
voto perfecto, absoluto, et determinato. † Promissio autem ab Anastasio facta Deo, etsi sit de castitate
perpetua, non est tamen de castitate perfecta,
ut diximus; igitur super ea potest dispensare
Episcopus, sicut et quilibet Confessarius Regularis
de Ordine mendicantium, ut constat ex privilegiis
Summorum Pontificum, quae per extensum referre
non vacat, constituunt enim quoddam Mare magnum.

XXIV Immo tam Episcopus, quam quivis Confessarius Ordinum mendicantium, possunt etiam dispensare
in voto perpetuae castitatis perfecto, quotiescun-
que adesset impedimentum recurrendi ad Papam,
vel ad ejus Poenitentiariam, praesertim si ob tale
impedimentum extaret periculum incontinentiae,
si urgeret periculum scandali, aut alterius gravis
mali, de quibus, aliisque rationabilibus motivis
fuse tractant tam Canonistae, quam [illegible]
qui [illegible] Moralistae.

Progredimur.

Progrediamur nunc ad discutiendum (ut stylo calendarij utamur) ad discutiendum alterum casum, qui est sequentis tenoris.

1 = Severus, et Terentia matrimonio adhuc sterili conjuncti,
„ ut prolem obtineant peculiari Dei servitio offerunt,
„ et vovent quem primum genuerint filium. =
Quaeritur primo, utrum commendanda sint hujusmodi
„ Parentum vota? Deinde quaenam hinc parentibus,
„ quaenam oblatis filijs oriatur obligatio?

II Fatendum quidem est plures extare Canones in Decreto Gratiani, ex quibus videtur judicandum, filios obligari ad ingrediendam Religionem cum eidem a suis Parentibus fuerant devoti. Extat enim Can. Monachum Cau. 20. quaest. 1., cujus verba sunt haec = Monachum, aut paterna devotio, aut propria professio facit. quidquid horum fuerit, alligatum tenebit: proinde his ad mundum revertendi intercludimus ~~[illegible]~~ aditum, et omnes ad saeculum interdicimus regressus =

III. Immediate ibi sequens canon idipsum enunciat disertioribus his verbis = Quicunque a parentibus proprijs in monasterio fuerit delegatus, noverit se ibi perpetuo permansurum: nam Anna Samuelem puerum natum, ~~et ablactatum~~ Deo cum pietate obtulit, qui et in ministerio Templi cui ~~[illegible]~~ a matre fuerat deputatus, permansit, et, ubi constitutus est, deservivit =

IV. Praeterea Can. 6. eadem Cau. 20. quaest. 1. juxta Decretum Concilij Tiburiensis, quod actum est anno 895: cautum fuit, liberos a parentibus religioni devotos, obligatos esse ad servanda instituta quaecunque religiosae disciplinae, sicut ea observare deberent, qui propria sua voluntate se se religioni devoverant: verba enim citati Canonis 6. sunt sequentia = Quamvis Progenitores

Quia progenitores ad Monasterium tradiderunt, et in Ecclesia coepit canere, ac legere, nec uxorem ducere nec monasterium deserere poterit: sed si discesserit reducatur: si tonsuram dimiserit, rursus tondeatur, uxorem si acceperit, dimittere compellatur =

V. Praefati tamen tres Canones, et quotquot accedentes ad eadem non sunt intelligendi, nisi de liberis, qui postquam ad annum pubertatis venerunt, votum a suis parentibus emissum libera voluntate, ac libentiori animo ratum habuerunt, ut observat Glossa in praefatum Canon. 3. verbo oblatum, ubi legitur sic = Pro hoc probatur exemplo Samuelis, qui oblatus ad Anna, cum jam esset ablactatus a matre, in servitio Dei permansit et paullo post dicitur = Et intelligitur hoc caput de illis, qui post legitimam aetatem consenserunt, vel qui tempore oblationis erant doli capaces = et mox subjunguntur haec verba = Illa oblatio non sufficeret, nisi ipse (: idest Samuel.) ratum habuisset =

VI. Quod sic, et non aliter praefati Sacri Canones intelligendi sint convincit authoritas antiquorum Sanctorum Patrum, quos inter vel solum S. Basilium sufficit allegare. Ipse enim S. Doctor in Epistola ad Amphilochium cap. 18. postquam asseruisset, illam solam censendam esse veri nominis virginem, quae propria voluntate, suaque sponte, se totam Deo consecravit, addidit, oblatas voluntate parentum suorum non ante recipiendas esse, quam declaraverint, sese religiosae professioni emittendae libere consentire: sed ejusdem S. Doctoris referamus verba formalia, quae sunt haec = Multas enim parentes, et fratres offerunt,
" et quidem eorum, qui eas cognatione attingunt, ante
" aetatem, non ex se ipsis ad caelibatum incitatas, sed
" saeculi quippiam procurantes, quas non facile

admittere

admittere oportet, donec aperte propriam suam sententiam perverterit fuerintque =

VII Antiquis sacris Canonibus, Sanctorumque Patrum Doctrinae consona semper fuerunt plurium sequentium Summorum Pontificum Decisiones, ut constat ex toto Titulo Decretalium Gregorii IX. De Regularibus, et praesertim Alexandri III. quum in Cap.o Significatum est = rescribens Episcopo Bellovacensi declarat, ejusmodi professiones, seu vota esse nulla, nisi ipsa fuerint a liberis comprobata, et ratificata, postquam ad legitimam aetatem pervenerint.

VIII Sub eodem titulo de Regularibus legitur Clementem III.um in Cap. 12 de quadam puella, quae fuerat a suis parentibus monasterio oblata, in quo benedictionem et habitum virginitatis susceperat, ac deinde discesserat, et matrimonio fuerat copulata, respondisse juxta dispositionem Concilii Toletani IV., videlicet, esse quidem validas oblationes liberorum factas Clero, et Monasteriis ex voto parentum, B. dummodo tamen propria ipsorummet liberorum accesserit voluntas, postquam pervenerint ad aetatem discretionis.

IX ~~VIII~~ Haec autem aetas olim reputabatur esse illa pubertatis, idest in maribus aetas quatuordecim annorum, et in foeminis aetas duodecim annorum. Sed Sacrum Concilium Tridentinum Sess. 25. de Regularibus Cap. 15. determinavit aetatem annorum 16. tam quoad mares ~~viros~~, quam quoad foeminas necessariam esse pro validitate professionis religiosae. ~~[illegible]~~

X Et Cap. 18. ejusdem sessionis anathematizavit omnes, et singulas personas, cujuscumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, quam laicos, saeculares vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fulgentes, si quomodocumque coegerint aliquam virginem vel viduam, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cujuscumque Religionis, vel

ad emittendam professionem: et pariter anathemati-
zantur qui consilium, auxilium, vel favorem dederint;
ac demum scientes virginem, aut viduam, non sponte
ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut
professionem emittere, quoquomodo eidem actui, vel
praesentiam, vel consensum, vel auctoritatem inter-
posuerint: ac tandem anathematizantur illos, qui per-
[illegible]ctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem
veli accipiendi, vel voti emittendi quoquo modo sine
justa causa impedierint. [En quot legiones anathematizatorum]

XI. Verum, ne ulterius abutamur vestra patientia, nostram reso-
lutionem super utroque quaesito ad alterum casum,
edicimus. Censentes imprimis vota parentum, peculiari Dei
servitio offerentium, quem primo genuerint filium,
significare quidem pium, sanctumque illorum desi-
derium, eo tendens quod filius nasciturus, ut peculiare
Dei servitium Deo praestet, inter clericos, vel saeculares
vel regulares adnumeretur, sicque consequatur sortem
Domini, et haereditatem, qua major, meliorve nulla
esse potest: ideoque hujusmodi vota parentum in
hac parte non sunt reprehendenda, quin potius com-
mendanda, velut collimantia ad procurandam filio nasci-
turo salutem aeternam.

XII Nihilominus tamen censemus ex altera parte esse consul-
tius abstinere ab ejusmodi votis emittendis, utpote
quae sunt in se inania, et insufficientia ad augendam
Deo laudem, et honorem; quin potius possunt esse
periculosa; quia ab eisdem votis facile oriretur, ut
parentes nimio zelo, ac fervore pereiti utantur mediis
minuentibus illam filii nati libertatem, qua se Dei
servitio offerat pleno corde, animoque lubenti, et
hilari.

XIII Contigit proinde consuetudinem illam, quae dicitur originem
traxisse ex capite 59. Regulae S. Benedicti, juxta
quam recipiebantur in Monasteriis pueri, quos
paterna Religio, et pietas Deo obtulerant; ipsorum

[illegible]

fuisse multorum contradictionem, ac etiam impre:
bationem subijsse in Concilio Moguntino, quod cele:
bratum fuit anno 813. ut eruditissimus Pater
Mabillonius, Benedictinus, ex celebri Congregatione
S. Mauri in Francia, refert in sua praefatione, ad
sextum saeculum Benedictinum; statutum namque
fuit Canone 23. dicti Concilij Moguntini, ut illi
qui tunc inventi sunt in Canonico, sive in Monas:
=stico ordine tonsurati sine eorum voluntate,
si liberi sunt, ita permaneant, et deinceps cavendum,
ut nullus tonderetur sine legitima aetate, et spon:
tanea voluntate.

XIV. Quod demum attinet resolutionem posterioris ex dictis duobus quaesitis, idest, quaenam obligatio oriatur parentibus ab emisso eorum voto, et quaenam filio per ipsos oblato, Censemus, dictos parentes teneri removere quodlibet impedimentum circa liberam electionem status a filio faciendam; posse tamen eundem filium opportune monere de voto ab ipsis parentibus emisso, ac etiam posse ipsum filium suasionibus, et blandis precibus inducere ad exequendum dictum votum.

XV Verum quod attinet ipsum filium Censemus nulla prorsus obligatione eum adstrictum esse ad exequendum votum suorum parentum; immo esse in plena libertate amplecten: di talem vitae statum, quem judicaverit sibi esse magis expedientem ad consequendam salutem aeternam.

XVI Hanc autem nostram resolutionem veram esse, plene de: monstratur ex genuino sensu, in quo intelligendi sunt relati a nobis Canones 3. 4. et 5. Cau. 20. quaest. 1., et luculentius comprobatur Cap.° Signifi: catum est. Alexandri III. et Cap. Cum virum Cele: stini III. ~~tit.~~ de Regularibus, nec non ex alijs Decre: talibus sub eodem titulo ~~sequentibus~~ comprehensis.

XVII Itaque vel sola naturalis ratio eandem veritatem demonstrat.

demonstrat; cum enim votum debeat esse de opere, et pacto proprio, circa quod pro sua libertate debet quisque posse disponere; necessario est inferendum votum illud parentum esse mortuum inane, nulliusque roboris ad effectum obligandi eorum filium primo nasciturum: Igitur ipse filius, cum fuerit natus, et pervenerit ad aetatem discretionis, libere poterit illum vitae statum eligere, quem crediderit sibi magis esse profuturum ad consequendam vitam aeternam.

Pro Congregatione generali ~~feria~~ diei V. Mensis Maji 1775.

Fungor jam per annos quadraginta tres hoc munere Theologali, mihi a beneficentia hujus Revdmi Capituli collato ea ipsa die Vigiliæ Pentecostes, qua ego, tunc mea studia prosequens in Romana Curia, fui de Canonicatu, quem possideo, provisus a Summo Pontifice Clemente XII.

Nunc autem tot annorum pondere gravatus, totque exantlatis laboribus enervatis, ac pene fractus, sentio me proximum ad reddendam districtam rationem justo Omnipotenti Deo de omnibus totius vitæ meæ actionibus: firmam tamen spem foveo, me non fore redarguendum ob ullam doctrinam, quæ adversata fuisset sacrosanctæ Legi Evangelicæ, et sanæ Morali Christianæ: semper enim conatus fui, me conformare Verbo Dei scripto, et tradito, Ecclesiasticis Constitutionibus, Sanctorumque Patrum sententiis; ne ulli privato ratiocinio fidens, meam, aliorumque conscientiam infeliciter deciperem.

Duo illi casus, qui in fine Calendarii Diœcesani propositi sunt Auctoritate Nostri Illmi, et Revdmi Archipræsulis, ~~et~~ in hodierna Congregatione discutiendi,

ob practicam utilitatem, quam respiciunt, Nobis desuper versandum est ~~[illegible]~~ possibili claritate, ~~[illegible]~~.

Primus ex dictis casibus legitur propositus formalibus hisce verbis =

„Titius, et Cajus, sive ex voto se obligaverint certis
„ cujuslibet Sabbhati feriis jejunare, sive solis
„ teneantur jejuniis ab Ecclesia preceptis, jejunare
„ nolunt, quod alter nondum complevisse vige-
„ simum primum ętatis annum, attigisse sexagesi-
„ mum, alter dubitet.
„ Queritur, an licite agant?

1. Theologi communiter docent, obligationem jejunandi, proficiscentem ex voto, distinctam esse ab ea, quam inducit Ecclesiasticum preceptum. Votum namque lex est quędam particularis, quę voventis personam obstringit juxta ejusdem voventis propositum, et intentionem, nec ultra ipsam extenditur. Actus enim libere agentium secundum communem cum Theologorum, tum Jurisconsultorum effatum, non operantur ultra eorundem agentium intentionem; igitur hęc unice attendenda est in subeunda voti obligatione, et si semel de voti obligatione, ejusdemque circum-

stantiis

tantiis constat, non est attendendum ad commu-
nem, probatamque consuetudinem incipiendi jeju-
nii quoad unicam comestionem, adimpleto
duntaxat vigesimo primo ætatis anno.

2 Voti autem emittendi capacitas ea est idonea, quæ
sufficit pro aliis Christianæ Religionis officiis
adimplendis: igitur vovens debet esse rationis
compos, et proinde scire debet, qualis, ac quanta
ex voto derivet obligatio; talis autem capacitas
non potest esse in homine carente usu rationis,
et ideo communiter Doctores statuunt pro hujus-
modi capacitate decursum annorum septem;
verum hæc determinatio non est intelligenda
mathematicè, quin potius moraliter; quia si
in aliquo infante usus rationis incipit circa
septennium, in alio non ita, sed post octavum,
ac etiam post nonum annum.

3 Certum est, eum, qui vovit jejunium, sibique tempus
præstituit illud incipiendi, statim ac tempus
ipsum advenerit, obligari ad illud observandum,
quamvis needum compleverit annum ætatis suæ
vigesimum primum; ideoque qui professus
est Religionem obligantem sub gravi præcepto
ad jejunium, hoc sub gravi obligatione teneatur
observare, quamvis compleverit duntaxat annum
decimum sextum.

Quia

4 Quia, = ut ait Sylvius in 2.2. q. 147. art. 4.
per Professionem se obligavit ad præcepta regulæ, ac sponte suscepit legem in ea expressam = . Sicut igitur Laici ante vigesimum primum ætatis annum quibusdam singularibus diebus ad jejunium tenentur, si ad illud voto se adstrinxerunt; non dubium est etiam, quin ad illud pariter teneantur Religiosi, qui professi sunt regulam præcipientem jejunium, etiamsi attigerint tantum annum decimum sextum. 7

5 Si vero Novus intenderit jejunium incohare, et observare, postquam inceperit vulgaris annus vigesimus primus ætatis; et deinde dubitet, an annum ipsum compleverit, tenetur diligenter inquirere, an revera eundem annum vigesimum primum compleverit; in tali hypotesi, non incohando jejunium, peccaret, quia se committeret discrimini violandi suum votum: est enim generale principium ab omnibus Theologis admissum = quod in dubiis tutior pars sit eligenda =.

6. Ex hoc ipso Theologico principio dependet resolutio respectu dubitantis, num compleverit ætatem anni sexagesimi; sed circa hoc punctum videtur, sic dubitans versari in falso suppo- 8

sito

7

sito, videlicet, præceptum jejunii Ecclesiastici habere
pro termino ætatem sexagenariam. Revera
fuerunt, et sunt non pauci Theologi docentes
senem sexagenarium non modo debilem, sed
etiam robustum, atque fortem liberum esse
a lege jejunii; quemadmodum ab ea exemptus
est juvenis ante annum vigesimum primum.

7 Sed multo plures, iique doctrina, et pietate insignio-
res, id denegant; et profecto Sanctus Tho-
mas ætatem accuratè designavit, qua instat
præceptum jejunii, determinando annum vigesi-
mum primum; sed non duxit opportunum
determinare eam ætatem, qua ipsa obligatio
cesset, ut videre est 2. 2. q. 147. art. 4. ad 2.
item in 4. dist. 15. q. 3. art. 2. q. 3. in ⊙.
Quia reipsa non ætatis, sed virium personæ
habenda est ratio, ad judicandum, num alicui
incumbat obligatio jejunii, eandemque senten-
tiam secutus fuit Sanctus Antoninus 2. par.
Sum. Theolog. tit. 6. cap. 2. §. 6. ubi dicit,
non desumendam esse obligationem jejunii a
senectute, sed a viribus, et habitu corporis.

8. Et quidem multi sunt septuagenarii senes viribus,
et valetudine firmiores, quam qui quinquaginta
annos non attigere: concludendum igitur est
nullum esse determinatum tempus, quo dici

queat

queat, cessare jejunii obligationem, et consequen=
ter sexaginta, et plures etiam annos natum
hominem jejunii Lege non teneri; dum
absque notabili sanitatis suę detrimento ipsius
austeritatem per vires ferre potest. Etiam
Navarus doctissimus Canonista in suo Ma= 9.
nuali cap. 21. nº. 16., et complures alii
tam Theologi, quàm Canonistę, eandem
docent sententiam: et reapsè videmus om=
nes ferè Senes, exceptis debilibus, et infir=
mis, servare jejunium, ut de se testatur
allegatus Navarus: et proindè verificatur,
quod Sanctus Basilius protulit sermone secun=
do de jejunio, inquiens = Senibus assue=
tudo, ac familiaritas ab antiquo ad jejunium
levem facit laborem =

Alter casus sequentibus hisce verbis legitur fuisse 20
propositus =

" Recentior quidam docet, Ecclesiasticum jejunium
" non infringi, si vesperi octo uncię cibi
" comedantur; vel etiam ea quantitas, quę
" propè ad cęnam non accedat.

" Quęritur primò, an doctrina hujusmodi solido

nitatur

,, nitatur fundamento?
,, Secundò quænam, tùm circa quantitatem, tùm cir=
,, ca qualitatem præscribi, observarique debeant
,, in devotiva collatione? ===

9. Certum est, usque ad tempus S. Thomæ in diebus jejunii ab Ecclesia præcepti unicam ab ea fuisse permissam refectionem; ipse enim S. Doctor 2. 2. q. 147. art. 6. in ☉ loquitur sic === Ecclesiæ moderatione statutum est, ut semel in die jejunantibus comedatur === Et in 4. dist. 15. q. 3. art. 4. quæstiunc. 1. in ☉ hæc habet === Intendit autem
,, Ecclesia, ut semel in die
,, jejunans manducet: et ideo si aliquorum
,, sumptio, secundùm quæ manducatio solet comp=
,, leri, iteretur, jejunium solvitur ===.

10. Labente sæculo XIV., et ineunte sæculo XV. Christiani cœperunt sumere in collatiuncula vespertina, seu cœnula, præter potum, fructus, et herbas in modica quantitate, ut colligitur a Celebri Patre Mabilonio in suis Dissertationibus ad sæcula Benedictina: necdùm usque tunc erat invectus usus comedendi panem in ipsa collatiuncula, imò bucella panis

existimabatur

existimabatur frangere jejunium, ut testatur S. Antoninus par. 2. Sum. Tit. 6, §. 9.; tractu tamen temporis bolus panis, idest, uncia cum Dimidia circiter erat permissus, ut constat ex Actis Ecclesiæ Mediolanensis pag. 817. editis a S. Carolo Borromeo, qui vivebat labente sæculo XVI.

11. Verum hæc quantitas ineunte sæculo XVII apud Theologos venit in controversiam, ita, ut alii opinati fuerint addi posse aliam modicam quantitatem, imo collatiunculam vespertinam licitam esse, si non excedit septimam, ac etiam octavam cibi unciam.

Quamvis vero nunquam ab Ecclesia fuerit expresse approbata ulla cibi quantitas pro serotina collatiuncula, tacito tamen ejusdem Ecclesiæ consensu, idest generali Consuetudine, permissa, ac licita esse censetur, ob corporum infirmitatem, quæ Mundo senescente magis magisque augetur.

12 Quibus præmissis videtur respondendum esse ad primum ex duobus quæsitis, nullo solido niti fundamento doctrinam Recentioris Anonimi, 13.
qui docet, Ecclesiasticum jejunium non infrin:

gi

gi si vesperi octo unciæ cibi comedantur, vel etiam ea quantitas, quæ propè ad cænam non accedat: nam si allegari possunt aliqui Moralistæ, seu Casistæ, quorum opinio utrique parti allegatæ doctrinæ Anonimi videatur favere, longè majoris numeri sunt ii Theologi, et quidem doctrinâ, et pietate excellentiores, qui contrarium docuerunt, innixi argumentis prudentioribus, velut magis cohærentibus indoli jejunii, ejusque fini, qui est compescere carnis illecebras, Divinæ satisfacere Justitiæ pro peccatis commissis, mentem alacrem, et expeditam reddere, ad capienda Divina; ideoque censemus, tenendam esse mediam viam, quæ neque ad rigorem, neque ad laxitatem vergit, et proindè judicamus, quantitatem cibi pro licitâ collatiunculâ diebus jejunii esse posse illam quinque, vel sex unciarum; illam verò quantitatem, quæ accedat ad solitam cænam, esse illicitam, velut valdè periculosam, et fini jejunii non cohærentem.

13. Fatendum tamen est, propositam Nostram opinionem, concernentem quantitatem cibi pro collatiunculâ serotinâ, posse aliquatenus modificari, diver=

samque

samque, ac variam admittere Determinationem, 13.
pro varietate nempe personarum, et ætatum, complexsionum, et occupationum, item Regionis calidioris, et frigidioris; plus enim indiget, ac sumere potest homo provectæ ætatis, quàm alius consistentis ætatis, et homo pluribus functionibus, studiisque exercitatus, nec non negotiis caput fatigantibus, quàm alter omnimodè vacans, aut levibus curis occupatus.

14. A quantitate cibi sumendi in serotina collatione transeamus ad qualitatem ejusdem cibi. Sed etiam idcircò variæ, multiplicesque sunt Moralistarum opiniones, ut aplicabile sit illud Dictum = quot capita, tot sententiæ =; quia nihil certi invenitur determinatum, ne quidem a Consuetudine, quia praxis est multiplex, sicut multiplices sunt Regiones, in quibus viget præceptum jejunii. Longum esset referre multiplicitatem, et varietatem dictarum opinionum: eam amplectendam proponimus, quæ a majori Moralistarum numero traditur, tanquàm magis congruens indoli ac fini Ecclesiastici jejunii.

Communius

15. Communius autem traditur, et ab hominibus prudentibus, et timoratis observatur, ut in collatiuncula vespertina sumantur fructus arborum, poma, pira, ficus, uvæ, oleæ, nuces, herbæ, sive crudæ, sive coctæ; sumptio autem panis sit in modica quantitate, idest, quanta sufficit ad comedendum obsonium, vel ad sumendum vini craterem, ut disponatur stomacus ad digestionem. De pisciculorum comestione tanta est disceptatio inter præfatos Casistas, ut ~~[illegible]~~ difficile foret determinare, qualis opinio sit præferenda; ~~quidquid enim diceremus nihil posset esse quam incertum~~.

Argumenti sterilitas, et aviditas, nec non Casistarum altercatio non permittit, ut idcirco ad plura digrediamur. Obligatus ad jejunandum, si est prudens, et timorata conscientia, sibi metipsi potest esse judex, præsertim cum directione sui Confessarij.

Praemissa [illegible] lecta fuit in Congregatione [illegible] D.no Can.co [illegible], ob impedimentum [illegible] laborabat [illegible] valetudine.

eat
)
in
qub
sin
ne

ei
ad
gin
quem
xer
oc
n.
m,
bus

cau
)
in
qus
in
ne
ei
ad
gin
fi
quem
xer
oc
n.
n,
s
bus

Pro Congregatione generali diei tertiæ Mensis Augusti 1775.

1. Postremæ Congregationi generali, quæ fuit die quinta elapsi Mensis Maij, ob adversam meam valetudinem, interesse non potui; meas tamen vices in illa gessit pro sua ergà me singulari benignitate Mag.cus, et Rev.mus D.nus Cancus Custos. Quamvis autem sat firmas corporis, animique vires necdum recuperaverim, volui ad præsentem Congregationem comparere, spe fretus, meam imbecillitatem fore tolerandam ab isto Venerando Consessu.

2. Fungor jam per annos quadragintatres hoc gravi munere Theologali, a beneficentia hujus Rev.mi Capituli mihi collato eadem ipsâ die Vigiliæ Pentecostes anni 1732., quâ de Canonicatu, quem possideo, fui provisus a Summo Pontifice Clemente XII., dum mea studia prosequebar in Romana Curia, cujus praxi eo tempore potissimum ~~[illegible]~~ incumbebam.

3. Gravatus nunc septuaginta quinque annorum

pondere

-pondere, et quampluribus exantlatis Labo=
ribus attritus, ac pene fractus, proximum
me sentio ad reddendam districtam ratio=
nem Deo supremo Judici de omni=
bus totius vitæ meæ actionibus: foveo
tamen spem firmam, me non fore
corripiendum ob ullam erroneam, aut
periculosam Doctrinam, Morali Christianæ
adversantem.

4 Etenim semper detestatus fui virulentas il=
las, et adulatrices opiniones, quas Pater men=
dacii adinvenit, ad obscurandum lucidissi=
mum Evangelicæ veritatis jubar, et ad
depravandam Sapientiæ Christianæ purita=
tem exquisitis cavillationibus. Noveram
humani cæcitatem ingenii, si in rebus aliis
magna est, in Moralibus esse majorem;
quia in his tenebras intellectus plurimum
auget voluntas nostra in malum prona
ob Protoparentum peccatum; Etsi
enim humana ratio ~~sit quædam~~ intellectus
sit quædam effusio, et emanatio Divini
Luminis

Luminis, juxta illud Psalmistæ == Signasti super Nos Lumen vultus tui Domine == ; videmus nihilominus complures solere discernere ingenio, prout sunt affecti voluntate.

S. Proinde semper studui cavere ab omni Neoterica Doctrina, Ecclesiæ Spiritum, vel extinguente, vel relaxante: semperque conatus fui adhærere veritati Evangelicæ, et sanæ Morali, quam Jesus Christus unicus, et optimus Magister noster edocuit, quamque Sancti Patres verbo, et exemplo sartam tectam custodierunt, et Mater Ecclesia per Summorum Pontificum, Sacrorumque Conciliorum Decreta, et Constitutiones Nobis sequendam, et observandam luculenter proposuit.

Nunc deveniamus ad discussionem Casuum, quos pro hodierna Congregatione propositos legimus in

Fine

fine Diœcesani Calendarii, quorum Primus est sequentis temporis ===

» Nevius dolo, malisve artibus Patrem impedit,
» quominus suum conficiat testamentum =

» Quæritur Primò, quam culpam committat; et
» contra quas virtutes?

» Secundò, an aliquam contrahat; et quam obli-
» gationem? ===

I. Ut dilucidè, quantum fieri potest, procedamus ad resolutionem utriusque quæsiti super dicto primo casu propositi, advertimus, prius quæsitum continere duo membra; videlicet, quam culpam committat Nevius: et contra quas virtutes? Ut illico, et quasi è vestigio resolvamus ~~utrumque~~ membrum ejusdem quæsiti, Censemus, Nevium committere culpam gravem, eamque esse tam contra virtutem justitiæ strictè talis, quàm

contra

contra pietatem, ad quam tenentur filii erga Parentes.

II. Si quidem Nevius directè lædit verum, et strictum jus, quod Pater habet ab ipsâmet Lege naturali, liberè disponendi tàm in vita, quàm in in morte, vel mortis causa; igitur ipse Nevius impediendo Patrem, dolo, malisve artibus, quominùs ipse de rebus suis condat testamentum, graviter peccat, et quidem contra justitiam, inferendo Patri injuriam, et lædendo ejus plenum, ac certum jus disponendi de rebus suis per testamentum juxta beneplacitum suæ propriæ voluntatis.

III. Hæc nostra Responsio innititur eidem rationi naturali, quæ militat etiam respectu cujuscunque hominis, qui dolo, malisve artibus impeditur, ne de rebus suis liberè disponat, non solùm inter vivos, sed etiam mortis causa: profectò hæc est communis, ac certa sententia omnium Doctorum, pro ea allegantium quamplurimas auctoritates, et

rationes

rationes, et præsertim textum expressum in L. 1. Cod. de Sacr. Eccl., ubi leguntur hæc verba == Nihil enim est, quod magis ho-
" minibus debeatur, postquam jam aliud velle
" non possunt, liber sit stylus, et licitum,
" quod iterum non redit arbitrium == .

IV. Hinc est, quod in L. Ex facto ff. de vulg. et pupil. subst. expressè dictum fuit == Iniquum esse auferre testamenti factionem homini sanæ mentis == ; hujusmodi enim potestas cuilibet homini a Lege non impedito, derivat non solum a jure Civili, sed etiam a jure Gentium, et ab ipsomet jure naturali; ut tam ex sacris, quam ex profanis historiis cuilibet constare potest.

V. Sanè inter fragmenta antiquissimarum Legum XII. Tabularum, quæ collecta fuerunt per celeberrimum J.C. Jacobum Gotofredum, filium Magni Dionisii, legimus, ut sequitur == Paterfamilias uti legassit super pecunia tutelave sua, ita jus esto == ;

et

et ante ipsam Rempublicam Romanam ubique gentium erat hujusmodi libera testandi potestas.

VI. Si autem graviter peccat quilibet etiam extraneus impediens dolo, malisve artibus quemvis testari volentem, ne deveniat ad testamenti factionem; multo magis graviter peccabit filius talem injuriam committens contra proprium Patrem testari volentem; et non solum graviter peccabit contra justitiam stricte talem, sed peccabit etiam contra pietatem, quæ est virtus specialis sub justitia contenta, tanquam pars potentialis ipsius.

VII. Cum enim ad rationem justitiæ pertineat, reddere cuique debitum suum, merito sub ipsa justitia censetur contineri pietas, qua Parentibus debitum amorem, honorem, atque obedientiam præstare tenemur. Non igitur Nos hic intelligimus nomine pietatis studium illud internæ devotionis, ac sinceri affectus ergà Deum, et proximum, in quo sensu

Apostolus

Apostolus prima ad Thimoteum accepit in=
quiens —— Exerce te ipsum ad pieta=
tem —— ; sed pro Pietate intelleximus
specialem illam virtutem, quâ tenemur
colere Parentes, tanquam vitæ, et educatio=
nis nostræ post Deum auctores, præstan=
do ipsis debitam reverentiam, amorem, et
obedientiam, ut communiter advertunt om=
nes Theologi, et cum illis observat Cate=
chismus Romanus ad IV. Præceptum De=
calogi; hanc autem obligationem sanè trans=
gressus est, imò graviter offendit, et læsit
Nevius: dolo, malisve artibus Patrem impe=
diens, quominùs suum conficiat testamen=
tum.

VIII. A resolutione utriusque membri primi quæsiti
progredimur ad resolutionem posterioris
quæsiti, quod pariter continet duo mem=
bra respicientia dictum Nevium dolo, ma=
lisve artibus Patrem impedientem, quominùs
suum conficiat testamentum. In priori
ex dictis duobus membris quæritur, an

Nevius

Nevius aliquam contrahat obligationem?
in posteriori quæritur, quam obligationem
contrahat?

IX. Si supponeretur, Nevium non impedivisse Patrem dolo, malisve artibus, quominus suum conficiat testamentum; sed eum precibus induxisset, ne condat testamentum, sed potius moriatur ab intestato, sicque esset extra periculum onerandi patrimonium multiplicitate Legatorum, quæ summopere extenuarent hæreditatem sibi tanquam unico hæredi obventuram, non videtur dictus Nevius ullam obligationem contraxisse: quia id fecisset sine ullâ fraude, et dolo, aut alio injusto modo; siquidem quilibet jus habet sibi procurandi bonum, semper tamen servatis circumstantiis justis, et honestis, de quibus procedit præfata suppositio.

X. Nam assertio hæc comprobatur auctoritate Theologorum, præsertim Scoti, qui in 4. Dist. 15.

q. 2.

q. 2. hæc habet = Si quis tantummodo pro-
„ priæ utilitati intendebat providere, et sic pro-
„ curat sibi, et ex consequenti alius præter
„ intentionem illius damnificatur, iste ad
„ nihil tenetur illi; quia licet unicuique
„ sibi ipsi providere, alio neglecto. Confir-
„ matur hoc per illud L. 1. §. ibidem ajunt
„ ff. de aqua pluvia arcend. =, idque
paulò post confirmat allegans sequentem
Regulam Juris ff. = Nemo damnum
facit, nisi qui illud facit, quod facere jus
non habet =. Iste autem habet jus
procurandi sibi beneficium, servatis circum-
stantiis justis, et honestis.

XI. Allegata verò suppositio in nostro casu fieri nequit:
quia in eo expressè dicitur, Nevium dolo,
malisve artibus Patrem impedivisse, quomi-
nus suum conficiat testamentum; sicut
igitur in resolutione primi quæsiti deffuimus
statuere, Nevium commisisse culpam gravem,

eamque

eamque fuisse tam contra justitiam strictè talem, quàm contra pietatem eidem Patri debitam: sic debemus pariter declarare, Nevium contraxisse obligationem, et quam obligationem.

Ut autem id prestemus, considerandum Nobis est, neminem ex Legatariis, qui potuissent instituti, et non fuerunt instituti in testamento, quod Pater confecisset, et non confecit, tanquàm a filio Nevio impeditus dolo, malisve artibus, dominium aliquod perfectum, aut imperfectum, nec etiam ullam actionem personalem aquisivisse.

XII. Nihilominùs tamèn Theologi communiter docent, compensationem aliquàm, spei prudenter fundatæ proportionatàm esse debitam ab impediente dolo, ~~malisve artibus~~, ne fiat testamentum, vel alicui in eo legatum relinquatur; et fundant hanc eorum sententiam in expressa Doctrina Doctoris Angelici, qui 2. 2. q. 62. art. 4. tradit formalibus sequentibus verbis = = Si quis damnificet alium impediendo,

ne

„ ne adipiscatur, quod erat in via habendi, tale
„ damnum non opportet recompensare ex
„ æquo; quia minus est habere aliquid virtute,
„ quam habere in actu. Qui autem est
„ in via adipiscendi aliquid, habet illud solum
„ secundum virtutem, vel potentiam; et ideo, si
„ redderetur ei, ut haberet hoc in actu, re-
„ stitueretur ei non simplum, sed multiplica-
„ tum, quod non est de necessitate restitutio-
nis ═══ : hic autem Sanctus Doctor nomi-
ne restitutionis intelligit compensationem, quæ
quidem compensatio in nostro casu facien-
da est cum proportione ad solam spem
juxta bene regulatum judicium Virorum
prudentium, et timoratorum.

Casum alterum legimus expressum sequentibus hisce verbis ═══ Pater, Filiam, cujus præsentiam

sibi

" sibi admodum necessariam esse existimat,
" volentem Monasticum votum emittere, prohi=
" bet, ne Monasterium ingrediatur.
" Quæritur, an Pater peccet? an aliquâ in=
nodetur censurâ?

Utrumque membrum hujus quæsiti facillimè resolvitur, vel ex iis tantum, quæ dicta sunt super ~~in resolutione~~ primo Casu; ideoque in resolutione utriusque ~~dicti~~ membri ejusdem quæsiti modicum temporis impendemus, ne videamur ad otiosas digressiones Nos convertere.

XIII. Dictum namque fuit, Parentes vel solo naturali jure dictante ea posse à filiis exigere officia, quæ sibi sunt necessaria, aut etiam valdè utilia; ideoque Theologi communiter tradunt, filium non solum, ut præcepto Patris obediat, abstinere debere ab ingressu in Religionem, sed etiam, si ipsam jam professus est, egredi debere ad tempus, si nullus alius præstò esset, qui vitæ sustentandæ necessaria præstaret

prestaret.

XIV. In nostro casu expresse supponitur, filiam esse valde necessariam Patri pro ejus personæ, ac familiæ servitute, et gubernio: Pater igitur licite, ac legitime exigit a filia talem assistentiam, et per consequens licite, ac juste se gerit eidem filiæ prohibendo, ne votum monasticum emittat. Observant tamen prudenter ipsimet Theologi, ne Pater in hujusmodi negotio suum duntaxat juditium sequatur, sed casum, in quo reperitur, exponat Viris doctis, piis, et prudentibus, a quorum juditio dependeat; quia aliter facile ob sui, suæque familiæ amorem decipi posset.

XV. Profecto Pater ita se gerendo nihil committet, quod ejusdem conscientiæ gravamen apud Deum inferat. Communissima Theologorum sententia, hanc nostram resolutionem approbans, corroboratur, confirmaturque auctoritate Doctoris Angelici, qui Quodlibeto 6. art. 2. et 2.2.

q. 189.

q. 189. art. 6. expressè docet, Parentibus in tali necessitate existentibus, quod eis aliter commodè, quàm per filiorum obsequia nequeat subveniri, filiis licitum non sit, Religionem intrare, prætermisso Parentum obsequio.

XVI. Itaque si filiis non licet in circumstantia gravis paternæ indigentiæ ingredi Religionem, licitum omnimodè erit Patri, de quo loquitur casus propositus, ~~filium impedire~~, ne votum monasticum emittat, ut officia impendat sibi necessaria: certissimum enim est, quæ alicui debita sunt, justè, ac rectè ab eo posse exigi, et removeri impedimenta, ob quæ eisdem privaretur; pariterque certissimum est, Patrem ob talem suam prohibitionem nullam incurrere pœnam, nec ulla innodari censurà; si quidem quælibet pœna præsupponit culpam; igitur in nostro casu nequit habere locum censura excommunicationis, lata a Sacro Concilio Triden=

tino

tino Sess. 25. de Regularibus, et Monia=
libus Cap. 18. contra omnes impedien=
tes quoquo modo voluntatem Sanctarum
Virginum, aliarumque Mulierum accipien=
di velum, vel emittendi votum monasticum.
Quidquid plus adderetur premissis
a Nobis adductis pro resolutione prefati
alterius casus, ad nihil aliud inserviret,
quàm ad tempus fallendum.

Pro Congregatione generali diei 7. Mensis Augusti 1776.

Etsi corporis, animique vires sat firmas necdum recu=
peraverim, volui hodierna die comparere ad
peragendam decisionem duorum Casuum, qui in
Diœcesano Calendario pro currenti Mense Augus=
ti leguntur propositi, firma spe fretus, meam
imbecillitatem a singulari benignitate hujus Vene=
rabilis Consessus fore tolerandam.

Inter alia dona mihi immerito collata ab infinita Dei
Nostri Munificentia, est etiam illud longevæ vitæ,
quam ago in hoc Mundo; perveni enim usque ad
ætatem septuaginta sex annorum, quorum quadragin=
ta quatuor elapsi sunt, postquam a Summo Pontifi=
ce Clemente XII. provisus fui de Canonicatu, quem
possideo in hac Nostra perinsigni, ac celeberrima
Ecclesia Collegiata; et per totidem annos in ea exer=
cui honorificum Munus Theologale, mihi ab hoc
Illmo, et Revdmo Capitulo clementer impertitum.

Priusquam autem magis progrediar ad ætatem decrepitam,
palam fateri debeo, me non semper omnes vires
meas impendisse, ut respectivis proprijs obligationibus
satisfacerem; ideoque enixe rogo omnes, et singulos

illos

illos, qui quoquo modo scandalum passi fuissent ob culpabiles meas trasgressiones, et ommissiones, ut a Divina Misericordia mihi impetrent veniam, ac etiam gratiam, canos meos in pace deducendi ad inferos, idest ad sepulturam.

Nunc deveniamus ad discussionem prefatorum duorum Casuum, quorum prior est sequentis tenoris. II

„Horatius oblatum a Sempronio duellum, designatis Loco, „ et tempore, iratus acceptat. Sed facti peniteus ad „ designatum locum accedit animo non pugnandi; ita „ tamen, ut nec de ejus animo, nec per eum stare con„ tet, quominus pugna sequatur.

„Super hoc casu queritur primo, utrum, et qua culpa se „ obstringat Horatius, quibusque penis subjaceat?

„Queritur secundo, utrum pene, et censure contra duel„ lum late statim incurrantur, et quinam ab ijs absol„ vere, et dispensare possit? III

I. Duellum, a Grecis Monomachia appellatum, est singularis pugna duorum inter se ex condicto sus-cepta, estque omni jure prohibitum, divino nempe

atque

atque humano, et tam Civili, ut L. unica Cod. de
Gladiatoribus, quam Canonico, ut Canon. 22. Caus. 2.
quæst. 5.; præsertim vero a Sacro Concil. Trident.
quod Sess. 25. de Refor. Cap. 19. usum fuit
emphaticis hisce verbis — Detestabilis duel-
„ lorum usus fabricante Diabolo introductus, ut
„ cruenta corporum morte, animarum etiam per-
„ niciem lucretur, ex Christianorum orbe penitus
„ exterminetur —

II. Dein subjunxit sequentes gravissimas pœnas — Imperator,
„ Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, et quo-
„ cunque alio nomine Domini temporales, qui locum
„ ad Monomachiam in terris suis inter Christianos con-
„ cesserint, eo ipso sint excommunicati, ac jurisdictione,
„ et dominio Civitatis, Castri, aut Loci, in quo, vel apud
„ quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia
„ obtinent, privati intelligantur: et, si feudales sint,
„ directis Dominis statim acquirantur —

III Et mox sequitur sic — Qui vero pugnam commiserit,
„ et qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac
„ omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ
„ infamiæ pœnam incurrant, et ut homicidæ juxta
„ Canones puniri debeant; et, si in conflictu decesserint,
„ perpetuo careant sepultura ecclesiastica —.

Demum

IV. Demum sacrum Concilium dictum suum Capite 19. con-
cludit inquiens — Illi autem, qui consilium in causam
" duelli tam jure, quam facto dederint, aut alia quacunque
" ratione ad id quemquam suaserint, nec non Spectatores,
" excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo te-
" neantur; nonobstante quocunque privilegio, aut prava
" consuetudine etiam immemorabili —

V. Ad hoc ~~autem~~ tamen, ut recensitæ juris pœnæ contrahantur, requiritur verum, ac propriè dictum duellum, habens sequentes conditiones, juxta communem Doctorum sententiam; primum nempè, ut fiat ab utraque parte deliberatè, et ex condicto, seu ex pacto Duellantium. Alterum requisitum est designatio certi loci, et temporis, ita ut, si solus condicatur locus, et non tempus, vel tempus, et non locus, non sit duellum proprie dictum, et per consequens subjectum non sit pœnis contra Duellantes statutis, ut constat ex Bulla Gregorij XIII. de anno 1582., et ex Bulla Clementis VIII. de anno 1592., quas Bullas alij Successores Pontifices confirmarunt.

VI. Requiritur pariter ad duellum proprie dictum, ut fiat, vel instituatur cum periculo vitæ, seu tali pugnandi modo, et armorum genere, ut Duellantibus mortis periculum immineat; quemadmodum ex ejusdem Concilij Tridentini colligitur illis verbis — Detestabilis duellorum
" usus fabricante Diabolo introductus, ut cruenta corpo-
" rum morte, animarum etiam perniciem lucretur —

Colligiturque

Colligiturque ex Cap. I. de Clericis pugnantibus in 1
Duello, ubi leguntur hæc verba — Unde mortes
hominum, et animarum pericula sæpe proveniunt

VII. Quamvis non nulli Moralistæ, inclinantes ad laxitatem, docuerint, licitum esse, acceptare, vel etiam offerre duellum, pro defendenda fama, et honore, si aliter defendi non potest; communissima tamen Theologorum sententia est, id in praxi, ordinarie loquendo, esse illicitum, ut demonstrat Pignatellus Tom. 9. Consult. 88. N°. 38., quia Alexander VII. inter alias propositiones damnavit etiam hanc — Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat — Quilibet autem vir tam nobilis, quam equestris potest præservare, ac defendere suam famam, si erga provocantem ad duellum dicat —
— non timiditatis causa renuo acceptare duellum
» a te mihi oblatum; sed quia scio, duellum esse prohibitum
» tam a jure divino, quam humano, et hoc tam Civili, quam
» Canonico, et quidem sub gravissimis pœnis, etiam perpetuæ
» infamiæ, et privationis sepulturæ ecclesiasticæ.

VIII. Profecto hujusmodi protestatio debet sufficere non tantum apud homines bonos, et prudentes, sed etiam apud vulgares, et viles, ad avertendam quamlibet notam timiditatis respectu nostri Horatij, qui loco vitandæ notæ timiditatis, incurreret perpetuam infamiam, et maledictionem, juxta Constitutiones Pontificias, et Sacrum Concilium Tridentinum

Et

IX. Ut autem deveniamus ad resolvendum duo illa quæsita, quæ super priori ex præfatis Casibus leguntur proposita, advertimus, utrumque quæsitum biceps dubium continere; qua culpâ nempè se obstringat Horatius; et quibus pœnis ipse subjaceat? pariterque advertimus, etiam posterius quæsitum continere duo membra; videlicet, an pœnæ, et censuræ contra Duellum latæ, statim incurrantur? et quinam ab ijs absolvere, et dispensare possit?

X. Singulis præfatis dubijs, eo ordine, quo sunt proposita, respondemus. Censendo imprimis, Horatium duelli crimen non incurrisse, cùm facti pœnitens animo statuerit, non pugnare; ita tamen, ut nec de ejus animo constet, nec per eum stare constet, quominùs pugna sequatur; ideoque respectu fori interni, peccavit quidem acceptando oblatum duellum, et ad locum destinatum accedendo, reipsa tamen coram Deo non est reus criminis duelli, cum hoc non fuerit secutum, ob pœnitentiam ejusdem Horatij: ipse tamen nihilominùs fuit reus scandali, et inobedientiæ commissæ contra præceptum Ecclesiæ absolutè prohibens duellum, quin præbuerit ullum inditium suæ pœnitentiæ, et per ipsum non stetisse quominùs duellum sequeretur.

XI. Proindè respectu fori externi ipse Horatius gerere se debet perindè, ac si incurrisset omnes pœnas contra Duellantes latas, donec absolutionem, et dispensationem respectivè a legitima Superioritate Ecclesiastica non obtinuerit.

Præter excommunicationem majorem sunt et aliæ

gravissimæ

gravissimę pęnę inflictę contra Duellantes; videlicet perpetua infamia, proscriptio bonorum omnium, privatio sepulturę ecclesiasticę contra decedentes in duello, ut patet ex textu allegato Concilij Tridentini; privantur etiam Duellantes Beneficijs Ecclesiasticis: inhabilitantur ad illa, nec non ad condendum testamentum, ut constat ex Bulla Pij IV., et ex illis Gregorij XIII., et Clementis VIII.

XII. Quas quidem pęnas incurrunt non tantum solemniter, sed etiam privatim Duellantes, si ex condicto, statuto loco, et tempore congrediuntur; et tam provocantes ad duellum, quam illud acceptantes: Pręter ipsos Duellantes, memoratis pęnis insuper subjacent etiam Secundantes, seu Patrini, item omnes dantes consilium, auxilium, et favorem ad illud: sicut et qui ex industria sunt Spectatores Duelli, ut ex prefatis Constitutionibus Apostolicis constat, et pręsertim ex citata Constitutione Clementis VIII., quę incipit = Illius Vices =, et est undecima in tertio Tomo Bullarij Cherubini, digna, ut per extensum legatur in odium Duelli, et amore animarum Christi sanguine redemptarum.

XIII. Inter prefatas pęnas contra Duellantes latas, alię sunt, quę externam executionem non requirunt, et istę statim ac duellum commissum est, habent locum in conscientia, ut est excommunicatio latę sententię, suspensio, irregularitas; nec est opus ulla sententia judicis declaratoria. Ut vero alię pęnę, videlicet, bonorum confiscatio, et alię externam executionem requirentes, locum habeant,

debet

debet præcedere judicis sententia declaratoria super crimine commissi duelli: Lex enim pœnalis, quæ transgressorem ipso facto privaret re sua jam obtenta, non esset naturæ humanæ accomodata; idque confirmat communis usus, et sensus hominum, quo habetur, reum non teneri seipsum spoliare bonis suis jam aquisitis.

XIV. Cum autem nostrum Horatium pœnituerit acceptati duelli, ipseque accesserit ad locum designatum sine animo pugnandi, non solum in foro interno debet esse immunis a pœnis contra Duellantes latis, sed etiam in foro externo, si satis probaverit, contrariam de duello ineundo habuisse intentionem, ejusque accessum ad locum pugnæ fuisse fictum: id autem præstare potest beneficio canonicæ purgationis, quæ fieri deberet proprio ejus juramento assertorio veritatis facti, concurrentibus etiam duobus, vel tribus, testibus, qui juramentum credulitatis idcirco præstarent, præsertim si etiam alia adminicula ad id concurrerent, ut sunt præsumptiones, et indicia.

Alter

Alter casus est sequentis tenoris.

„ Maura conscia se esse fœtatam, sed a quo tempore inscia,
„ quem desideravit abortivi, fœtum enixa, nullâ adhibi=
„ tâ diligentiâ, projecit.

„ Quæritur primò, quot peccata commiserit? an aliqua
„ fuerit innodata censura, et possit a simplici Confes=
„ sario absolvi?

I. Ex ejusdem casus verbis constat, Mauram desiderasse abortivi, nullam tamen dedisse operam, ut abortiretur, nullumque sumpsisse pharmacum inducens abortum; et proindè certum est, dictam fœminam non esse obnoxiam pœnis, quas Sixtus V. in Constitutione = Effrenatam = tulit, neque pœnis contentis in Constitutione = Sedes Apostolica = Gregorij XIV. latis contra procurantes abortum; ideoque supponendum est, ipsam Mauram ex naturali causâ fuisse passam abortum: fœtum autem projecit nullâ adhibitâ diligentiâ, an esset animatus, vel inanimatus.

II. Cum igitur fœtum projecerit nullâ adhibitâ diligentiâ, an esset, vel non esset animatus, profectò incurrit peccatum homicidij, sicut et grave peccatum commisit desiderando abortum: et præterea aliud commisit crimen, non curando de spirituali salute ejusdem fœtus, qui si erat animatus, eum debebat baptizare; neutiquam verò poterat projicere absque gravi culpa, cum sufficienter non

providerit

providerit ejus spirituali saluti, ad quod tenebatur. Duplici peccato igitur deliquit Maura, nempe contra vitam temporalem sui fœtus, et contra ejusdem spiritualem vitam; nullas tamen incurrit ecclesiasticas pœnas, quia nullam dedit operam, ut abortiretur.

III. Igitur Maura immunis est a censura inflicta contra procurantes abortum, quia ut hic sequeretur, nullam dedit operam, et proinde ipsa potest absolvi a quocumque Confessario, etiam non specialiter delegato; nam absolutio ab excommunicatione Episcopo, vel ejus specialiter Delegato, fuit reservata a Gregorio XIV. mediante allegata ejus Constitutione = Sedes Apostolica = in casu, quo delinquens ipsam excommunicationem incurreret ob crimen abortus, minime vero si crimen ipsum non incurrerit, quamvis abortum desideraverit.

IV. Hac occasione prætereundum non est, quod etiam pijs, honestisque Mulieribus, maxime vero Obstetricibus opportunum est, et fœtibus ipsis redditur utile, consistitque in instructione, quæ continetur in Appendice de Abortivorum Baptismo, Adjecta Opusculo de Baptismo infantium in utero, quæ edita fuit anno 1769. suggerente, et procurante Illmo, ac Revdmo nostro Archiepiscopo, ubi legitur, omnem fœtum abortivum, qui diligenti facta observatione deprehenditur moveri, et esse humanum, non corruptum, neque contusum, baptizandum esse adjecta conditione, si est capax: incer-

tum

tum enim est apud modernos Philosophos, et Medi=
cos quonam tempore animetur fętus in utero mater=
no; pertinet autem potissimum ad Obstetrices, ut
hoc munere fungantur, scrutando, et perquirendo,
num in abortu secuto lateat fętus, qui sit anima=
tus, quemadmodum pluries inventus est; sed hujus=
modi instructio pro Obstetricibus facienda est a
Medicis, ac etiam a Confessarijs, et pręsertim a
Parochis in via segreta, et debita cum circumspec=
tione: non enim ea decet Cathedram Theologa=
lem.

Tomus II

Congregatio XLI: deberet esse LI.

De sepultura

Casus I. An electio sepulturae pro filia impubere facta a Matre, praedefuncto Patre, valeat. fol. 1.

Casus II An Parochus Domicilij Patris veri vel Parochus Patris adoptantis mortua filia adoptata octennis, jus habeat sepulturae. fol. 1.

Congregatio XLII

De duabus Capellanijs, una beneficio eccles. et altera laicali.

Casus I. An Capellania de qua ibi, potuerit erigi in beneficium ecclesm: et potuerit conferri Canonico de gremio: et an ab ipso potuerit retineri cum Canonicatu. fol. 7.

Casus II. An Capellania laicalis cum onere interessendi choro tempore Missae solemnis, et Vesperarum, conferri possit Mansionario ejusdem Ecclesiae &. fol. 7.

Congregatio XLIII.

De consulentibus fraudare minus parato fraudare plus.

Casus I. Ad quid teneantur duo consulentes fraudare si consultus fraudare Titium fraudare si consultus fraudaret 50. et consultus cum in 100. fraudare potius Livium, quam Titium fraudaret Livium pro 50. fol. 15.

De venditione et emptione nominis pro le:

Casus II An venditio chirographi, seu crediti 100. acceptari possit pro 80. fol. 15.

Congregatio XLIV.

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
Inches 1 2 3 4 5 6 7

Farbkarte

Sachverständigen-Zubehör.de

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Grey Black